NAZIONALE
R. BIBLIOTECA
CENTRALE V. E. II
8
M
51 A
30
ROMA

ROMA
Via S. Chiara

SVMMA
CONFESSIONALIS
DOMINI ANTONINI
Archiepiſcopi Florentini.

Adiecta eſt tabula, præcipua huius operis materias, & ſcitu digniores ſummatim complectens.

Pagella proximè ſequens ſingulos huiuſce Summæ Tractatus, ac eorum partitiones, paucis admodùm diſtinctè complectitur.

DEBILE PRINCIPIVM ME-



LIOR FORTVNA SEQVETVR.

VENETIIS Apud Bartolomæum Rubinum.
M D L X V I.

8/51 A/30
39

Primus tractatus, ſiue libellus huius ſumm tres diſtinguitur partes.

Prima eſt de poteſtate, ſeu autoritate Conſ ſoris.

Secunda eſt de ſcientia, qua requiritur in Cō feſſore.

Tertia de bonitate eiuſdem.

Deinde inſeruntur excommunicationes t Papales, tum Epiſcopales.

Secundus libellus, ſiue tractatus (qui dicitur terrogatorium) in tres diuiditur partes.

Quarum prima eſt de modo interrogandi pœ tentes à confeßore ſecundum ordinem de præceptorum decalogi.

Secunda pars eſt de modo interrogandi pœni tes à confeſſore ſuper ſeptem vitijs capiti bus & eorum ſpeciebus.

Tertia et vltima pars Interrogatorij eſt de m interrogandi ſecundum diuerſos ſtatus pe narum.

Tractatus eiuſdem do. Antonini de reſtitutionibus.

Tabula ſiue Repertoria Confeßionalis, & rum Tractatuum.

SVMMVLA CONFESSIONALIS VTILISSIMA.

In qua agitur quomodo ſe habere debeat Confeſſor erga pœnitentem in confeßionibus audiendis, quam edidit Reuerendißimus *vir ac in Chriſto pater* Dominus *frater* Antoninus Ar*chiepiſcopus* Florentinus, *ordinis fratrum* Prædicatorum.

DEfecerũt ſcrutãtes ſcrutinio. Pſal. LXIII. ſcrutinium quidẽ eſt Cõfeſſio vł Inquiſitio, in quo & pœnitens ſcrutat̃ conſcientiam ſuã, & confeſſor cum eo. Scrutans ergo eſt confeſſor, qui in hoc poteſt tripliciter deficere: quia per malitiã abſoluendo, quẽ ſcit non poſſe, vel per ignorantiã, neſciendo diſcernere inter leprã & lepram: & quem poſſit vel nõ poſſit, abſoluere: vel per infirmitatem conſciẽtiæ inde ſumendo occaſiones malorũ ex auditu, dũ incautè ſe habet. Vnde Augu. de pœ.

diſt.vj.c.j.Caueat ſpiritualis iudex. vt ſicut non commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Ex quibus verbis innuit, q̄ Cõfeſſor, ſiue ſacerdos debet habere iſta tria ex autoritatem Auguſtini præallegata. Primò, poteſtatem in foro conſcientiæ, vt.ſ.ſit iudex ſpiritualis. Secundò. cõſeruare puritatẽ vitæ ſuæ: ne committat crimẽ neq̄tiæ. Tertiò, habere ſufficiẽtẽ ſciẽtiæ claritatẽ: vt non careat munere ſciẽtię.

Prima pars de poteſtate, ſeu autoritate Confeſſoris: & habet cap xv.

Quis poßit vel non poßit audire confeßiones.

Cap. I.

NOtandum primò eſt, quòd non ſacerdos: & ſi poſſit audire confeſſiones in caſu mortis, non tamen abſoluere poteſt: alias ſi abſoluit, vt ſacerdos iudicatiuè ſecundum quoſdam incurrit irregularitatẽ: ſicut ſi celebraret, hoc tamen eſt dubium. quia non eſt in iure expreſſum ſicut de celebrãte: vnde non videtur irregularis. extra de ſenten.excõ.is qui lib.vj. Ibi enim dicitur, quòd non incurrit quis irregularitatẽ, propter aliquod delictum: quando non eſt

in

in iure expreſſum: & confeſsis tali ſacerdo
ti tenetur iterum confiteri. Ratio eſt, quia
ſolis ſacerdotibus dictũ eſt, quorũ remiſe-
ritis peccata, &c. Ioan. xx. Nec tamẽ à quo
libet ſacerdote poteſt qui abſolui, ſed à pro
prio aut altero de licẽtia eius, vnde dicitur
de pœni. & remiſ. in cap. omnis. quod quili-
bet ſemel in anno confiteatur omnia pec-
cata ſua proprio ſacerdoti, & de pœni. diſt.
vj. c. placuit. Ratio eſt, quia non poteſt quis
ſoluere vel ligare eum, qui ſibi confitetur.
niſi habeat iuriſdictionem ſuper eum. Si
autem ſit proprius prælatus, & non ſacer-
dos, poteſt abſoluere per alium committẽ-
do hoc alteri. Sed nota quòd prius ſacer-
dos aliter intelligitur cùm dicitur, quilibet
debet confiteri proprio ſacerdoti: & aliter
cùm dicitur, quòd de licentia proprij ſacer
dotis põt alteri confiteri. Nã in primo caſu
dr̃ prius ſacerdos quicunq; habet poteſta-
tẽ abſoluẽdi ordinariã vel delegatã: ſiue ſit
cõis, ſiue ſit ſingularis, quia actor ſequitur
forũ rei, ſed eſt in electione eius, quẽ forum
de multis ſequat̃, niſi ſit actio realis: in qua
ſequitur forũ rei de qua agitur. Et quia in
 foro

foro pœnitentiæ, idem eſt actor & reus inde eſt, quòd idem ſeipſum poteſt accuſare coram quocunque confeſſore de omnibus, qui illum poſsit abſoluere de crimine vbicunque commiſſo, quia huiuſmodi abſolutio non recipit territorium ſicut alia ratione rei vel delicti, propter quod dicit Hoſt. ꝙ quilibet habet tres ſacerdotes proprios ordinarios, curatũ de cuius parochia eſt, epiſcopum ſuum, & Papam. Sed in ſecũdo caſu proprius ſacerdos de cuius licẽtia poteſt alteri confiteri, intelligitur ſtrictus ille qui de iure ſuo ordinario hoc habet, non ex commiſſione, & ſic intelligitur cap. omnis vtriuſque ſexus, æquiuocè loqui de proprio ſacerdote ſecundum omnes: nam conſtat, quòd ad implendum illud præceptum de confitendo ſemel in anno omnia peccata ſua proprio ſacerdoti: ita ſufficit confiteri vicario curati, ſicut ipſimet Curato: & tamen ad confitendum alteri non ſufficeret accipere licẽtiam ab eius vicario, ſicut ſufficeret ab ipſomet curato. Vnde reſpectu primi, vicarius eſt proprius ſacerdos, ſed nõ reſpectu ſecundi, vnde & ſi poſſit quis con-

ſiteri vicario curati:tñ ipſe vicarius nõ põt dare licentiã illi, quòd alteri confiteatur Hæc Pet.de Pal.in iiij.di.xvij.q.iij.ar.ij.

De ordinario Confeſſore, Quo ad Eccleſiaſticas perſonas.

Cap. II.

SCiendum eſt, quòd Papa (quia non habet ſuperiorem à Chriſto, nec concilio quocunque) habet proprium confeſſorem quem duxerit eligendum, qui autoritate Chriſti poteſt eum abſoluere vel ligare in foro pœnitentiali non autem in foro exteriori, quia ipſe nõ poteſt ligari vinculo excõicationis à quo indigeat abſolui: & pp hoc non oportet à Chriſto ſibi committi. Quia tñ põt ligari vinculo peccati, ſicut & alij, ꝓptereà indiget remedio, ſicut & alij, qa nec Chriſtus dimiſit eũ ſine remedio, iõ hoc cõceſſit:vt ſicut à principio quilibet volẽtẽ ſe ſibi ſubijcere abſolueret:ita &nũc quo ad illũ cur nulli ẽ ſubiectus,ſicut papa. Si verò excommunicatus eligatur in papam,antequàm conſentiat,ſuperiorem habet à quo abſolui poteſt. Sed ſi prius aſſentiat, abſolui poſtea non poteſt: ſed nec indiget,

 diget,

diget, quia nulli legi ſubeſt. Vnde lex poſitiua, quæ arcet excommunicatum à communione fidelium, & perceptione, & collatione ſacramentorum, ipſum non ligat: propter quod excommunicatio non impedit electum, nec electionem ipſam. Qui vero ſunt de familia papæ habent ſummũ pœnitentiariũ propriũ ſacerdotem cum Papa, qui nulli alij ſubſunt. Secus eſt autẽ de Capellanis eius, qui per mũdum ſunt diſperſi, qui propter hoc non ſunt ab aliis exempti.

De Cardinalibus autẽ, qui ſunt epiſcopi ipſi non minus habent, quàm alij Epiſcopi quòd ſcilicet liberè poſſunt eligere. Idem ſi ſunt legati, quia ſunt prælati vel exemptis. Si verò ſunt ſimplices Cardinales, nec Epiſcopi, nec Legati: dicit Hoſti. eos nõ habere niſi Papam & ſummũ pœnitẽtiarum. Et quãuis immediatè ſint ſub Papa, & per cõſequens exempti, nõ tñ poſſunt ſibi eligere cõfeſſorẽ, ſine ipſius ſummi pœnitentiarij licẽtia, quia nõ ſunt ꝑlati, ſed coadiutores prælati & paſtoris: licet ſint presbyteri Cardinales: ideò tutius eſt ꝙ habeant licentiã à papa. Familia vero cõmẽſalis eorũ de

licentia

licentia eorundem Cardinalium poſſunt ſibi eligere confeſſorem; quia conſuetudine ſunt ſubditi eis: ſiue ſacerdotes ſint, ſiue nõ; vel forte ſummus pœnitentiarius eſt, quaſi curatus reſpectum omnium menſionariorũ curiæ papæ, quorum ipſe papa, eſt quaſi epiſcopus proprius, hæc Pe. de palu. in iiij. diſ. xvij. quæſtio. iij. articu. ij.

Patriarcha, Archiepiſcopi, Epiſcopi habent proprios ſacerdotes ſuos immediatè ſuperiores, vt Epiſcopus Archiepiſcopũ ille Primatẽ, ille Patriarchã, ille Papã: & hoc niſi ſint exempti. Nihilominus omnes iſti poſſunt ſibi eligere cõfeſſorẽ, extra de pœniten. & remiſsi. ca. ſi qui poſſunt eos abſoluere, nõ ſolùm de occultis: ſed etiã de manifeſtis & notoriis, ſed etiã Archiepiſcopo inuito: & etiã à vinculo excommunicationis maioris & minoris: & mutare vota, & relaxare iuramenta, & omnia alia propter quæ nõ eſſet conſulenda ſedes apoſtolica, licet Hoſt. dicat cõtrariũ: & illud contrariũ tenet frater Barto. in Piſanella cõfeſsio. iij. §. xvj. Nec obſtat, quòd in illo cap. fina. non ſit mentio niſi de abſolutione à peccatis: quia

cùm

cùm intentio papæ ſit ipſis epiſcopis quibus eſſet graue ſemper ad archiepiſcopum recurrere: & grauius ad Papam, ita prouidere eis per confeſſorem ab eis electum: ſicut prouiſum eſt inferioribus Epiſcoporũ per ipſos Epiſcopos. Ideo de omni peccato & vinculo de quo põt Epiſcopus abſoluere inferiorẽ, & electus ab eo põt ipſum abſoluere: & in omni caſu in quo põt Epiſcopus diſpenſare cũ inferiore, & cũ epiſcopo, quia vbi eadẽ ratio: & idem ius. Et ſicut bene dicit Hoſti. iſtud priuilegiũ nõ perdit, per hoc ꝙ venit Romam, quia ibi non diſtinguitur vbicunq; ſit, ſed ſi deſinit eſſe epiſcopus, puta quia cedit loco & dignitati de licentia Papæ, fortè perdit priuilegium datũ epiſcopis: quia ipſe nõ plus habet epiſcopi dignitatem. Si verò cedit loco & non dignitati, non perdit. Ratio qua aliqui probant, ꝙ cõfeſſor ab epiſcopo electus nõ põt eũ abſoluere à vinculo excõmunicationis eſt, quia nõ habet poteſtatẽ niſi ex electione epiſcopi. Sed ad hoc reſpondetur, ꝙ nõ ab epiſcopo eligente: ſed à iure committente habet poteſtatem iſte, ſicut qui eligũtur

ab illis qui per literas pœnitentiariorũ habent, quòd poſſint ſibi eligere confeſſore ab Epiſcopis pœnitentiarijs,& non ab eligentibus, habet autoritatem ſicut cùm epiſcopus committit fratribus quos prior eligit, ipſi ſunt commiſſarij prælatorum non eligentium. Et quod etiam dicunt, quòd ſi ille electus ab epiſcopo in confeſſorẽ, eſſet excõmunicatus minori,nunquã cùm eligeretur ad hoc poſſet abſoluere, quia ligatus minori licet poſsit conferre ſacramẽtum. non tamen eligi. Reſpondetur, quòd non valet iſtud, quia nõ intelligitur de electione iuris ad dignitatem. Imò & ſi quãdo ab epiſcopo eligitur cõfeſſor: eſſent tunc ambo ipſe & ellectus ligati maiori:adhuc non impediret factũ, dummõ electus ille, q abſoluit nõ ſit ligatus maiori, nec ſuſpenſus. Hæc Petr.de Pal.in iiij.di.xvij.q.iij.ar.ij.

Prælati etiam exempti habẽt ſimile priuilegium cum epiſcopis in eligendo liberè confeſſorem.Nam ex quo ſunt exempti, & prælati ſicut multi ſunt Abbates, ex hoc ipſo habent iſtud priuilegium, quia graue eſſet eis ſemper adire papam nouum pro

licentia

licentia confitendi. Si autē ſic ſunt exempti quòd nō prælati, nō habent iſtud priuilegiū. Verbi gratia. Omnes ſubditi collegij exēpti ſeculares vel regulares, quod exēptū in capite, & in mēbris, Hi enim immediate ſuis prælatis cōfiteri poſſunt, non aliis, niſi de licentia ipſorū. Si autē ſic ſunt exempti. quòd citra papam, nec decanum, nec præpoſitum habent, qui habeat curam ipſorū. Et ad hoc non poſſunt ſibi eligere, ſed petant hoc ipſum à Papa, vel eius pœnitētiario: cùm alias nullus poſsit eos abſoluere.

Similiter Abbatiſſa quāuis iura epiſcopalia exerceat ponēdo officiales, niſi ī hoc habeat ſpeciale priuilegium, aliàs, quantūcunque exempta non poteſt hoc habere quia nō eſt prælata nec prælatiſſa, cùm nō habeat claues iuriſdictionis. Et quòd eius officialis excōmunicat, quod per ſeipſum non poteſt, non eſt autoritas ipſius, ſed papæ: Similiter quicunque præeſt quibuſcunque ex commiſsione alterius, & eſt delegatus, non poteſt dici prælatus. Vnde quantumcunque exemptus, quia tamen non eſt prælatus non habet hoc priuilegium putà

ſub

ſub priori in religione, vel prior non conuentualis aut conuentualis ſub abbate nō per electionem, ſed ab ipſo Abbate ex conſilio ſeniorum poſitus vel inſtitutus niſi forte quando mortuo abbate vel priore, ipſi fuerint quaſi ordinarij, quia tūc actio ſubrogata habet priuiligium eius in loco cuius ſubrogatur. Sed primò, qui per electionem canonicam inſtituitur prælatos eſt. Et ideo ſi eſt exemptus habet idem priuilegiū propter quod nō oportet, quòd infirmans det ſibi poteſtatem eligendi confeſſorem: ſicut nec confirmans vel conſeruans epiſcopum. Nec obſt. decretalis, ne pro dilatione. extrà de pœn. & remiſ. Iſtud enim priuilegium de eligendo cōfeſſorem æqualiter conceditur Epiſcopis, & minoribus prælatis exemptis. Vnde cùm Epiſcopi licet immediatè ſubſint Archipiſcopis, nihilominus ſine eorum licentia hoc poſſunt etiam qui non ſunt exempti. Ergo & priores hoc poſſunt, licet ſubſint abbatibus vel maioribus ſine licentia eorum, cum ſint ordinarij. Si autem ſunt in dignitate conſtituti: non tamen prælati ſicut Cantor, theſaurarius,

rius,Sacriſta:& huiuſmodi perſonæ nō habent priuilegium quanuis exempti.

Si uerò eſſent prælati,ſed nō eſſent prelati in foro pœnitentiali,ſicut sũt archidiaconi de pari concurrentes cum Epiſcopis in foro cauſarum.ad hoc non puto eos habere hoc priuilegium, ſed ſolos prælatos, hos dico,qui habent curam animarum.Sicut autem dixi de Epiſcopis,quod quãdo, sũt epiſcopi,quo ad dignitatē retinēt hoc priuilegiũ:ita & de iſtis quãdiu ſunt in prelatione:& ſimiliter electus ab eis poteſt agere cũ eis abſoluendo & diſpēſando quicquid poſſet Epiſcopus ſi ei ſubeſsēt.Sic electus ab epiſcopo poteſt tãtum quantũ Archiepiſcopus:excepto in ſentētia lata à ſuperiori contra eos:putà ab archiepiſcopo contra ſuffraganeũ ſuum,ab Abbate cōtra priorem conuētualem ſibi ſubditũ. Ab huiuſmodi enim nō poteſt abſoluere electus talis cōfeſſor. Quicũq; enim poteſt eligere uno electo ſiue mortuo, ſiue non mortuo, poteſt alium mutare ad placitũ: & eo ipſo quod talis qui poteſt eligere cōfitetur alicui,uidetur ipſum eligere,quia plus eſt factis

ctis & mentis intentione eligere,quã uerbis.iij.q.vj.c.j. de maior.& obe.c. legebatur.Hæc Pet.de Palu.ubi.ſ̃.diſtin.xvij.

Inferiores prælati non exẽpti ſi ſubſint immediatè Epiſcopo, ipſum ſolum habẽt cum ſuperioribus eius pro ꝓprio ſacerdote,ſicut Abbates,Decani,& præpoſiti,& Archipresbyteri rurales. Curati verò rurales & epiſcopũ quãdo ille decanatus eſt annexus curę.Similiter priores qui ſunt ſub Abbatibus illi ſ ſubſunt & epiſcopis.Nõ p̃lati uerò, & nõ curati ſubſunt immediatè ſuis curatis,ſiue Abbatibus,ſiue Prioribus ſiue Decanis,quãdo ſũt de collegio, uel ſimplicibus curatis quãdo ĩ parochiis ſuis cõmorãtur. Clerici uerò choriales ſubſũt ei qui præeſt choro,ſiue ſit cantor,ſiue ſubcantor in exterioribus. Sed quãtũ ad forũ cõſcientiæ ſolus Decanus uidet̃ curatus eorũ. Hęc Pet.de Pa.vbi ſuprà di.xvij.quæſt.iij.art.ij.

Cui debeant laici ordinarie confiteri.

CAP. III.

IMperator ſecundum Hoſti. de antiquiſſima conſuetudine cõfitetur Capellanis ſuis.Sed ſicut dicitur extra de pœ.& remiſ.

cap.ij.

c.ij.lib.vj.Nulla cõſuetudine introduci põt vt præter propriã ſacerdotis licentiã aliqs poſſit ſibi eligere confeſſorẽ, niſi de licẽtia papæ. Rex habet epiſcopũ ſiue Archiepiſcopũ, in cuius ciuitate eſt ſedes regni. Dr autẽ ſedes vel metropolis regni, non in qua plus morat: ſed ĩ qua inũgitur, & coronat.

Principes minores ſi habent ſub ſe ciuitates plures, ſimiliter à ſede principali Ducatus vel comitatus domicilium ſortiuntur. Sed ſi non habent vnam ciuitatem alia principaliorem, ab vtroq; epiſcopo vel metropolitano licentiam confitendi capient, ſecundum Hoſtien. Sed hoc non eſt verum quantum ad metropolitanum, quia nullus ſubditus ſuffraganeorũ eſt ei ſubditus immediatè niſi quando viſitant: ſed ſolũ ipſi ſuffraganei. Vnde cum dominus duarum ciuitatum in tẽporalibus ita ſuberit Epiſcopis in ſpiritualibus, ac ſi eſſet ſeruus, ſicut dominus caſtri ſubeſt in ſpiritualibus curato, ideo ſicut metropolitanus non poſſet habere licentiam confitendi huiuſmodi habenti domos in diœceſi ſuffraganeorum, ita nec principi. De illo verò principe ha-

bet dominium in diuerſis diœceſibus, ſed non ſuper ciuitates, videtur quòd ipſe multò magis ab ipſis Epiſcopis petere debeat hoc ab illo, ſcilicet in cuius diœceſi habet principaliter dominium vel ab vtroque, ſi æqualiter in duabus. Nam abſurdum eſſet, quòd à tot curatis haberet hoc petere, quot in ſuo dominio includuntur.

Domini verò, qui in eadem diœceſi in diuerſis villis habent dominium, ſi in vna habent principale dominium in qua nõ ſit niſi vna parochia tantùm, ſiue vnus curatus tantum, illi videtur ſubeſſe. Sed qũ nullũ habet dominium in illa villa quod ſub ſe nõ cõtineat plures parochias maximè ſi vna nõ eſt principaliter altera tũc nulli curato ſubeſt, ſed immediatè epiſcopo. Si verò in vna villa ſit principale dominium: in qua non eſt niſi vna parochia tm̃, vel ſunt multæ in vna principalis, curatus illius eſt ſibi proprius ſacerdos citra Epiſcopum.

Balliui & Seneſchalli, ſi nullibi haberẽt manſionẽ ſibi, ſecundum quod aſsiſtere requiruntur modo huc, modo iſtuc diſcurrẽdo vbique confiteri poſſunt, vel epiſcopis

 ciuitatum,

ciuitatũ,vel curatis in quorũ parochijs hoſpitiũ elegunt.Si verò principaliter alicubi degunt,ibi curatum hñt illũ in cuius parochia hoſpitiũ ſuũ ſitũ eſt. Et ſic de præpoſitis, licet habeãt domos parentũ extra Balliuiã & Seneſchalliã vel Præpoſiturã, quia ꝑ hoc officiũ quaſi cõtrahendo ſortiunť forũ.

Cæteri verò Burgenſes,& alij laici, non in poteſtatibus conſtituti,illis curatis ſubſunt, in quorũ parochijs degunt principaliter,vel ſi in duabus æqualiter, in qua tunc manent qñ cõfiteri volunt illius parochiæ ſunt hęc Pet.de Pal.vbi ſuprà di.xviij.q.iij. Regulariter ergo confeſsio fienda eſt proprio ſacerdoti.Vnde dicit Inno.in.c.oĩs.extra de pœ.& remiſ.Si quis alieno ſacerdoti iuſta de cauſa cõfiteri peccata ſua voluerit, licentiam prius poſtulet, & obtineat à proprio ſacerdote: cum aliter ipſe illum non poſſet ſoluere vel ligare.Hæc ibi.

Caſus octo, in quibus quis poteſt alteri confiteri quàm proprio ſacerdoti ſine eius licentia.

CAP. IIII.

ET nota ſecundum Pet. de Pal.vbi ſupra

articu.

artic.iij.caſus.viij. in quibus quis poteſt alteri confiteri quàm proprio ſacerdoti ſine eius licentia:quos ponit Hoſt.in ſum.

Primus,propter indiſcretionem ſacerdotis proprij. Et ſub hoc caſu comprehenditur:quando ipſe ſacerdos proprius eſt ſolicitator ad malum: vel reuelator confeſsionis,vel eſt talis, quod ex confeſsione imminet periculum confitenti vel confeſſori. In hoc igitur caſu dicit Hoſt. quod eo ipſo habet licentiã à iure alium adeundi. de pœn. diſt.vj.c.placuit.Sed alij dicunt, quòd tunc debet petere licentiam ab eo,vel ſuperiore: quia.c.omnis.dicit quod qui ex iuſta cauſa voluerit alteri confiteri,petat licentiã à proprio ſacerdote.Et quamuis quidam hoc intelligant niſi ex culpa ſua hoc procedat:videtur tamen melius etiam ſi hoc ſit ex culpa ſua:quia culpa ſua nõ debet alteri nocere, puta ſuperiori, ſicut proprio ſacerdoti mortuo, vel excommunicato:non eoipſo licet ire ad alium: ſed oportet recurrere ad Epiſcopum. Sed ſi ſuperior alteri non poteſt:vel etiam ſi poteſt, eſt æquè defectuoſus: tunc quia ad papam non eſt facilis re-

curſus,eo ipſo ad alium ire poteſt.

Quando ergo proprius ſacerdos omnino indiſcretus & ineptus eſt, pro tunc poteſt adiri ſine licentia petita: vel ſaltem cũ licentia petita:& ea non obtenta poteſt ire ad alium. Dico autem petita: quia etſi ſit indignus per ſe audire: non eſt tñ impotẽs committere.Et in hoc.ſ.quod debet petere licentiã ab ipſo:vel ire ad ſuperiorem, concordant Th.Pet.Al.Inn.& Gul.Quod ſi negatur ab eis licentia: tunc dicunt prædicti quod idem iudiciũ eſt de eo quod & de illo qui non habet copiã confeſſoris, magis debet eligere laico cõfiteri: nec in hoc tranſgreditur præcepta eccleſiæ: quia præcepta iuris nõ ſe extẽdunt vltra charitatẽ: nec ẽt fit iniuria ſacerdoti: quia priuilegiũ meretur amittere qui conceſſa ſibi abutitur poteſtate.hæc Tho.in iiij.di.xvij.q. iij.art.iij. Itẽ dicit ibi Th. quòd peccaret ſacerdos, ſi non eſſet facilis ad præbendã licentiã alteri confitenti.Sed Pet.de Pal.dicit quòd tũc poteſt libere ire ad alium:vt patet ſuprà.Et ſi non poſſet alium habere:& neceſsitas immineat dicunt prędicti doctores quod cõ-

fiteatur

fiteatur peccata ſua in genere ſine eo: de quo poſſet malum prouenire.

Secundus caſus eſt: quando parochianus tranſtulit domiciliũ ſuũ: quia tunc deſinit eſſe parochianus primi ſacerdotis: & fit parochianus illius, ad cuius parochiam ſe trãſtulit. Sed in duabus parochijs haberet domum, & in vna maneret tempore æſtituali in alio vero tempore hyemali. vtrobique ſortitur forum non ſimul, ſed ſucceſſiuè: ſecundum quod habitat modo hic modo illic: & hic tunc recipiat ſacramenta vni tũc habitat: aliàs alibi.

Tertius caſus eſt: cũ eſt vagabũdus, nec habens nec petens domiciliũ, tũc iſte pōt confiteri cuilibet curato vel epiſcopo: in cuius parochia eſt. imo ẽt nõ curato videtur: quia nulli ſubditus, ſubdit ſe cui vult. Nam oĩs ſacerdos poteſtatem habet ordinis & iuriſdictionis ex ſua ordinatione. ſed ſubditus habet ſolũ eos qui ſe ei ſubmittunt: niſi quod ſecundũ iura qui ſe ſemel alicui ſubmiſit, factus eſt eius parochianus: nec pōt ſe alijs ſubmittere, quouſq; de primo ſe ſubtrahat ſimpliciter niſi volũtate illius: Vnde dr̃ ext.

de pœn.& re.ca.ſi permittimus eligere.q.d. Iure diuino licebat eis eligere: ſed electione eis ſubtracta permittimus relaxantes retentionem quod poſſint eligere, vnde in d. c.placuit.de pœ.diſt.vj. dicitur ſine conſenſu eius,cui primò ſe commiſit:& poſtea qui pœnitens confeſſus eſt.

Quartus caſus eſt,ſi quærit domicilium quo ſe conferat quouſq; ſe aliqui ſubdat. Et de peregrinis quidem dicendũ eſt quòd ſi ſine licentia curatorum & Epiſcoporum profecti ſunt: nil priuilegi habent in hoc, Concor. in hoc ſcilicet quod peregrini & negotiatores & alij viatores ſi nõ habẽt licentiã à ſuis curatis vel epiſcopis: vel ſine licentia eorum iter arripiunt, non poſſunt ab alijs abſolui.Innoc. Hoſt.& Gul.Si autẽ de licentia epiſcoporum & curatorũ profecti ſunt,eo ipſo habent licentiã interpretatiuã confitendi:cum ſine confeſſione dignè peregrinari nequeãt. Si etiam ſuperueniat paſcha:cõmunicare poſſunt propter eandẽ licẽtiã implicitã,& de caſu epiſcopali abſolui:quia epiſcopus nõ retinẽdo ſibi autoritatẽ licentiando peregrinos ex hoc ipſo videtur

detur eis dare licentiã confitẽdi de caſibus epalibus: ſicut curatus de parochialibus.

De mercatoribus autem ſi nuſquam haberent domicilium niſi ſemper ſequendo nundinas: idem iudicium eſt quod de vagabundis. Et idem ſi in loco ſuo tenent hoſpitium, ſed non declinant illuc in paſcha communiter. Non enim tunc viderentur ibi habere domicilium quo ad ſacramenta: & idem de familia principis vel balliui, quæ nunquàm in eodem ſtatu permanet, ex quo licet ipſi teneant hoſpitium alibi: nec tamen ad illud declinant niſi ad horã: iſti vagabundi cenſentur. Idem de familia epiſcopi laica: quia non ſic habet ius in ea ſicut cardinales. Sed ſi eſſent de diœceſi ipſa, de eius licentia confiteantur. Si autem de alia ex ęquo eius hoſpitium dimiſerunt: quia per diœceſim vagantur, reſpectu illius diœceſis vagabundi reputantur: vt de licentia epiſcopi illius vel cuiuſlibet curati ad cuius parochiã veniunt, confiteri poſſunt.

Quintus caſus eſt ratione delicti. vj. q. iij. ca. placuit. quod quidam dicunt eſſe verum tunc ſolum, quando propter hoc eſt

excommunicatus:quia ſi eſſet excommuni catus à prælato loci illius propter illud pec catum:ſicut cõſueuit fieri:ut in furtis & hu iuſmodi quorum ignorantur autores; mittendus eſt talis ad excommunicatorem ab ſoluendus ab eo. Sed ſi peccatum eſt occul tũ & propter hoc non ſit excommunicatus, poteſt de hoc cõfiteri proprio ſacerdoti. ut dicitur in sũma Piſana. Frã. zãb. refert Lau rẽ. tenere quòd curati & etiã frattes admiſſi ad audiẽdũ cõfeſsiones ſecũdũ formã cle mẽ: dudũ. poſsũt audire & abſoluere pecca ta cõmiſſa nõ ſolũ in diœceſi: ſed etiã extra territoriũ diœceſis: dummodo tamẽ cõfitẽtes ſe poſsint illis cõfiteri, id eſt, quod ſint illius diœceſis: uel parochiæ quo ad curatos.

Sextus ratione ſtudii: ut ſcholares etiã ſi non ſint moraturi niſi per annũ in ſtudio: uel quia non habent plus de ſpatio, uel ab epiſcopo, uel capitulo, de cuius licentia ibi ſunt: uel quia ſic diſponũt, uel de parochia in parochiam mutantur. De illis uero ſcholaribus qui ueniunt de omni parte regni ad parlamentum Pariſius cùm rex reputet ſe ſiſcum, non recognoſcens ſuperiorẽ in toto

orbe. uidetur quod ibi poſſunt confiteri epi ſcopo & curatos, ĩ quorũ parochiis domos cõducunt: ſicut olim tẽpore imperatorũ Ro mæ erat ibi communis patria, & quicunq; illuc ueniebat, habebat iudicẽ ſuum ſcilicet prætorẽ peregrinũ. Sed cõtrarium eſt uerũ, ſcilicet quod non poſſunt abſolui ratione parlamẽti: ſi non habent licẽtiã à ſuis prçla tis: quia rex Pariſius nõ habet poteſtatẽ in ſpiritualibus: nec cæteris partibus regni. Epiſcopus autẽ poteſt in ſpiritualibus ſoli ſuæ diœceſi. Solum enim Romæ: ubi eſt ſedes papæ: in ſpiritualibus omnibus eſt patria cõmunis: ſicut eccleſia cathedralis omnibus de diœceſi. Vnde in curia Romana ſi cui curato ſummo pœnitentiario de omni loco mundi poteſt confiteri: & pœnitentiariis ſimplicibus ſicut uicarij ſui curati.

Septimus caſus eſt ratione neceſſitatis. quando eſſet in mortis articulo: tũc omnis ſacerdos ab eccleſia non præciſus autoritate iuris ſit proprius ſacerdos. extrà de of. or. c. paſtoralis. Ex hoc quod habetur de cõ ſe. di. iiij. c. ſanctũ. uidetur quod etiam laicus in huiuſmodi neceſſitate poſſit etiam

excommunicatum reconciliare eccleſiæ ſi nõ eſt ipſe præciſus: non tamen poteſt abſoluere à peccatis audiendo confeſſiones.

Octauus caſus quẽ ponit Hoſt. eſt ſi ſacerdos nõ ꝓprius ponat ſpẽ in ratihabitione proprij ſacerdotis. Sed vt dicitur in ſumma Piſana & bene iſte caſus cõmuniter nõ tenetur. cuius rationem aſsignat Pe. de Pa. Nulla enim ratihabitio cõfirmat ſacramẽtum: quod nullũ fuit: quia ſi in non ſacramentis ratihabitio ſaltem papæ valere poteſt: quando ille ſolennitatẽ mutare poteſt: ſicut de eccleſia per non epiſcopũ dedicata, ſolum ratihabitione papæ dedicata vel reconciliata reputatur. extra de conſe. eccleſ. vel alta. cap. aqua. tamen in ſacramentis valere non poteſt: quia illa papa mutare non poteſt: quia regula iuris eſt: quòd ratihabitio retrotrahitur: & mandato comparatur: quando ſolo mandato & à principio res agi poteſt. In talibus autem locum non habet quando ſcilicet eſſentia ſacramenti deficit: quia tunc totum iterandum eſt. De eſſentia autem abſolutionis eſt poteſtas iuriſdictionis: quam poteſta-

tem

tem erga talem non habet ex hoc quòd ponit ſpem in ratihabitione.

Quis poßit committere: & quis non de audienda confeßione.

Cap. V.

NOta ſecundum Petrum de Palude, in iiij.di.xvij.q.iiij.quòd omnis ſacerdos proprius: qui iure ordinario poteſt audire confeſsionem:poteſt hoc ipſum alteri committere: quia habet cauſam meri imperij. Et quia quicunq; per electionem habet curam animarũ eſt ordinarius: ideo omnis talis poteſt licentiare quemlibet,& ſubditum curæ ſuæ alteri confiteri. Item ordinarius eſt quicunq; ex officio ſibi annexo hoc habet, licet non ſit per electionem. Item gerens vicem curati per legem vel cõſuetudinem:ſicut factus prior per abbatem:qui viuente abbate erat delegatus, non potens ſubdelegare eo mortuo vel amoto eius vices in omnibus obtinendis eſt quaſi ordinarius delegatus quantum ad hoc:vnde licentiare poteſt ſibi ſubditos de cõfeſsione. Idẽ videtur de ſuperiore,amoto priore: vel vicario cum conuentus non habet priorẽ.

Archipresbyter

20 Archipresbyter ciuitatis de quo iura lo quũtur, uidetur quòd ſit ordinarius: ſicut ſi eſſet præbenda ſacerdotalis: cui ex officio eſſet annexum officium audiendi confeſſiones illorum de diœceſi extra ciuitatem: & multo magis ſi de ciuitate. Sed ſi pœnitentiarius non habet officium ex ſua præbẽda ſed ex commiſſione uiuæ uocis epiſcopi qui reuocat quando uult: quia iudicium ſoluitur uetante eo qui iudicare iuſſit: talis eſt delegatus & non ordinarius.

21 Archidiaconus licet ſit iudex ordinarius de conſuetudine, non tamen in foro cõſciẽtiæ: niſi ſit ſacerdos, & tũc audit ex commiſſione. Legatus eſt ordinarius in utroq; foro unde ſicut in exterioribus dat iudices delegatos: ita & habet ſuos pœnitentiarios.

22 Summus pœnitentiarius eſt ordinarius in ſpiritualibus tantum, unde habet pœnitentiarios ſuos: & concedit etiam licentiã eligendi confeſſorem. Sed ſimplices pœnitentiarii papæ, quamuis ſint delegati papæ, qui ſolus eos ponit, non ſummus pœnitentiarius; poſſunt quidem eos audire de toto mundo, ſed non poſſunt ſumere adiutores:

nec

nec etiam dare licentiam eligendi confeſſores.

Decanus ruralis qui etiam archipresbyter vocatur: ſi iſte decanatus eſt annexus alicui curæ ſpirituali, reputatur ordinarius in parochiis ſui decanatus poſt epiſcopum ſupra curatos. Et uidetur etiã ordinarius curatorum. Et ſic curati de licentia eius non ſolum epiſcopi poſſunt confiteri.

Si autem epiſcopus ſeu archidiaconus confert illum decanatum modò huic, modò illi curato, uidetur delegatio: & hoc reſpectu communium caſuum. Nam reſpectu caſuum epiſcopalium, tam de curato quàm de decano: quibus de ſpeciali gratia cõmittit abſoluere, de illis uidetur diſtinguendũ, an ſint retenti de iure vel conſuetudine & tunc in illis nullum ius habet de ſe inferior epiſcopo, unde cuicunq; illos committit: autoritate delegata illos abſoluit.

Item nota quòd quando poteſtas iuriſdictionis eſt una apud plures, & non apud quemlibet inſolidum, tunc non poteſt quilibet per ſe eam committere ſine conſenſu aliorum. Sed quod omnes tangit, ab omnibus

nibus debet approbari. Vnde ſi capitulum ſede uacante gerat uices epiſcopi in tēporalibus, nullus de capitulo etiā decanus poteſt ponere officialē ſine conſenſu aliorum ſed capitulum de conſenſu maioris partis. Poteſtas autem abſoluendi à peccatis vna & eadem poteſt eſſe apud plures: vt ſunt unū & nō penes vnum, ſicut penes capitulum ſede uacante, quando habet poteſtatem eius in ſpiritualibus: non quantum ad commiſſionem: ſed quantum ad executionem, quia cōfeſſio ſola eſt fienda: unde totum capitulum, non unus canonicus ponit pœnitentiarū. Sed quādo iuriſdictio perfectè in ſolidum remanet apud quēlibet eorum: ita quòd unus ſine alio poteſt per ſeipſum de cauſa cognoſcere, tunc unus ſine alio cui uult poteſt committere, & minor ſine maiore: multo magis econuerſò. Et quia poteſtas abſoluendi: quæ eſt apud curatum, papā, & epiſcopum non eſt una: ſed quilibet poteſt per ſe audire ſine conſenſu alterius: ita etiam quilibet eorum ſine conſenſu alterius poteſt committere alteri.

Vnde uicarius curati ſine licētia epiſco-

pi pōt audire confeſsionem illorum. ſ. qui ſunt ſubditi curatorũ, & non aliorũ:& multo magis econuerſo. ſ. de licentia epiſcopi audire eorum cōfeſsiones qui ſunt ſubditi curatorum: ſine licentia vel conſenſu eorũ.

De hoc extat bullata declaratio Clemẽtis & Alexandri, poſt cuius bullationẽ nullus Pariſius dixit contrarium. Qui autem ex commiſsione ſolum audit confeſsiones: non poteſt alteri committere audientiam confeſsionum. hæc Pe. vbi ſuprà. ar. iiij.

Quomodo, & quando curatus vel presbyter parochialis poßit dare, vel negare licentiam alteri confitendi ſubdito, ſi petat illam.

Cap. VI.

Nota ſecundum Pet. de Palu. in iiij. diſtin. xvij. q. vbi ſupra quòd ſi parochianus petat licentiam alteri confitendi indeterminatè, non det curatus: niſi ſit veriſimile quòd pœnitens non eligeret niſi æquè bonum vel meliorem. Si vero nominat ſibi alium de quo veriſimile eſt quòd ſit æquè bonus vel melior ad confeſsionem audiendam: non neget: quia forte habet peccatum: quod erubeſcit confiteri ſibi: & prius

moreretur

moreretur ſine confeſsione: quàm ſibi confiteretur. Si vero appareret quòd non eſt æquè bonus aut per famam: aut per viſum ſuæ perſonæ: aut ꝑ côuerſationẽ perſonarũ ſibi confitentium quæ minus religiosè conuerſantur: tũc ſimpliciter debet negare innoteſcendo quòd ille nõ poteſt eum abſoluere: quod tamen intellige: cùm ille ad quẽ vult accedere parochianus, non habet authoritatem niſi ex commiſsione ipſius curati: declarando etiam quòd ipſe paratus eſt audire: ſi tamen eſt talis quòd ad hoc ſit ſufficiens: vel etiam quòd eſt paratus ſibi dare vnum alium loco ſui, in quo caſu bene videat vt det ſibi ad hoc ſufficientem. Nam ſi inſufficientem daret: ſibi imputaretur detrimentum quod inde ſequeretur oui ſuæ: quia ſecundum iura, qui parum diligenti ſocio ſuam rem cuſtodiendam cõmiſit, facilitati ſuæ, imputare debet ſi perijt. Si autem ille petitus à parochiano vel diffamatus habet poteſtatem ſuperioris, putà quia eſt vicarius epiſcopi: vel confeſſor deputatus in ordine minorum vel prædicatorum, & huiuſmodi: non propter hoc

prohibendus

prohibēdus eſt ſimpliciter:quia iudex malus ordinarius:vel delegatus non perdit iuriſdictionem ſuam:ſed debet dicere petenti : Non expedit tibi vt tu vadas ad illum, vel ad alium.nec ibis devoluntate mea nec aſſenſu,nec licentia: ſed ipſe habet poteſtatem ab alio maiore : vnde non poſſum tibi prohibere, ſed paratus ſum te audire : vel per vicarium:vel extraneum idoneum. Et ſecundum hoc ſoluitur inſtantia illius regulæ. ſcilicet quòd non poteſt eſſe paſtoris excuſatio, ſi lupus oues comedit : & paſtor neſcit, quia hoc verum eſt quando paſtor ſcire debet & poteſt. Et licet aliquis ſemper debeat reputare aliũ meliorem ſe ſimpliciter,non tamen quantũ ad omnia:puta quantum ad officium hoc, vel iſtud. Item ſuſpiciones habere poſſumus non ad iudicandum proximum, ſed ad cauendum nobis. Nam ſi video pauperem non iudicabo furem,tamẽ ne fortè ſit fur cuſtodiam rem meam ab eo:& ſic in propoſito. Tamen ſi contrarium non apparet,plus debet homo præſumere de his quos papa vel epiſcopus per totã diœceſim præfecit:quam de ſe,qui

deputatur ad vnam paruam parochiam.

De religioſis qui non poſſunt audire confeſſiones, ſine licentia prælati ſui

Cap. VII.

NOta quòd religioſus non debet audire confeſsiones etiam illorum qui habẽt licentiam ſibi eligendi confeſſorem quemcũq;, etiam ſi haberent à papa, ſine licentia & autoritate ſui ſuperioris: quia ſine ſuo ſuperiore velle, & nolle non habet. Patet hoc per ſimile extrà de elec. cap. ſi religioſus. libro ſexto. ad huiuſmodi officium vbi dicitur quòd electioni de ſe factæ non debet nec poteſt aſſentire ſine licentia ſuperioris ſui. Sed vbi papa nominatim eligit religioſum ad aliquod officium præſumitur nocere perſonæ induſtriã. Vnde nõ requiritur alterius licentia ſiue pro inquiſitione, ſiue pro prædicatione, ſiue pro audientia confeſsionum., ſiue pro prælatione, ſiue alio quocunque officio. Sed ex hoc quòd papa daret alicui licentiam ꝙ poſſet ſibi eligere quemcunque etiam religioſum pro audiẽdo confeſsiones, vel pro prædicatione, ex iſta tali licentia non debet religioſus, audi

re

re confeſſiones,vel prædicare ſine licentia ſui ſuperioris vel prælati,vel abbatis, argui tur ad hoc extra de iudi.capi. quod ſit laudabile.ſi tñ in dicto caſu audiret religioſus ſine licentia ſui ſuperioris vel prælati, teneret abſolutio, ita ꝙ nõ eſſet reiterãda talis confeſſio quãuis male faceret talis ſic audiendo. Pe. de Pal. vbi ſuprà.q.iiij art.iij.

De poteſtate audiendi cõfeſſiones tributa fratribus prædicatoribus & minoribus à iure: per textum cle. dudum. §. ſtatuimus. de ſepul.quomodo fieri poſſit,& quomodo,exponitur.

Cap. viii.

Nota textum Clemen. dudum. §. ij. de ſepul.vbi dicitur: Statuimus & ordinamus vt in ſingulis ciuitatibus & diœceſibus in quibus loca fratrum ordinis prædicatorum, & minorum conſiſtere dignoſcuntur & in ciuitatibus,diœceſibus, & locis ipſis vicinis, in quibns locis huiuſmodi non habentur magiſtri,priores,prouinciales ordinis prædicatorum, aut eorum vicarij & generales prouinciales, miniſtri & cuſtodes minorum ad præſentiam prælatorum eorundem locorum ſe conferant

per ſe vel per fratres: quos ad hec idoneos forte putauerint, humiliter petituri vt fratres qui ad hoc electi fuerint in eorum ciuitatibus: & dioeceſibus confeſſiones ſuorum ſubditorum confiteri ſibi volentium audire liberè valeant, & huiuſmodi confitentibus prout ſecundũ Deum expedire cognouerint, pœnitentias imponere ſalutares, atque eiſdem abſolutionis beneficium impẽdere de licentia, gratia, & beneplacito eorundem. Deinde pręfati magiſtri, priores, prouinciales & miniſtri ordinũ prædictorũ eligere ſtudeant perſonas idoneas, & ſufficientes, vita probatas, diſcretas, honeſtas, atq; peritas ad tam ſalubre miniſterium & officium exequendum: quas ſic ab ipſis electas repreſentent vel faciãt præſentari prælatis, vt de eorũ licentia, gratia & beneplacito, in eorũdem ciuitatibus & dioeceſibus huiuſmodi perſonæ ſic electæ confeſſiones audiant ſibi confiteri volentium, & imponant pœnitentias ſalutares, & beneficiũ abſolutionis impẽdant, prout ſuperius eſt expreſſum extra ciuitates, & dioeceſes in quibus fuerint deputatę, per quas eas: & non

per

per prouincias volumus deputari cōfeſſiones nullatenus audituræ. Numerus autem perſonarum aſſumendarum ad huiuſmodi officium exercendum eſſe debet, prout vniuerſitas cleri, ac populi multitudo vel paucitas exigit eorundem. Et ſi ijdem prælati petitam licentiam confeſſionum huiuſmodi audiendarum conceſſerint, illam prælati recipiant cum gratiarum actione, quòd ſi fortè dicti pręlati quemcūq; ex huiuſmodi fratribus præſentatis eiſdē ad huiuſmodi officium nolent habere, vel non ducerent admittendum eſſe, quo amoto vel ſubtracto, loco ipſius ſimiliter eiſdem pręſentandus poſſit alius ſubrogari. Si verò ijdē prælati præfatis fratribus ad confeſſiones (vt præmittitur) audiendas electis hmōi exhibere licētiam recuſauerint, Nos ex tunc ipſi vt confeſſiones ſibi confiteri liberè volentium. liciteq; audire valeant, & beneficium abſolutionrs impēdere gratioſè concedimus de apoſtolicæ plenitudine poteſtatis. Per hmōi autem conceſſionem nequaquā intendimus perſonis, ſeu fratribus ipſis ad id taliter deputatis poteſtatem ad hoc im-

pēdere ampliorem,quàm in eo curatis ſeu parochialibus ſacerdotibus eſt à iure conceſſa: niſi forſan eis eccleſiarū prælati vberiorem in hac parte gratiam ſpecialem du cerent faciendā.Petituri Paul.pōt peti hęc licentia à prælatis extra ſuum territorium, quia eſt voluntariæ iuriſdictionis. Cuſtodes gloſ.priores ergo conuentuales quo ad prædicatores,& Gardiani quo ad minores, hoc non poſſunt. Humiliter Paul. ſi petatꝰ iſta licentia aſperè, non videtur ſatisfactū conſtitutioni:& ideo iterum eſſet repetenda propter omiſsionē formæ. Miniſtri glo. Nota, quòd de vicarijs priorum prouincialium,& de cuſtodibus non repetit, de quibus præmiſit. licet ergo illi petitionem poſſint facere de qua præmiſit,non tñ electionem,de qua hic loquitur.Præſentari glo.ergo perſonalis præſentatio fieri debet: nam dicitur præſens,qui præbetur ſenſibus corporis.Facit de pœ.diſt.j.in prin.Idem dicit Paul.ſuper verbo,repræſentent. Exigit glo. Si verò epiſcopus contēdat cū fratribus, dicens minorē numerum ſufficere, recipiat Epiſcopus numerū,qui ſibi videtur:de reliquis

quis recurrat̃ ad arbitriũ boni viri, id eſt, iu dicis.ff.de verbo.obl.l.cõtinuus. Conceſſerint glo. q̃ ſnĩam ſine cauſa reuocare non poſſunt.c.decet.de reg.iur.lib.vj.Subrogari glo.ſi nõ recipitur iuſta de cauſa,quia.ſ.nõ eſt talis qualis ſupra deſcribitur, ſibi imputent qui malũ elegerunt,& ſic poſſet omnes recuſare,cùm non ſunt apti, ſed ſine cauſa hoc facit:ſuccedit licentia papę.Recuſauerint.glo.Si nõ recuſat expreſsè, ſed nõ dat, nec negat, videtur ꝙ locũ haberet hoc priuilegiũ poſt trinã monitionẽ,vel requiſitionẽ per c.j.extrà de ſup.neg.prȩla.Volentiũ. gloſ. fortè non intellexit de religioſis, qui ſm ſtatuta ſuorum ordinũ prȩlatis ſuis cõfiteri debent.Liberè.glo.denotat, ꝙ nõ eſt neceſſe habere licentiam ſacerdotis parochialis, cuius contrariũ dicit Io.mo. ſed ei mõſtratur.Impartiri gloſ. abſoluti ergo nõ habẽt neceſſe vlterius confiteri proprio ſacerdoti. Nec obſtat c. oĩs. in prin.de pœ.& rem. quia illud intelligitur de eo,qui alteri non eſt confeſſus legitimè Io. mo. dicebat contrarium : ſed malè dixit. Item Pau.ſ.ꝙ abſq; licẽtia parochialis ſacerdotis poteſt

quis alteri cõfiteri,nec tamẽ ex hoc ſequitur, quòd ſint curati iſti: ratio eſt ſecundũ glo. quia nec ipſi fratres ſunt adſtricti ad executionẽ, vel exercitium iſtorum actuũ, nec fideles ſunt adſtricti,vt in his ad eos recurrant.Item no.vt dicitur in ſumma Piſana,& bene, quòd poteſt Epiſcopus acceptare fratres ad audientiam confeſſionum, & hoc ſine ſolennitate prædicta præſentationis, ſi vult committendo eis iuriſdictionẽ ſuam,quia etiam ſine iſto priuilegio poſſet eis dare licentiam audiendi.

De effectibus,qui ſequuntur ex commiſſione audientiæ Confeſsionis alteri factæ.

CAPVT IX.

EX commiſſione autem alteri facta de audientia confeſſionum ſiue ex prædicto modo, ſiue per alium modũ ſequuntur iſti effectus, vt dicit Petrus de Palu.in iiij. diſtinct.xvii. Primus quidem, quia talis commiſſarius poteſt audire, & abſoluere alterius licentia minime requiſita,nec ille qui vult cõfiteri tenetur petere licentiam à proprio ſacerdote.ar. efficax. extrà de procutato.

curato.ca.is qui.libro vj.Nec obſtat, quòd curatus debet cognoſcere vultum pecoris ſui,nam vultum exteriorem poterit cognoſcere ſicut & prius, & etiam intueri & corrigere fraterna correctione, & paterna admonitione:ſicut prius,& quantum ad exteriorem vultum attinet, non minus honeſtè viuunt, qui cōfitentur fratribus, quàm qui confitentur ſecularibus curatis. Quantum verò ad interiorem vultum melius poterūt reddere rationem da confeſſis fratribus & huiuſmodi, quàm de confeſſis ſibi vel ſuo vicario,quia de interiori vultu parochianorum,qui ipſum reſpuerunt, & ſine licentia ſui vicarij papæ vel epiſcopi elegerunt non habent reddete rationem, quia per eū non ſtetit, quo minus eos audiret & inſtrueret: ſed per ſuperiorem qui eis coadiutores dedit, & per parochianū, qui eum legit. Hæc Pet.de Palu.dicit tamen Tho.in iiij.diſtin. xvj.quæſt.iij.artic.iij. quæſt. vj. quòd ſi alicui concedatur poteſtas à ſuperiori iudice cōfeſſiones audiēdi parochianorū alicuius curati,ex hoc non fit præiudicium,quia poteſtas iuriſdictionis non eſt cōmiſſa alicui

in

in fauorem ſui, ſed ad vtilitatem proximi, & populorũ, & Dei honorem. Idem etiam tenet Ioannes And.in cap.ſi Epiſcopus. de pœnit.& remiſ.lib.vj.in j.gloſ. Item etiam tenet Ioan. Andr.in clemen. dudum de ſepul.vt ſupra patuit.ſ.ꝙ non teneatur petere licentiam à ſuo curato, qui vult ipſis fratribus confiteri.Idem tenet expreſſe Paul. vnde gloſ.Bernar.quæ hoc dicebat, damnata fuit tanquàm falſa per cle. iiij. in quodam priuilegio.quod incipit: Quidam temere.

Secundus effectus huius promiſsionis ſecundum dictũ Petr.eſt,quòd cõmiſſarius poteſt audire cõtra prohibitiones alterius prelati,in quo eſt differẽtia inter ſuperiorẽ & inferiorẽ:nã inferiore contra inhibitionem ſuperioris nõ poteſt alicui cõmittere: ſicut nec ꝑ ſeipſum audire eũ:ita fit quòd poſsit eum ſuſpendere ab audientia cõfeſſionũ per aliũ, ſicut poteſt per ſemetipſum Ecõuerſo autem cõtra inhibitionẽ inferioris ſuperior poteſt ita committere,ſicut poteſt audire eo inuito.Similiter ſi eſsẽt duo curati de pari & vterque inſolidũ,vnus cõtra inhibitionem alterius poteſt audire, &

committere

cõmittere,quia par in parẽ nõ habet impe rium.Quando ergo inferior prohibet ne ſubditus cõfiteatur cuicũq; ſine licẽtia,debet excipere niſi ſuperiori vel eius vicario alias temere agit:niſi loqueretur talibus, qui bene ſciunt,quod nõ intendit vel non poteſt prohibere, quin cõfiteantur tales ſuperiori ſuo ſicut in religionibus,cum prior prohibet ne quis confiteatur de tali peccato ſine licentia ſui.Certum eſt omnibus,ꝙ nõ intendit quin poſsit cõfiteri magiſtro ordinis,vel prouincialis, vel eorũ vicariis, quia ſi prohibet, ſpueremus ei in faciẽ,& multo magis ſuperior,qui non poteſt dare licentiã alteri confitẽdi cũ ſit vicarius hominis quandiu prior viuit, ſi inhiberet ne quis ſine ſui licẽtia confiteretur &c. decideretur.Sed mortuo vel amoto priore,vices eius gerit per cõſtitutiones, vnde reputatur ordinarius. Curatus ergo prohibens ſubdito ſuo ne alij confiteatur, debet excipere epiſcopum, papam, legatum: ſummum pœnitentiarum, & archiepiſcopum dum viſitat, & habentes ab eis poteſtatem Epiſcopus verò non debet excipere

omnes

oẽs prædictos, niſi ſeipſum: & ſic quilibet excipiat ſuos ſuperiores à tali ꝓhibitione.

Tertius effectus huius cõmiſsionis eſt, quòd tenetur curatus ei Euchariſtiam miniſtrare:& etiam alia ſacramenta, ex quo dicit ſe confeſſum illi qui potuit eũ abſoluere,nec eſt abſurdum, ꝙ det euchariſtiam illi,cuius tamen conſcientiam ignorat: ſed cum æquè bona & tuta conſcientia imò tutiore poteſt eum coõicare, qui confeſſus eſt ſine ſui licentia habenti poteſtatem, ſicut illum qui confeſſus eſt de licentia ſua, vel ſibi: quia nec etiam vicarius curati reuelat ſibi confeſſionem: cùm idem curatus dat illi communionem,vnde æqualiter ſcire debet conſcientiam confeſſi vicario ſuperioris, ſicut ſcit conſcientiam talis confeſſi vicario ſuo. Et debet curatus præſumere,quòd melius confeſſus eſt,qui confeſſus eſt ei,quem papa vel epiſcopus eligit in in confeſſorẽ per totum mundum,vel diœceſim ſuam, quam qui confeſſus eſt illi quem elegit ipſe prouidendo de ipſo ſuis ſubditis, cum Epiſcopus non debeat hoc committere, niſi viris potentibus opere & ſermone

ſermone,vt de offic.ordi.c.inter cætera. vel etiam ei qui confeſſus eſt illi, quem elegit ipſe proprio arbitrio de licentia curati generalis,& hoc niſi cùm eſſet excõmunicatus vel notorius peccator: nam tunc antequam det ei Euchariſtiam, debet ei clarè conſtare de abſolutione ab huiuſmodi.

Quartus effectus eſt,quòd peccata confeſſa habenti talem cõmiſſionem,non tenetur iterum confiteri proprio ſacerdoti: vt declarat Ioan.xxij. in extrauagan.quæ incipit.Vas electionis.

Quintus effectus eſt, quòd per hanc cõmiſſionem, fit iudex qui prius non erat. Cùm enim ad abſoluendum requiratur poteſtas ordinis & iuriſdictionis, licet ab habente ordinem & iuriſdictionem, vel iuriſdictionem tantum poſſit hæc audientia committi habenti ordinem, licet non habeat iuriſdictionem: puta ſimplici ſacerdoti,ita non curato ſicut curato, non tamen econuersò ſacerdos nõ curatus poteſt hoc committere vel Curato, vel ſacerdoti: & ratio diuerſitatis eſt, quia non æqualiter hæc duæ poteſtates transfunduntur. Habens

bens

bens enim ordinem ex ſola commiſſione non transfert ordinem, ſed ſolùm ordinatio ſacramentalis transfertur, ſiue ſit iudex, ſiue non: ſed iuriſdictio ab habente eam ordinariè ſola commiſsione transfertur indifferenter priuato, qui nullam habebat:& ei qui habebat aliquam, ſed non iſtã reſpectu ipſius.

Sextus effectus eſt, quòd qui audit confeſsionem non iure ſuo, perdit poteſtatem ſuam delegante mortuo, vel amoto, & idẽ fortè eſt ipſo excommunicato vel ſuſpenſo, niſi in confeſsione iam inchoata, quam audit ex tũc quaſi ex iure ſuo, ſicut etiam perdit poteſtatem illo reuocante, quia ſoluitur iudicium prohibente illo, qui iudicare iuſsit. Vnde ſicut epiſcopo mortuo, vel tranſlato, officialis ceſſat in cauſis, ſic debet ceſſare pœnitentiarius in confeſsionibus audiẽdis, niſi quòd abſoluere poteſt de peccatis iam auditis. Io.in c.gratum,& relatum.de offic.& pote.iud.deleg.quia mãdatum expirat per mortem mandatoris. Similiter ſi dedit confeſſorem monialibus, expirat poteſtas: niſi eſſet rector earum: cui

ex officio quaſi prioratus, vel rectoriæ eſſet audientia annexa: & tunc eſſet quaſi ordinarius. Videretur tamen quòd non ſimiliter ita expiraret poteſtas delegati, delegãte excommunicato, vel ſuſpenſo: ſicut mortuo vel amoto: quia in primo caſu retinet delegans iuriſdictionem: licet non vſum: in ſecundo autem neutrum retinet. Ad hoc autem quòd delegatus vtatur iuriſdictione, requiritur quòd delegatus in delegando quidem habeat iuriſdictionem, & eius vſum: quia delegare eſt vſus iuriſdictionis: ſed poſtquam delegauit, non requiritur ꝙ habeat vſum: quia vſus eius nihil facit, ergo &c. Poſſet tamẽ dici probabiliter quòd ſi epiſcopus non exiſtẽs excommunicatus, vel ſuſpenſus inſtituit officialem vel pœnitentiariũ, & poſtea excõmunicetur, nihilominus vterque poteſt procedere in officio ſuo: quia vtitur vice eius qui iuriſdictionẽ habet, licet non vſum per ſe. Si autem iam erat excõmunicatus, officialis nil agit: quia inſtitutio vel commiſsio non tenuit.

De pœnitẽtiario verò videt̃ ſecus: quia etiã non ſacerdos vel non conſecratus, qui

minus

minus habet quàm excommunicatus, committere poteſt, quia nō minus eſt cōmiſsio quàm permiſsio: quia iure ſuo ſacerdos audit confeſsionem, & committens tantum eſt cauſa ſine qua nō propter parochiarū diuiſionem & eccleſiæ prohibitionē, quando autem committens moritur, vel amouetur, non eſt differentia inter commiſſarium in foro pœnitentiali aut iudiciali, q̄a vtriuſque poteſtas expirat, quantum ad negotia non incepta. Hęc Pet. de Palu. diſtin. xvij. q. iiij. art. iij.

Capitulum decimum de differētia inter fratres præſentatos, ſecundum formam cle. dudum. Et differentia inter ſacerdotes curatos.

Cap. x.

FRatres prædicatores habent priuilegiū quod epiſcopis mortuis, qui ipſis ſuam dederunt autoritatem, vel commiſerunt poſſunt vti ea autoritate, quouſque fuerit prouiſum eccleſiæ de paſtore.

Item nota. quòd per iſtos effectus nō habet cōmiſsio effectum in perſonis ordinū reprobatorū, de quibus dicitur in. c. j. de re-

li.domi.lib.vj. Hæc Pet. de Palu.vbi ſuprà.

Nota vlterius differentiam inter prædictos fratres ſic præſentatos & curatos:nam prædicti fratres,& ex tali præſentatione, & commiſsione poſſunt audire omnes parochianos omnium curatorũ illius diœceſis vbi ſunt p̄ſentati, ſed non aliarũ diœceſium & non poſſunt hoc committere alicui. Sed curati non poſſunt audire inquantũ curati niſi parochianos ſuos tantum alius nõ,niſi cum licentia Epiſcopi vel curatorum eorum : & poſſunt hoc committere alteri ſcilicet adire ſuos parochianos, Nota etiam aliam differentiam,ſecundũ Lan.& Franc. Zab.in cle.dudum. Nam curati poſſunt audire confeſſiones, & eorum vicarij ſibi ſubditorum in diœceſi ſui Epiſcopi:& ẽt extra diœceſi m: ſed fratres electi & præſentati ſecundum formam cle.dudũ.de ſepul.de qua ſupra non poſſunt audire ſeu abſoluere extra diœceſim vbi ſunt præſentati:& ſi ſecus fieret, quanuis confeſſi poſſent ex ignorantia excuſari, tamen quo ad eccleſiam non eſſent abſoluti : ſed ſi conſtaret eis deberẽt iterum confiteri eis, & infra diœceſim abſolui

ſolui à prædictis. Sed ſi ſine prædicta ſolennitate committeretur fratribus ab Epiſcopo, vel à curatis autoritas audiendi confeſſiones ſimpliciter, tūc poſſent ēt extra diœceſim audire ſicut alij vicarij eorundem de caſibus epiſcopis reſeruatis: nec curati, nec dicti fratres p̄ſentati poſſunt abſoluere niſi inquantum fuerit à diœceſanis cōceſſum.

De caſibus multiplicibus epiſcopis reſeruatis de quibus agitur in ſi. cle. dudum de ſepult.

CAP. XI.

SCiendū ꝙ varię ſunt opin. Doct. in dictis caſibus. Aliqui.n. ponunt plures, aliqui pauciores. Vn̄ materia ipſorū caſuū nō eſt bene clara. Et in ſumma Piſana dr̄ ꝙ Bn̄dictus papa ij. in extrau. inter cūctas, declarauit quatuor eſſe caſus Ep̄ales de iure.

Primus, ſcilicet peccatum clerici per qđ incurriſſet irregularitatem.

Secundus, de incendiarijs.

Tertius, de peccato per quod indicenda eſſet ſolennis pœnitentia.

Quartus, de excommunicatis maiori excommunicatione.

Item declarauit quinque eſſe caſus ep̄is

reſeruatos

reſeruatos de approbata conſuetudine, Primus, eſt peccatum homicidij voluntarij. Secundus, eſt peccatum falſariorum. Tertius, eſt peccatum violantium eccleſiaſticã libertatem. Quartus, eſt peccatum violantium eccleſiaſticã immunitatẽ. Quintus, eſt peccatum ſortilegorum, diuinatorum. & incantatorum. Quanuis autem dicta extrauagans fuerit reuocata per cle. dudum. extra de ſepul. tamen quantum ad dictos caſus nil innouatũ fuit, & ſi alia ibi cõtẽta ſint: & ſic videtur ꝙ adhuc illi remaneant: & additur in Piſanella ꝙ poſſunt nihilominus Epi in ſuis Epiſcopalibus caſus eis reſeruare, prout videtur eis expedire: ſicut poſſunt conſtitutiones facere: & multomagis concilium ſynodale vel prouinciale, à quorum ſententijs religioſi non valent abſoluere Ioan.and.in c.ſi eps.de pœni.& remiſ.in glo.iij.lib.vj. Prędictis caſibus addit poſt crimen enorme & publicum homicidium & ſortilegiũ, oppreſſionẽ puerorum etiam ex caſu, inceſtũ, corruptionẽ monialiũ, coitũ cum brutis, matrimoniũ clandeſtinè cõtractũ vel contra interdictũ eccle-

ſiæ,periuriũ, falſum teſtimonium, blaſphe miam Dei,& Sanctorum. Hoc verò in ſum ma ponit omnes prædictos caſus: & addit peccatum contra naturã, & etiã qnodlibet enorme, quod particularis vł generalis cõ ſuetudo reſeruat ipſis Epiſcopis in quibus aliquãdo epiſcopi remittũt peccatores ad ſedem apoſtolicã propter enormitatẽ criminum,& ad terrorẽ aliorum. Hæc Hoſti. ego tamẽ nõ legi adhuc eſſe aliquod peccatum præcisè ita enorme à quo nõ poſsit abſoluere Epiſcopus ſubditum,dum tamẽ non habeat aliquã ſententiam excõmunicationis annexam. Quamuis autẽ poſsint abſoluere,ſi aliquando ad curiam mittant bene faciunt.Guli.Duran. Speculator in repertorio vltra prædictos caſus addit alios, ſcilicet deflorantes virgines vi oppreſſas, vel ſeductas.Contrahentes, poſt votum caſtitatis emiſſum fornicationem cum Iudæa vel Saracena. Concipientem prolem per adulterium,quam vir credit ſuam. Procurantem abortum vel ſterilitatem in ſe, vel in alio. Contrahentes matrimonium poſt ſponſalia iuramento firmata. Cogno-

ſentem carnaliter baptizatam ab eo, vel cuius confeſsionem audiuit: tenentem ad baptiſmum vel ad confirmationem filios, vel filias extra neceſsitatem. Baptizantem proprios filios extra neceſsitatem. Verberantem patrem vel matrē & vſurarios. Et tandem ſic concludit. Tot caſus ponere nihil aliud eſt quàm ſacerdotum poteſtatem refringere, quæ eis plenariè data eſt à Chriſto. Vnde breuiter dico ſacerdotes omnia poſſe in occultis. quo ad forum pœnitētiale, quę non ſunt ſpecialiter in iure Epiſcopis reſeruata, & quæ non ſunt ipſis ſacerdotibus directè per aliquā conſequentiā inter dicta arg. at c. ſi clerici. de iud. & c. nuper. de ſentē. excom. Hoc tamen fateor, quòd vbicunq; fuerit aliquod graue delictum, vel enorme, ſuperioris eſt iudicium requirendum, & idem dico in omnibus caſibus in quibus eſt generalis conſuetudo eccleſiæ, quòd ſint ipſis epiſcopis reſeruati.

Concluſio Ioan. de Lignano.

Ioan. de Lignano in declaratione quam facit. c. omnis de pœ. & remiſ. probat & concludit ex dictis immediatè & Gul. & Spec.

ex clc.dudū. fratres prædicatores & minores præſentatos pro audientia confeſsionū poſſe abſoluere ab omnibus caſibus peccatorū exceptis præciſe illas qui in iure reſeruātur epiſcopis. Sed à caſibus quos Epiſcopi ſibi reſeruant, vel de conſuetudine ſuæ diœceſis vel ex ſuo beneplacito, vel per cōſtitutiones ſuas ſynodales, vel prouinciales poſſe abſoluere: etiā ſi Epiſcopi dictos caſus non concedant: & probat ſic clemen. dudum. de ſepultu. ſtatuit quòd dicti fratres non poſſunt abſoluere niſi à caſibus à quibus poſſunt curati abſoluere, qui eis permittūtur à iure: niſi ipſi Epiſcopi vellēt aliquod plus conferre eis. Sed & Gul. dicit quòd non obſtante quòd doctores ponant multos caſus Epiſcopis reſeruatos, curati tamen poſſunt abſoluere ab omnibus occultis quæ non ſunt in iure epiſcopis reſeruata: & non ſunt ipſis ſacerdotibus directè, vel per aliquam conſequentiam interdicta. Licet ergo epiſcopi poſſint reſeruare certos caſus qui de iure competunt inferioribus, non tamen hoc poſſunt ſimpliciter: niſi in duobus caſibus, ſe-

cundum

cundum Gul. dupliciter, ſcilicet directè vt cùm aliqui fuerunt legitimè ſic in crimine deprehenſi quò merito fuerint tali poteſtate priuandi. Secundo indirectè ſcilicet per aliquam cõſequentiam: vt cum aliquis caſus euenerit in quo ad vtilitatẽ cõem expediat quòd talem cauſam retineat, & non aliter. xxv. q. ij. c. pro eccleſiaſticis. Non autem expedit vtilitati cõi reſeruare tot caſus: ſed hoc eſt ponere laqueos in via ſalutis. Sed ſi aliquis purè velit defendere plures caſus. Epiſcopos poſſe rationabiliter reſeruare qui ad ſacerdotes parochiales cũ ſint de foro epiſcoporum, & eorũ conſtitutionibus ſubiecti, tñ hoc non poſſunt facere Epiſcopi erga prædictos fratres, qui exẽpti ſunt nec eorũ ordinationibus ſubiecti: vt extra de exceſ. præla. cap. nimis praua. Cùm ergo nõ poſsint dicti fratrés abſoluere à caſibus reſeruatis in iure Epis, vt dicitur in dicta cle. dudum. ergo poſſunt ab oĩbus alijs abſoluere videlicet de cõſuetudine, reſeruatis particularis loci, vel ſynodali conſtitutione, quia vnũ negãdo, aliud tacẽdo cõſentit. diſ. xxv. c. qualis. nec poſſunt

prælati dictã cõceſſionem reuocare, vel de falcare, nec directè negãdo licentiã audiẽdi: quia nihilominus habent eã: per cle. dudũ. nec indirectè prohibẽdo parochianos, ne confiteantur eis. extrà de pri. c. quanto. nec per retẽtionem multorũ caſuum. quia fieret in fraudẽ legis, quod fieri non debet. vt. c. conſtitutus de conceſ. præben. Sileat ergo Io. mo. hic, qui dicit quòd ſi epiſcopus poteſt arctare poteſtatẽ ordinariã curatorũ: poteſt multò magis arctare poteſtatẽ extraordinariam ipſorum fratrum. quia quod per ſuperiorẽ cõceditur, per inferiorẽ arctari vel reuocari nõ põt, vt diſti. xij. c. inferior. Ad cõſtitutionem autẽ cle. de priuil. religioſi. vbi dicitur, quòd à caſibus ordinarijs reſeruatis, quenquam abſoluere non præſumant, reſpondendum eſt, quòd hoc intelligendum eſt de caſibus in iure reſeruatis: ſicut intendit clemen. dudum. non autem per conſuetudinem vel ſtatuta aliorum prælatorũ quia illa remouet papa in dicta clemen. dudũ. à quibus poſſunt dicti fratres abſoluere: & per cõſequens videtur quicquid dicatur per Modernos vel anti-

quos

qios de talibus caſibus per epiſcopos reſer uatis, totum reſeruatur per clemen. dudũ. ſpecialiter quãtũ ad dictos fratres: ſi enim conſtitutio poſterior, licet non faciat mentionem de priori, ipſam reuocare noſcantur cap. licet conſtitu. libro vj. multò magis reuocari debent dicta dictorum, ſi in cõtrarium promulgent. hæc Ioan. de Lignano. Sed Franciſ. Zaba. poſt Lanr. dicit quod de caſibus epiſcopalibus non poteſt dari doctrina, cùm dependeat ex conſtitutionibus ipſorum epiſcoporum, & doctrina. & quanuis Laurẽ. dicat quòd habens irregularitatem quã ſolus Papa tollere poteſt, non poteſt abſolui à peccato ante diſpẽſationem. Franc. Zaba. dicit contrariũ: ſcilicet quòd poteſt abſolui à peccato remanẽte macula irregularitatis. Quia ergo non eſt clarum qui ſunt caſus Epiſcopis reſeruati in iure cõmuni, ideo tutior via eſt huiuſmodi ꝙ fratres ſi poſſint ſciant ab epiſcopo quos caſus vult ſibi reſeruare, & de illis nõ ſe impediri, omnes verò alios caſus faciant ſibi concedi. Certum eſt autem ſm omnes, ꝙ abſolutio ab excommunicatione maiori

reſeruatur

reſeruat epiſcopis. Item diſpẽſatio vel cõmutatio votorum. Item relaxatio quorũdã iuramẽtorũ. Diſpẽſatio verò incertorũ an pertinet ad epiſcopum, vel alium, habes ſupra in ſecunda parte ſummæ. titu.ij. de re.ca.iij.& ibi diffuſè Fran.Zaba.in cle. dudũ.in glo.ſuper verbo cõceſſa,dicit gloſ. Ioan. Luc.Pa.Stephanus & zenxel.tenere ꝙ epiſcopus poſſit reſeruare caſus de quibus curati poterant ante hanc conſtitutionẽ dudum abſoluere: ita;quòd reſeruatio præiudicet fratribus, eſt id quòd etiam nõ poterant tũc ab ipſis reſeruatis caſibus abſoluere: quod eſt contra hoc quod hic dicit Io.de li. Et intelligitur iſta reſeruatio caſuum epiſcopalium de actibus exterioribus cum effectu, & non de interioribus videlicet ſi quis deſiderauit vel etiam quæſiuit alium occidere,iſtud homicidium cordis,non eſt de caſibus reſeruatis epiſcopis. Dicit etiam Pe̔l. de Pal. in iiij.diſt. xxxiij. q. ij. art. j.quod inceſtus qui committitur à pueris qui non habent vſum rationis nõ eſt de reſeruatis Epiſcopis: quia nec ꝑ hoc tollitur virginitas:nec cauſatur affinitas.

De

De ſacerdote, qui abſoluit aliquem à caſu à quo poteſt abſoluere. xij. ^ non

ET nota quod ſi confeſſor quicunq; aliquem abſolueret de aliquo peccato à quo nõ poteſt: ſiue quia eſt reſeruatus epiſcopo: ſiue quia nullã habet autoritatẽ, q̃uis grauiter peccet, & præcipuè quando abſoluit ſcienter, vel ex ignorantia iuris craſſa, tamen ex hoc non incurrit aliquã cenſurã vel excommunicationẽ: ſiue ſit clericus ſecularis, ſiue religioſus, talis abſoluens ſecundũ Franci. Zaba. & Zexel. ſed tenetur illum quem ſic abſoluit auiſare de errore ſuo, ſi cognoſcit, vel poteſt inuenire ille tamen quo ad Deum excuſatur dũ hoc ignorat. Et quod dictũ eſt, quod confeſſor debet illũ auiſare quẽ abſoluit, cũ non poſſet, intelligitur quando fieri poteſt ſine ſcãdalo notabili. Vnde in cõcilio Baſilienſi quidã multũ periti habita ſuꝑ hoc collatione dixerunt ꝙ talis cõfeſſore petat autoritatẽ à ſuperiori ſuꝑ hunc caſũ, à quo non potuit abſoluere: tñ abſoluit, quia habita voce illũ quem abſoluerat cum nõ poſſet: & ꝑ aliquem

quē modū coopertum interroget de aliqui bus quæ ſibi eſt cōfeſſus:quaſi volens ſe me lius informare, ac ſi plene nō intellexiſſet: & ſi qua alia criminaliá poſteà cōmiſerit: & ſic ab omnibus iterum abſoluat de tunc aliàs auditis & prius. Vel ſi magnū ſcanda lū ex hoc timeretur: ſic quòd prędictus mo dus ſeruari nō poſſet.abſoluat abſentem ſi ab vltima cōfeſsione credit perſeueraſſe ta lē in gratia,aut vt alijs placuit cùm ex hoc timeretur notabile ſcandalū euenire, con- mittatur Chriſto ſummo ſacerdoti præſer tim quando multitudo eſt ſic neglecta, vel multū diſtat à loco vbi eſt confeſſor. Sed ſi religioſus abſolueret aliquē ab aliqua ſen tentia excōmunicationi,ſuſpenſionis, vel interdicti in iure poſita, incideret in excō- municationē à qua nō poteſt abſolui citra ſedem apoſtolicam. Clemen.religioſis. de priuile. ſecus ſi abſolueret à ſententia ho- minis:quia tunc non incurreret,ſecundùm Pau.quanuis grauiter peccaret, ſed clerici ſeculares abſoluendo à ſentētijs iuris quā uis ipſi malè faciant, non tamen aliquam incurrunt cenſuram.

Capitulum

Capitulum xiij. an in generali conceſſione contineatur ſpecialis.

NOta etiam ꝙ vt dixit Ioan. And. ſuper ca. tua nobis. in glo. extra de offi. vic. Si epiſcopus dedit vicarium generalem, & in mãdato aliquid expreſſit de his quæ requi runt ſpeciale mandatum, ſecuta generali clauſula, & omnia quæ per nos poſſumus etiam ſi mandatum exigant ſpeciale ſecun dum Hoſtien. ſatis videtur ꝙ talis ẽt poſſit ſpecialia ad inſtar procuratoris: ſecus ſi ali quid de ſpecialibus non fuiſſet ibi expreſſum. Hæc Ioan. an. Quod videtur intelligendum quantum eſt de virtute verborũ, & in foro contentioſo. Nam ſi in foro con ſcientiæ alicui conſtaret de intentione cõ ferentis autoritatem quam ille intenderit, hoc etiam ſi non expreſſiſſet aliquid in generali confeſſione, intelligerentᷣ ſpecialia. xxij. q. v. ca. humanè. & hoc idẽ dici poteſt de autoritate data ab epiſcopo confeſſori bus: quia ſcilicet dicendo, do vobis autoritatem meam in confeſſione, non intelligitur propter hoc conceſſiſſe caſus ſuos, niſi alicui conſtaret, quòd per hæc verba gene

ralia

ralia intendit caſus ſuos concedere: ſed dicendum iſtum,& illũ, & omnes alios meos caſus,tunc intelligitur totum dediſſe.

Cap.xiiij.quid poßint pœnitentiarij curiæ Romanæ.

ET nota quòd pœnitentiarij maiores in curia Rom. poſsũt abſoluere vndecũq; veniẽtes ab omnibus caſibus peccatorũ,& ſententijs epiſcopis reſeruatis.habẽt enim autoritatem quaſi epiſcopalẽ in foro pœnitentiæ & maiorem quo ad quoſdam caſus excommunicationis,& diſpenſationis. Summus verò pœnitẽtiarius adhuc habet maiorem in pluralibus alijs caſibus excõmunicationis,& diſpenſationis.

Capitulum xv.quid fiendum,quando confeſſor non intelligit pœnitentem.

NOta verò quòd cùm confeſſor non intelligit pœnitentem , aut ex imperitia linguæ , aut ex dormitione , aut ex diſtractione mentis ad alia applicatę,vel ex alia cauſa , ſecundũ Ioã.de Neapo.in quolibet tali quòd cum ſacramẽtis confeſsio prędexigat cõfeſsionem:cõfeſsio verò importat reuelationem quæ nõ põt eſſe ſine relatione

vnius,

vnius,ſcilicet cõfitẽtis, & perceptione alte rius,ſcilicet cõfeſſoris: quia ſi alterũ iſtorũ deficit in præfato caſu, credo de illo pecca to non eſſe factam confeſsionẽ,& per conſequens non impendi abſolutionem, hæc ille. Si tamen hoc facit, & confeſſus quidem de hoc non perpendit, abſolutus eſt coram Deo, nec tenetur iterare quouſque ſciat illum non percepiſſe ſeu intellexiſſe peccata ſua, & hæc vera ſunt de peccatis grauibus,id eſt mortalibus,quæ ſunt de neceſsitate confitẽda: nõ autẽ de venialibus, ad quæ quis non tenetur de neceſsitate.Et vbi talia modica rarò obaudiuntur ab eo qui aliàs cognoſcit perſonam.

Explicit prima pars,quæ fuit de poteſta te ſeu autoritate confeſſoris.

Incipit ſecunda pars, quæ erit de ſcientia ipſius:quæ erit duplex. Quotuplex eſt clauis ordinis ſcilicet,ſcientiæ,& potentiæ.

Capvt I.

Dicto de poteſtate confeſſorum:nunc videndum eſt de ipſorũ ſciẽtia. Eſt enim duplex clauis ordinis ſcilicet:clauis ſciẽtię & potẽtiæ.Vnde Chriſtus Petro dixit. Ti-

bi

bi dabo claues regni cœlorum. Matth. xvi.
· Nota tamē quòd iſta ſcientia non dicit clauis:ſed ipſa poteſtas diſcernendi, atq; examinādi:ſiue cognoſcēdi in foro cōſciētiæ. Et poteſtas determinādi ſeu diffiniendi cauſam, id eſt ligandi & ſoluēdi dicitur clauis potentiæ. Iſta verò duplex poteſtas, eſt vna in eſſentia: ſed duplex in effectu. Scientia autem acquiſita nō eſt clauis, ſed bene iuuat vt clauis. Et de his clauibus habes diſtinctiones xx.per totum.

Quanta ſcientia requiratur in confeſſore.

CAP. II.

DE quantitate ſcieūtiæ confeſſoris,quātā ſcilicet oporteat eū habere peritiā, dicit Aug.de pœ.di.vj. c.j. oportet vt ſpiritualis iudex ſciat cognoſcere quicquid debeat iudicare.dicit Tho.in ij.diſ.xvij.q.iij. art.v.ſiue in expoſitione literæ. Hæc ſcientia etſi non ſit maior, tamē debet eſſe tāta vt ſciat diſcernere inter peccatum & non peccatum, & peccatū mortale, & veniale: & ſi in aliquo eſſet dubitatio, ſciat dubitare vt poſsit ad peritiores recurrere.Alb.autem in iiij.dicit quòd nō tenetur ſacerdos

ſcire

ſcire diſcernere, niſi in communi quæ ſint capitalia:& quæ mortalia,cõmunia,& quę venialia ex genere. Sed hæc neſciens dicit idẽ puto quòd peccat mortaliter talis audiendo, & eum inſtituẽs plus peccat quàm ipſe & eum permittens inſtitutum miniſtrare, ſi ſua intereſt talem prohibere. Dicit etiam quòd in perplexis caſibus ſacerdos eccleſiæ parochialis debet eſſe ita diſcretus, vt talia difficilia eſſe ſciat, nec eſſe procedendum in eis ſine ſuperioris conſilio vel autoritate. Hæc Alber.in iiij.Gu. Duran.in ſumma ſua dicit ꝙ quoties confeſſor ſe ingerit ad confeſſiones audiẽdas, toties ſe offert ad reſpondendum de quolibet, & interdum de caſibus inopinatis, & aliàs inauditis:& quæſtionibus ſeu caſibus valde perplexis.Debet ergo confeſſor ſcire diſcernere inter peccata, & differẽtias peccatorum.Vnde ſcire debet cõfeſſor ea quæ exprimit pœnitens ſint peccata,vel non:puta an ſcilicet bella principium, & ipſorum exactiones ſint licitæ vel non, vtrum contractus qui fiunt liciti vel illiciti,& quando ad reſtitutionem teneatur, & quando non,

& an ei debeat prohibere cōionem vel cō cedere: quia ſi cōfeſſor iudicat licitū quod eſt illicit.i tam confeſſor quàm pœnites in foueā cadunt: niſi fortè probabilis igno rātia eū excuſet, habet aliquē doctorē autenticū & famoſum: cuius opinioni innititur. Vnde ſi confeſſor non expertus in caſibus: ita ꝙ nec nouit dubitare: nec per ſe iudicare: cum periculo animę ſuę audit confeſſiones. Hec Durandus. Pe.de pal.in iiij. diſt.xix. oſtendit maiorem ſcientiā requiri in eo qui ſe ingerit: quā in eo qui ponitur ad hoc a ſuperioribus ſuis ex obedientiæ iniunctione. De primo poteſt intelligi dictum rigoroſum Duran. de ſecundo dictū Thom.& Albe. Dicit enim ipſe. pœ.diſtin. xix.q.j.ar.j. oīs ſacerdos habet clauē ſciētiæ & potentiæ id eſt autoritatē diſcernēdi, & potentiā ligādi & ſoluendi. licet multi no n habeant ſcientiā debitā & econuerſo, Multi nō ſacerdotes habēt ſcientiā qui non habent autoritatē diſcernendi: ſecūdi qdē ſine peccato: ſed primi cū peccato ſuo ſi procurarēt: aliàs ſi inuiti ponerent excu ſati ſunt, ſi propoſuerūt impedimentū: nec

ſunt

ſunt auditi. Munus id eſt: officiũ iudicandi neceſſariũ eſt & poteſt ad hoc compelli. ſcilicet ad officiũ iudicandi: & ad prælationem carnes ſcientia: & tunc non peccat ſicut in religionibus conſuetũ eſt fieri. Et qđ dicit Gregorius qđ ſi indignus eſt: non debet obedire: & ſi dignus debet obedire: intelligẽdũ eſt de illo qui hẽt defectus qui ſunt iuris, videlicet irregularitatis: & tunc nõ debet obedire, niſi a deo per diſpenſationẽ amoueatur: aliàs tenetur religioſus obedire: alioquin quilibet religioſus bonus qui reputaret ſe indignũ refugeret: & ſic ſoli indigni promouerent, & ponerẽtur. Qui verò nõ coactus ſed ſpõte accepit poteſtatẽ ſuæ prælationis, ſine audiẽdi cõfeſſiones non habens ſufficientẽ ſcientiã, peccat. Sed q inuitus & coactus nõ accipit, ſed ſuſcipit, nõ peccat. Vnde ſine peccato ab inſcio haberi & ſuſcipi põt: ſed accipi non põt poteſtas iudicandi ſine peccato ubi ſuprà. Hæc Pe. Si tñ in eo eſſet tanta ignorãtia ꝙ omnino ineptus eſſet quia nec ẽt ſcit Thom. & Alber. dicunt ſuprà, credo quòd nõ excuſaretur à peccato, etiam ſi ex obe-

dientia iniuncta poneret ſe ad id quod omnino ineptus eſt,cum periculo animarum.

An confeſſor teneatur ſcire,an peccata in confeſſione audita,ſint mortalia, vel venialia.

CAP. III.

VTrum autem confeſſor teneatur ſcire de omnibus quæ ſibi dicuntur in confeſsione, an ſint mortalia, vel venialia. Hen. in quolibet ſic reſpondendo diſtinguit. Peccata ſunt in duplici genere.

Quædam ſunt peccata,quia prohibita: quia ſi non eſſent ꝓhibita,non eſsēt peccata:vt ſunt oīa q̄ ſunt de iure poſitiuo:vt audire miſsā die dominico,ſemel in anno cōfiteri,& cōmunicare:& hmōi. Et talia tenetur qlibet confeſſor ſcire niſi habeat cām rōnabilem q̄ eū excuſet, vt ſi fortè tpe ꝓhibitionis erat ī terra lōginqua,vel ī carcere.

Alia ſunt peccata, non quia ab homine prohibita:ſed quia de natura ſui mala ſunt etiam ſi non prohibeantur: & horū quædā ſunt capitalia:vt ſuperbia, luxuria,inuidia &c. Hæc enim ſtatim ſunt quaſi elementa. & principia quæ de neceſſitate quemlibet confeſſorem ſcire oportet.

Quædam

Quædã verò ſunt peccata, quæ ſunt ſpecies peccatorũ capitalium: vt illa quæ recipiũt horum prædicationẽ, vt fornicatio & ebrietas: & huiuſmodi Fornicatio verò, luxuria quædã eſt, & ebrietas quædã gula. Et horũ peccatorũ quæ ſpecies quædam ſunt qua importãt malũ de ſubſtãtia ſui actus, eo quòd ſtatim nominata habeãt annexũ malũ: vt fornicatio: & de talibus etiã cõfeſſor ſcire tenetur, vtrũ ſint mortalia, vel nõ.

Quædã verò de ſubſtantia ſui actus non hñt deformitatẽ ſed ex libidine faciẽtis: ſicut cognoſcere vxorẽ ꝓpriam non eſt peccatũ de ſe, tñ poteſt quis vxorẽ cum tanta libidine cognoſcere, ꝙ eſſet peccatum mortale: vt ſi eam cognoſcet quaſi nõ eſſe vxor eius. & de talibus non oportet ꝙ confeſſor ſciat, vtrum ſint mortalia vel venialia: quia nec confitentem frequenter ſcire oportet.

Alia ſunt peccata quę ſunt filię peccatorũ capitaliũ: vt illa peccata quorũ fines terminant̃ & ordinant̃ ad fines capitaliũ: ſicut dolus, & acquiſitio rei iniuſtę, & de talibus peccatis frequenter opiniones ſunt contrarię inter doctores, & de talibus nõ tene

 tur

tur ſimplex curatus nõ ordinarius ſcire vtrũ ſint mortalia,vel non.Curatus aũt ordinarius, vt epiſcopus & Archiepiſcopus, & cæteri alij ſuperiores prælati tenẽtur ſcire: quia ipſi ſunt purgatores, & tenentur alios purgare,& illuminare, & ideo tenentur ſcire nouũ,& vetus teſtamentum hęc ille. Caueat aũt cõfeſſor ne ſit præceps ad dãdum ſententiã de mortali,quãdo non eſt certus & clarus:& ubi in aliqua materia variæ opiniones ſunt quàm plurĩũ & ſolenniũ doctorũ,vtrum ſit licitũ vel illicitũ, ſicut de non ſoluẽdo decimas,vbi nõ eſt cõſuetudo,parati tamẽ ſunt ad dandũ ſi eccelſia peteret, quod quidã dicunt omnes eſſe in ſtatu dãnationis, vt Inno.Alij vero dicũt,ꝙ nõ:vt Tho.Ioã.an. Archid.& de emptione iuriũ mõtis Florẽtię vel in præſtitis Venetorum quod quidam dicunt eſſe vſuram. Alij licitũ dicunt,& ſic de multis huiuſmodi. Conſulat tamen ſemper ꝙ tutius eſt à talibus abſtinere.extrà de ſpõ.ma. & iuuenis non tñ condẽnet contrariũ facientes ſeu cõtrariã opinionem tenẽtes,nec propter hoc deneget abſolutionem.Sed vt dicit Gul.dicat

confeſſor

confeſſor quod illud faciendo non eſt tutum:ſed dubiũ, & ideo ſibi bene prouideat Si autem omnino cõſcientia cõfeſſoris dictaret illud eſſe mortale: & non poſſet conſcientiã deponere,quod tamẽ debet ad conſiliũ ſapientium recurrere: & nullo modò debet facere cõtra conſcientiam:quia peccaret mortaliter. xxviij. q.i.c. deinceps. §. ex his. iũcta gl. Sed cũ iſtud tale eſſet cõtra communem opinonẽ doctorum, & cõmuniter ſic ſeruatur à ſapientioribus quanuis aliquem doctorem audierit contrarium tenere,non debet illi de leui adhærere. Quo modo verò quis debeat deponere, in hoc conſequentiam erroneã vel ſcrupuloſam habes ſupra in.ij.par.tit.ij.c.de conſciẽtia.

Caſus quos ſcire tenetur confeſſor in quibus quis tenetur iterare confeſsionem.

Cap. IIII.

SCire etiã tenetur confeſſor qui ſunt illi caſus in quibus tenetur quis iterare confeſsionẽ,qui ſunt.iiij.ſecundũ Pe.de Pal.in iiij.diſt. xvij. q.v.artic.iiij. quorũ duo ſunt ex parte confitẽtis. primus ſecundum Pet. Tho.Ray.Hoſtien. & omnes alios,ſcilicet

quãdo aduertenter tacet aliquod quod eſt mortale, vel credit: vel probabiliter dubitat eſſe mortale, ex verecundia vel alia cauſa iniuſta: tunc etiã mortaliter peccat committendo fictionem in ſacramento & notabilẽ irreuerentiã: & iterare tenetur talem confeſſionẽ. Si tamẽ talis confiteretur eidẽ cui & prius ille habet in memoria peccata eius, ſufficit dicere illud occultatum & illam fictionem ſecundum Gul. Duran. imò etiã ſi non haberet in memoria vt patet in ſi. v. caſus. Sed ſi dimitteret ex aliqua iuſta cauſa, putà quia probabiliter dubitat, eũ ſollicitantẽ ad malũ de quo confitetur vel reuelatorem confeſſionis, vel dicendo id quod ſcit confeſſor manifeſtare peccatum quod audiuit, puta ſi iniuſtè abſoluit cùm non debeat, & in his caſibus non habendo copiã, niſi talis confeſſoris cui confitendo aliquid prædictorum ſequeretur: tunc ſatis videretur quòd ſit excuſatus. Dicit etiam prædictus Duran. quòd ſi ex ignorãtia craſſa & ſupina aliquid retinuit mortale, quia noluit cogitare de ſuis peccatis, tenetur totũ iterare: ſecus ſi ex ignorantia probabili:

quia

quia tunc ſolũ illud quod dimiſit. Secũdus eſt, ſecundũ Tho.& Pe. quando non impleuit pœnitẽtiam, ſeu ſatisfactionẽ iniunctã pro mortalibus ex cõtẽptu, vel ex negligentia: & eſt oblitus eius: ſi enim eius recordaretur, adhuc poſſet perficere:& tunc perficiendo iterare non tenetur: & præcipuè quando nõ eſt ſibi præfixus terminus quem non poſſit trãſgredi quamuis ſibi ſit declaratũ in quo ipſam debeat facere, vel in alio tempore ipſam ſupplere: eo ipſo autẽ, quòd facit ſibi propoſitum non implendi pœnitẽtiã ſibi iniunctã pro mortalibus ex negligentia, vel contẽptu, peccat mortaliter, quia tenetur ad illam ſub prȩcepto. Secus verò eſt de pœnitentia iniuncta pro venialibus, ad quam non tenetur de neceſſitate ſecundũ Tho. Idem ſi pœnitentiã iniunctã ꝓ mortalibus dimitteret ex impoſſibilitate: putà infirmitate, & huiuſmodi, poſſet tamẽ pœnitẽtia iniuncta ab vno cõfeſſore, mutari ab alio, cui cõfitetur, etiam ſine audiẽtia peccatorũ illorum ꝓ quibus erat impoſita, ſecundũ Pet. de Pal. de hoc videatur Piſa. ſumma titu. xiiij. c. xviij. §. ſi.

Tertius

Tertius caſus ſecundũ.Pet. Tho. Rayn. & Hoſt.eſt ex parte cõfeſſoris, quãdo uide licet notabiliter eſt ignorans ſacerdos, ita quòd neſcit diſcernere inter mortale & veniale de omnibus peccatis, & præcipuè cũ pœnitens hẽt caſus intricatos & difficiles. Concor.Durã.Et addit,& hoc niſi pęnitẽs ſit peritus inſtruit cõfeſſorem.Cùm aũt vadit ad eũ quẽ ſcit,idiotam & ignorantẽ tenetur iterare.Hęc Durã. Quod videtur intelligendũ,quando põt habere alium ſufficientẽ. Nã ſi alium habere non põt,multò magis quando eſt in periculo mortis põt, & debet confiteri ei quem habet.Vnde Auguſt.dicit de pœ.diſt.v.Qui vult cõfiteri vt inueniat gratiã,ſacerdotem quærat ſcientem ſoluere,& ligare.Quartus caſus eſt ex parte cõfeſſoris.Eſt aũt in impotẽtia abſoluẽdi,ſecundũ Pet.Tho.Ray. & Hoſt. ꝙ poteſt eſſe dupliciter ſecũdũ Pe. de pal.& Duran.vel quia habet poteſtatẽ arctatã abſoluendi:quia.ſ.ab aliquibus peccatis non poteſt abſoluere, ſuperiore reſeruante ſibi illos:& tamẽ ab illis de facto abſoluit.Et cõfeſſus illi cùm ei hoc conſtat, tenetur ite-

rum

rum confiteri:non quidē oīa, ſecundū Pet. de Pal.ſed illa tātum, de quibus nō potuit abſoluere:aut hoc ē quia nullā habuit poteſtatē:& hoc quia nō erat ſacerdos, quan uis reputaretur,vel quia non ſubditus, uel quia incurſus: aut quia excōicatus,uel ſuſpenſus ab officio hmōi: & abſolutus à tali:cū illi hoc cōſtat,tenetur iterū confiteri: quia realiter nō eſt abſolutus, quāuis igno rātia facti excuſet eū in cōſpectu dei: ac ſi eſſet abſolutus,dum neſcit ſecūdum Thomā ī quolibeto.j.q.ix.art. iij. ſed Pe.de Palu.in iiij.di.xvij.q.v.ſic diſtinguit,& notabiliter quòd aut impedimētum quod habet abſoluēs eſt iuris diuini uel humani. Si iuris diuini,uidelicet quia non fuit baptizatus talis,uel non ordinatus, & in hoc caſu abſolutus à tali tenetur iterum confiteri hoc ſcito.nec Papa poſſet de contrario diſpenſare.Si uerò impedimentū eſt iuris humani,putà quia ſuſpenſus eſt,uel excōmunicatus & huiuſmodi: tunc impedimētum aut eſt notoriū,aut occultū ſi notoriū putà quia manifeſtè,uel publicè uerberauit clericum propter quod eſt excōicatus notorie:

riè: aut manifeſtè incurſus ſcilicet propter cōceſſionē ſeculariū poſitus in eccleſia curata, & non per canonicā conceſſionem ꝓꝑ ꝙ titulum nō habet, nec poteſtatem ſuper parochianos illius eccleſię: & talis cōfeſſus iſti, tenetur iterum cōfiteri, hoc ſcito. Si verò impedimentum eſt occultum, tunc aut confitens ſcit illud impedimētum, aut neſcit. Si ſcit confitēdo illi tenetur iterū confiteri, & peccat mortaliter communicando illi in diuinis. Sed ſi neſcit impedimentum quod etiam alijs occultum eſt, & hoc ignorantia facti putà percuſſerat clericum nullo vidente, tunc non tenetur iterare. Argumentum ad hoc de ſententia ſerui quilibet putatur publicè quæ rata eſt. Sed ſi hoc neſciret ignorantia iuris: putà quia ſcit illū percuſſiſſe clericum, ſed credit nihilominus ipſum poſſe audire confeſsiones, non excuſatur propter hoc quin teneatur iterare confeſsionem ſecundum Pet. de Palu.

Quintus caſus in quo quis tenetur iterare confeſsionem ſecundum Pe. de Palu. vbi ſuprà, eſt impedimentum ex parte confitentis, ſi cū vel oblitū, vel ignorantiā pro-

babiliter

babiliter:putà,quia erat excõicatus maiori vel minori excommunicatione,licet neſciret:& cũ poſtea ſciuit tenetur iterum cõfiteri ſic abſolutus:quia ligatus excõicatione abſolui non potuit à peccatis,& probabilis ignorantia præſeruat à culpa & à pœna irregularitatis:ſed non facit eũ non eſſe excommunicatũ:propter quod ſi tũc eligeretur,vel ſi beneficiũ conferretur,ignorãtia non faceret q̃ ſibi aliquod ius acquireret. c.apoſtolicæ.extrà in gloſſ.cle.ex min. Eſt aũt minus capax ſacramentorum, à quorũ participatione directè excluditur: q̃ quoruncunq; aliorũ:& ideo abſolutio nulla. Et dicit idem Petr.quòd in hoc caſu etiam in alijs quibus quis tenetur iterare confeſsionem,ſi confiteretur, eidem non oportet iterare peccata explicitè, ſed ſolùm implicitè dicendo peccaui in illis quæ aliàs vobis dixi, ſicut ſi nulla fuiſſet abſolutio de facto.

Dilata.n.abſolutio per incertos dies fieri poteſt,etiam ſi ipſe oblitus fuerit: dũtamen pœnitentia ei prius innotuerit,quia ſi non taxaſſet pœnitẽtiam , tunc oportet ad memoriã reducere , vt moderaretur iuſtè,

propter

propter quod remittens ad Epiſcopum, ſi non abſoluat debet pœnitentiario innoteſcere quã poſt reditũ abſolens iniungit, dicens, facias, quod tibi dixi: quia ligare non debet antequàm abſoluere. ita & in ꝓpoſito. Hæc Pet. diſt. xvij. q. v. arg. iij. Gul. etiã dicit ꝙ pœnitentia non requirit tantã cõtinuitatẽ agendorũ & dicendorũ ſicut alia ſacramẽta. Sed in vna die põt fieri pars cõfeſſionis, & in alia die altera, vel in vna die cõfeſſio audiri, & in alia impendi abſolutio, & iniungi pęnitentia peccatorum.

Sextus caſus eſt quando quis facit confeſſionẽ in mortali ſine ꝓpoſito abſtinẽdi: ſed quia iſte caſus habet varias opiniones eſt ſatis difficilis, declarabitur in ſequẽ. §.

An valeat confeſſio ab incontrito facta, vt eam iterare non oporteat. §. v.

CAP. V.

VNa ex conditionibus confeſſionis eſt, quòd ſit lachrymabilis, id eſt cũ dolore ſeu diſplicẽtia de peccatis, ſaltẽ ſecũdũ rationẽ. Vnde quærunt doctores, vtrum cõfeſſio facta à non cõtrito (quia ſcilicet nõ dolet ſufficienter, vel nõ proponit ſe abſtinere

nere à peccatis)valeat,ita quòd non tenea tur eam iterare? Et reſpondet Pet.de Palu. in iiij.diſtinct.xvij.quæſt.viij.quòd ad arg. hoc ,eſt triplex modus dicendi.

Primus eſt,quòd non valet ad remiſſionem culpæ,nec pœnæ,nec tunc,nec recedē te fictione : vnde & tunc tenetur iterare. & hæc opinio Goff.in quolibet.Ray.& Hoſt. in ſumma Bonauen.in iiij.Duran.Rob.Olchot.Vincentius in ſpeculo hiſtori.

Secundus modus dicendi eſt,quòd talis confeſſio valeat ad remiſsionē culpæ quādo impœnitens confitetur,& abſoluitur, licet tunc non recipiat fructum cōfeſsionis, tamen recedēte fictione recipiet , ſicut dicitur de baptiſmo : & ratio huius fortè eſt, quia ſicut in baptiſmo imprimitur character ad quē recedente fictione ſequit̄ gratia:ita in pœnitētia imprimit̄ quidā ornatus, ad quē recedente fictione ſequitur grà tia.Et hęc eſt opinio Pe.Tho.& Richar.in iiij.di.xvij.Io.Ber.in gl. videtur eſſe gratia de pœniten.diſtiuctio.j.capi.menſuram.in §.ſequen. Dicit enim quòd non eſt neceſſe quòd peccata quæ ſemel ſacerdoti cōfeſsi

ſumus,

ſumus, eadem denuò confiteamur. Eſt & tertius modus dicendi,concordans ambos aut enim talis non habet intentionẽ confitendi ſacramentaliter, & abſoluendi, ſed deridendi: aut habet intentionẽ confitẽdi. In primo caſu nõ liberatur à præcepto diuino de confeſsione: quia ſine intentione nõ poteſt ſuſcipi eſſentia ſacramẽti, ꝙ cõſiſtit in vſu vnde tenetur iterũ confiteri. Si autẽ intendit,tunc diſtinguẽdum eſt, quia intendẽs implere præceptũ, & ſuſcipere verũ ſacramentũ quod eccleſia confert,aut nullam habet pœnitẽtiam de ſuo peccato,aut aliquam. ſi nullam, tunc pœnitentiæ ſacramentum non ſuſcipit: quia poteſtas huius ſacramẽti eſſentialis quæ cõſiſtit in actu ſuſcipiẽtis eſt actus interior: vnde ſine eo nõ eſt, ſicut non eſſet matrimoniũ ſi quis intẽderet verum ſacramentum ſuſciperet, non tñ conſentiret niſi in carnalẽ copulã, & ad tẽpus. Sed ſi aliquã hẽt pœnitentiã de peccatis ſuis,tunc iterũ diſtinguendũ eſt, quia aut talem hẽt pœnitentiam, ꝙ ſufficit cum ſacramẽto: putà attritus accedit ad confeſſionem,ex quo fit ibi contritus,vt clauium

vnde

vnde fugatur fictio:& ſic nó habet dubium, quia & ſacramentũ ſuſcepit,& effectũ eius, ſcilicet remiſſioné peccatorũ:vnde non tenetur iterare:& ſimiliter,imò fortius ſi accedit contritus.ſi verò habet talé pœnitentiã ꝙ non ſufficiat cum ſacramento ad gratiã,quia nec ét attritus accedit,tũc eſt vera opinio Tho. ſ.quòd recedente fictione, tunc incipit valere cõfeſſio, & non tenetur cõfiteri,niſi fictioné ſuã:puta ſi habuit quédam dolorem imperfectum, ſed quia non ſufficienter diſcuſsit conſcientiam ſuam.

Putabat aũt diſcuſciſſe quãtum ſufficiebat,vł ſi dolebat de peccato præterito, nõ proponens cauere in futuro, aut econuerſo: vel dolor non erat maximus, ſicut debebat: ipſe tamen ſecundum conſcientiã ſuã non erat fictus,licet ſecundum veritaté eſſet:& ſic nihil celauit, quod crederet mortale: & per conſequens ſecundum ſuũ iudicium concurrebant omnia quæ erãt neceſſaria:poſtea auté certificatus de errore ſuę conſcientiæ pœnitet de illo defectu.

Poteſt igitur opi.Tho.multis modis ſaluari.Vno modo loquendo de eo,qui fictus

eſt,priuatiuè,nõ poſitiuè: quia ſcilicet habet dolorem, ſed ita imperſectum q̃ nec eum ſacramento actu ſuſcepto ſufficit ad contritioné,nihilominus tamen hanc imperfectioné quæ eſt fictio,nõ cõfitetur,quia credit eſſe ſufficienter depoſitus, & ſic non ſciéter celat peccatũ quod fuit in hoc:quia .ſ.non examinauit cõſcientiã ſuã ſicut debuit, & ſic q̃ erat error iuris diuini, nõ tollit fictioné reſpectu ultimi effectus ſacramẽti,quia improbabilis.Vnde nõ excuſat, ſed tamen eoipſo quo error tollit fictioné quæ excludit eſſentiam ſacramenti. vnde verum ſacramentum fuit: tali ergo qui verum ſcramẽtum ſuſcipit ornatus imprimitur, ſed gratia nõ datur, ſed poſtea quãdo redit ad cor & recolit ſe nõ bene feciſſe debitũ ſuũ & negligentiã ſuã oblitũ, tunc incipit valere cõfeſsio: & nõ tenetur cõfiteri illa quę prius cõfeſſus fuit,ſicut fictus:quia nõ fuit dimidiata ex intentione: ſed ſolũ illã fictioné tenetur iterũ cõfiteri.Si aũt fuiſſet fictio poſitiua quia ſcilicet non dolet & ſcienter celat, fuiſſet cõfeſsio nulla. vel ſi cõfeſſus fuiſſet nõ debuiſſet ſibi dari abſolutio

lutio:ſed ſi data ei fuit.dubium eſt vtrũ ornatus ſit impreſſus:quo caſu Thom.nõ põt intelligi.Secũdo modo poteſt intelligi op. Tho.quando eſt poſitiua fictio,quãtum ad hoc ꝙ nõ dolet nec ꝑponit abſtinere,tunc illa fictio non occurit ſibi vt cõfitenda,nec actu cogitauit quod teneatur eam confiteri tunc non ſicut de peccato quod occurrit quidem,ſed non credit ꝙ ſit peccatũ aut ꝙ ſit mortale,& de neceſsitate confitendum: perinde eſt ac ſi fuiſſet oblitus & per negligentiam feciſſet debitum ſuũ deſcrutando cõſcientiam ſuam:in quo caſu ſolum illud cõfitendum eſt:& eſt verum ſacramentum, licet ſit hic ignorantia iuris diuini : ibi facti:& hoc modo poteſt ſuſtineri dictũ Tho. in iiij.diſt.xx.q.ij.art.ij.in ſolutione vltimi art.vbi dicit ꝙ ignorantia iuris diuini non excuſat à fictione , & ſic talẽ vocat fictum. Tertio modo poteſt ſuſtineri opi. Tho. loquendo de illo qui cõfitetur eidem cui prius,& tũc non oportet iterare cõfeſsionem primã,factã ei,licet fictam:etiã ſi ipſe ſacerdos nõ recoleret peccata prius ſibi dicta: quia nec quãdo cõfeſsio integra eſſet,pro-

quod recolata actu à principio vſque ad finem, & maxime quia hoc ſufficit ſcilicet abſoluere ab oĩbus & iniungeř pœnitentiã ꝑ fictione & pro aliis, quod tunc faciat pœnitentiã ſibi iniunctã. Itẽ paulò pòſt dicit idẽ ipſe Pet. de Paul. quòd confitens exprimit fictionẽ ſuã putà dicit ſe nõ poſſe vľ nõ velle proponere abſtinere in futurũ, quem abſoluit ſacerdos: quanuis nullo modo debeat abſoluere: aliàs peccaret abutens claue, nec valeret ſibi tũc illa abſolutio: tñ ex quo intendit abſoluere, & ſacramẽtũ verũ cõferre, videtur ꝙ cõferat, & ſi tunc nõ hẽt effectum, propter illius indiſpoſitionem, habebit tamen poſtea quando conteretur, vel ex expectatione, vel diſpoſitione ornatu manente. Et ſi dicatur, quòd quanuis ſit ibi forma, non tamen materia ergo non eſt ſacramentum: materia non eſt peccato contritus: Dicendum quòd quãdo ſibi ſua fictio non occurrit ut confitenda, tunc non eſt confeſsio dimidiat: & quando ſuam dicit fictionem, cum aliis peccatis eſt confeſſio integra. Et ſic materia perfecta manet, cui materiæ poteſt imprimi forma. quod ſi

fiat

fiat verum ſacramentum erit, quanuis fieri non debeat: ſicut ſacerdos habēs hoſtiā ſuper altare pollutum, nō deberet quidē celebrare: ſi tamen celebrādo verba ꝓferret, euchariſtia vera eſſet. Peccator enim eſt materia, ſed immūda, niſi ſit ſaltem attritus, vel cōfeſsio ſine attritione eſt materia immunda. Hæc Pet. de Palu. in iiij. diſt. xvij & xviij: artic. ij. & iij.

De attritione & contritione.

Cap. VI.

ET quia dictum eſt de cōtritione & attritione, quomodo pœnitēs ſuper ipſis debeat inſtrui à cōfeſſore. Ideo de ea clarius dicendum eſt. Nota ergo ſecundum Th. in iiij. diſ. xvij. quòd differētia eſt inter atritionē & cōtritionē. Nā attritio importat quādā diſplicentiā de peccatis, ſed imperfectā Vnde attritū. i. aliquo modo tritū. Sed cōtritio importat perfectā diſplicētiā de peccatis. Vnde contritū, id eſt ſimul totū tritū, & in puluerē redactū. Eſt autē cōtritio ſecundū Pet. in iiij. diſt. xvij. dolor voluntariè aſſumptus pro peccatis cum propoſito cōfitendi & ſatisfaciendi voluntariè, & ſecundū

eundē ea.di.oportet ꝙ cōtritio habeatur de oī peccato mortali. Et rō eſt quia in oī peccato mortali eſt actualis auerſio uolūtatis à Deo. Et quia contraria contrarijs curantur, ideo oportet ꝙ in oī remiſſione peccatorum ſit actualis conuerſio ad Deū & auerſio à peccato: & hoc dicit contritio. De peccatis autē oblitis ſufficit contritio generalis, cum conatu ad recordandum, & dolendum. Dolere etiam debet de obliuione peccatorum quæ contingit ex negligentia: ſi autem quæratur, ſi ſpecialis contritio de quolibet peccato requiratur, vel ſufficiat, vel generalis pro omnibus: ſic reſpōdet Tho. in iiij. di. xvij. quòd quantum ad principium contritionis ſcilicet cum quis de peccatis ſuis cogitans dolet & ſi non dolore contritionis, ſaltem dolore attritionis, oportet quòd ſit ſpecialis dolor de peccatis quæ quis habet in memoria: ſed quātum ad terminum, qui eſt dolor iam gratia informatus ſufficit, quòd ſit vna communis contritio de omnibus: tunc enim motus ille agit virtute omnium diſpoſitionum præcedētium: & quia nemo ſcit vtrū·
habeat

habeat gratiam quæ requiritur ad contritionem. ideò nemo poteſt eſſe certus de ſua contritione, nec per conſequens de remiſsione. & dicit Ric.in iiij.di.xvij.quòd ſi confitens in peccato mortali eſt attritus de ſuo peccato,vt probabiliter poſsit præſumere ſe eſſe diſpoſitum,non peccat abſolutionem recipiendo, imò frequenter virtute clauium per ſuſceptionem abſolutionis formatur ſua attritio, & fit contritio. Item duplex eſt contritionis dolor ſecundum Thom. & Ple.in iiij.diſti.xvij.ſcilicet intellectualis, qui eſt quædam perfecta deteſtatio peccati ſecundum rationem.& dolor ſenſibilis qui eſt dolor excitatus in parte ſenſitiua cum alteratione & affectione corporis. Primus dolor requiritur de neceſsitate ad remiſsionem peccati: & ille etiam ſolus eſt ſufficiens. quia ſicut peccatum mortale ſufficienter committitur per ſolum actum voluntatis & per complacentiam deliberatam rationis: ita ſufficienter deſtrui poteſt per deteſtationem voluntatis & diſplicentiam rationis:& hęc eſt etiam in poteſtate noſtra,præſuppoſita

gratia. Secundus dolor. i.ſenſibilis etiam valet ad remiſſionem peccati, ſed non eſt neceſſarius, ſed de perfectione cõtritionis: nec eſt in poteſtate noſtra, etiam præſuppoſita gratia. Item dolor intellectualis nõ poteſt eſſe nimius, ſicut nec charitas, à qua procedit, poteſt eſſe nimia. ſed ſenſibilis poteſt eſſe nimius. & ideo oportet quòd ſumatur pro menſura debita ad conſeruatiõnem ſubiecti. ſicut ex ieiunijs, & alijs corporis afflictionibus. Item not. ſecundum Tho. in iiij. diſtin. xvij. quòd vera contritio ſemper debet remanere in habitu. i. quòd ſemper debet habere iſtã diſpoſitionem, quòd quando recordatur de peccatis commiſſis, habeat diſplicentiam ſaltem ſecundum rationem. Item ſecundum Pet. in iiij. di. vij. dolor maior intellectualis, debet eſſe de maiori peccato habitualiter, non actualiter: ſed conſiderentur peccata in communi tantum, inquantum ſunt offenſa Dei: ſed etiam in ſpeciali dolor debet eſſe maior de maiori peccato: quia maiorẽ rationem doloris habet maius peccatũ. Dolor vero ſenſibilis conueniens ẽt eſt vt ſit maior

-ior de maiori, quamuis non ſit de neceſsitate. Item ſecundum Tho. in quoli. & Innoc. contritus debet magis diligere Deũ quam ſeipſum. culpa autem eſt contra Deum: pœna verò eſt contra ſeipſum. Ideo debet contritus eligere potius omnem pœnam ſuſtinere, quàm Deum offendere. Deſcendere autem ad hanc pœnam vel ad aliam non tenetur, imò faceret fatuè deſcendendo ad iſta particularia, vel alium ſuper hoc ſolicitando.

Sexdecim conditiones quæ requiruntur in omni bona confeſsione.

Cap. VII.

POnit autem Tho. in iiij. diſti. xvij. quod confeſsio bona debet habere ſexdecim cõditiones, quæ in his cõtinentur verſibus:

Sit ſimplex, humilis confeſsio, pura, fidelis,
Atq; frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis & accuſans: & ſit parere parata.

Sit ſimplex, id eſt, non recitet in confeſſione niſi id quod pertinet ad declarationem ſui peccati, & etiam quantitatem & non aliæ hiſtoriæ miſceantur.

Sit humilis, vt ſe miſerum ac peccatorem cognoſcat ſine fictione.

Pura, id eſt recta intentione. i. vt non reputet, bonus, vel laudetur ab hominibus.

Fidelis, id eſt vera, & ſine vlla falſitate, vt non dicat quæ non fecit, vel etiã habeat fidem de remiſſione peccatorum ſuorũ, ſi verè ipſum pœnitet.

Atq; frequens, id eſt ſæpe confiteatur iſtud tamen eſt de bene eſſe confeſſionis, & non de neceſſitate.

Nuda, vt ſcilicet non inuoluat obſcuritatem verborum, ſed dicat verba, vt intelligatur peccatum, ſuum cum circunſtantijs ſaltem neceſſarijs.

Diſcreta vt maiora cum maiori pondere dicat, vel non plura ſimul, ſed diſtinctè loquendo & dicendo numerum, ſi fieri. vel ſcire poteſt. vel etiam vt diſcreto & ſufficienti ac perito confeſſori confiteatur peccata ſua.

Libens. i. voluntaria, non coacta timore verborum, vt pueri, vel timore pœnarum temporalium, vel infernaliũ principaliter.

Verecunda, vt erubeſcat, & non ſe iactet,

ctet, vel mente glorietur propter ſeculi va nitatem aliquam, & præcipuè ibi confundatur ratione reſpectu diuinæ maieſtatis offenſæ,

Integra, vt nihil retineat, de his quæ cõmiſit, præcipuè de mortalibus.

Secreta, vt non publicè ſed occultè ſacerdoti dicat peccata ſua, qui eum poteſt abſoluere.

Lachrymabilis, vt doleat de peccatis commiſſis, & deteſtetur ea ſaltem intellectu rationis.

Accelerata, vt quàm citius poteſt de cõmiſſo peccato confiteatur, hoc tamen eſt de bene eſſe.

Fortis, vt nihil dimitat præ verecundia & accuſans ſe: & non alios: nec in confeſſione ſe excuſet & alios inculpet. Et ſit parere parata, id eſt adimplere pœnitentiam ſibi iniunctam, & facere ea quæ habet neceſſaria facere, vt aliena reſtituere ſi habet, & huiuſmodi.

Explicit ſecunda pars, quæ eſt de ſcientia, quæ requiritur in Confeſſore.

Pars tertia, de bonitate confeſſoris. Et primò qualiter confeſſor duo debet habere, ſcilicet timorē dei & Zelum animarum.

CAPVT I.

DE bonitate confeſſoris in ſe: & in exercitio talis officij, dicit Aug. de pœni. diſt. vj. c. qui vult confiteri. Sacerdos antequam ſtatuatur, omnis languor in nullo illorum ſit iudicandus, qui in alio iudicare eſt promptus. Iudicās enim alium qui eſt iudicādus: condemnat ſeipſum. Cognoſcat igitur ſe, & purget in ſe quod videt alios ſibi offerre. Curet vt à ſe proijciat quicquid in alio damnoſum reperit. Animaduertat quidem quod dicitur. Qui ſine peccato eſt veſtrum &c. Ideo enim liberauit peccatricem, quia non erat qui proijceret lapidem, quo modo lapidaret, qui ſe lapidandum cognoſceret? Nullus enim erat ſine peccato in quo intelli-

gatur

gatur omnes fuiſſe reos:nam venialia peccata ſemper remittebantur per ceremonias. Si quod ergo peccatum in eis erat, erat ceremoniale. Deteriores ergo in hoc ſunt ſacerdotes ſe prius non ædificantes, illis qui domin ï obſeruabant inſidijs. Aug. enim ſecundum Thom.& Albert. audiens confeſsionem cum conſcientia mortalis peccati, mortaliter peccat: tamẽ effectum ſacramenti confert cum ſacramento, ſi nõ eſt præciſus vel ſuſpenſus quantumcunq; aliàs malus. Vnde Auguſti.j.quæſtio.j.cap. dictum. Dictum eſt à domino numeri ad Aron, Vos ponite nomẽ meum ſuper filios Iſrael & ago dominus benedicã vos, vt gratiam traditam per myſterium ordinari transfundat hominibus, ne voluntas ſacerdotis prodeſſe, vel obeſſe poſsit, ſed meritum benedictionem poſcentis. Quod autem dicitur ea.q. Remiſsionem peccatorum non dant auari, & ſimilis intelligitur ſecundum gloſ. ſimpliciter de præciſis, vel intelligatur de toleratis, tales non dant ex merito vitæ, id eſt non ſunt digni dare. Debet autem confeſſor præcipuè habere, duo

ſcilicet

ſcilicet timorem vnde fiat circũſpectus, & zelũ aĩarum. Vnde ſit ſolicitus circa ea q̃ neceſſaria ſunt. Quantũ ad primũ, conſiderare debet ꝙ ipſe eſt mare æneum in tẽplo dñi, vbi lauabant ſacerdotes & leuitæ aĩalia offerenda in ſacrificium. vnde ex immunditijs à quibus illis abluebãtur, efficiebantur immundi. Vnde Greg. in paſtorali dicit ꝙ fit plerunq; vt animus paſtoris audita tentatione ouis, & ipſe tentet̃: & ideo cum timore & tremore debet poni & non ſe ingerere: & cũ leuitate, & cum riſibus ibi ſtare. Vnde in figuram Moyſes, vt dr̃ Exodi. xxxviij. fecit labiũ æneũ de ſpeculis mulierũ in quo lauarentur ſacerdotes ſanctũ ſanctorũ ingreſſuri: & ſignificat ſcripturam vbi ſunt exẽpla ſanctarum aĩarum, ad quã debet ſæpe inſpicere ad vidẽdum maculas ſuas, & ad intelligendum inſidias diaboli. Vnde ſubdit Gregorius, vbi hec, nequaquã ſunt timenda paſtori: quis Deo penſante cuncta ſubtiliter tãtò facilius liberatur q̃s à ſua, quanto magis tentatione fatigatur aliena. Quantum vero ad zelum, dicit Gregorius quòd nullũ ſacrificium ita ideo ac-

ceptum

ceptum eſt vt zelus animarum : & fructum huiuſmodi oſtendit Iaco. c.v. Vbi poſt promulgationes confeſſionis dicit. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vitæ ſuæ ſaluabit aīam eius à morte:& charitas operit multitudinē peccatorū. Non autem minus trahuntur ad Deum per confeſſionem animæ, quādo diligēter fit. quàm per prædicationem:vt experiētia docet. Debet ergo nō tardare. qui vocaī ad huiuſmodi.

Quomodo ſe habere debet confeſſor circa pœnitentes.

Cap. II.

Dicit Auguſtinus de pœ.di.vj.ca.j. poſt medium dicens, Diligens inquiſitor, ſubtilis inueſtigator, ſapiēter, & quaſi aſtutè interroget à peccatore, quæ forſitā ignorat, vel præ verecundia velit occultare: cognito autē crimine, varietates eius inueſtigare dubitet: & locū & tēpus, &c. Quibus cognitis adſit beneuolus paratu, eligere & ſecū omnes portare, habeat dulcedinē affectione, pietatē in alterius crimine, diſcretionē in varietate: adiuuet cōfitentē orando & alia pro eo bona faciēdo ſemper iuuet

uet leniendo,conſolando,ſpem promittendo:& cum opus fuerit etiã increpando,doleat loquendo inſtruat operando ſit particeps laboris, ſi vult eſſe particeps gaudij, doceat perſeuerantiã. Hæc Auguſti. Ex verbis Aguſtini patet quòd non ſufficit audire confeſsionem eorũ quæ ſibi dicuntur à peccatore,& ipſum non interrogare niſi eſſet perſona in his bone perita &cõſcientiata,quæ ſufficiẽter ſcit diſcere quæ oportet.Sed cũ perſonæ communiter ſint groſſæ in iſtis etiã illæ quæ ſunt in aliis negotiis mundæ vel ſcientia acutæ. Ideo permittendum eſt dicere vnicuique id quod vult,& eo ordine quo vult de peccatis,quæ per ſe ſufficienter dicit, nõ eſt iterum interrogãdus ne moleſtes eum in quo nõ oportet.Sed ſi aliquod nõ bene intellexiſſet,pręcipuè de mortalibus faciat ſibi iterũ declarare,vt melius intelligat. De his verò quæ non plenè dixit,putà, quia non dixit circũſtantias neceſſarias,vel numerum interroga eum: vt plenè dicat quantũ eſt neceſſarium.De illis verò peccatis quæ non dicit, nec ſcit per ſe dicere, interroga eum.

Quo

Quo ordine fieri debeant interrogationes, & de quibus: verſus decem præceptorum decalogi, & ſeptem peccatorum mortalium.

Capvt III.

RAymundus, & Hoſtienſis, in ſumma dicunt, quòd interrogationes fieri debent de ſeptem vitijs capitalibus, & eorum ſpeciebus & filiabus, de quibus habes infra diffusè, in ſecũda parte per totum. ideo tamẽ eſt interrogandum de omnibus, ſed plus & minus, ſecundum conditionem perſonarũ. Sicut autem qui confitetur, non habet neceſſe tenere magis vnum ordinem quàm alium dicendo peccata ſua, ita nec confeſſor interrogando, tamen ad melius, memoriæ commendandũ de quibus debet interrogare, & de quibus iã interrogauit, ne amplius habeat triplicare, congruũ eſt tenere aliquẽ ordinẽ, & ſi placet interroget de decẽ peccatis quæ cõtinẽtur in iſtis verſibus:

Vnum cole deum: ne iures vana per ipſum.
Sabbata ſanctifices, habeas in honore parentes.
Non ſis occiſor, fur mœchus, teſtis iniquus.
Non vlli nuptam nec rem cupies alienam.

G Decla-

Declarationē horum verſuum habes infrà. Poſt verò inter rationem ſuper decem præceptis, conueniens erit interrogare ſuper ſeptem vitijs capitalibus, quæ in hoc verſu continentur.

Vt tibi ſit vita, ſemper ſaligia vita.

In iſta dictione Saligia ſunt ſeptē literę, à quibus incipiunt nomina ſeptem capitalium vitiorum.

Per S, intelligitur Superbia, ſub qua cōprehēdit vana gloria. Per A, Auaritia. Per L, Luxuria. Per I, Inuidia. Per G, Gula. Per I, Ira Per A, Accedia. Sed anteq̃ interroget de peccatis prius quærat de excōmunicatione maiori: & ſi inuenit eū aliqua ſententia irretitū, ſi habeat authoritatē ſuꝑ hoc abſoluat prius. Si verò nō habeat autoritatē, remittat ad eum qui pōt eū abſoluere.

In interrogationibus fiendis, tria debent obſeruari.

CAP. IIII.

THo. in iiij. di. xix. in fi. dicit quod confeſſor tria debet obſeruare in interrogationibus fiendis.

Primum eſt quod nō interroget omnes

de omnibus,ſed interrogentur perſonæ de peccatis quæ cõſueuerũt reperiri in hominibus illius conditionis & ſtatus:vt ſtipendiarij de rapinis,& incendijs.Clerici de ſimonia,& horis omiſſis. Adoleſcẽtes de luxurijs , & hmõi.Vñ à principio cõfeſſionis decẽs eſt interrogare confitentẽ de conditione ſua:de exercitio, & ſtatu,an Clericus an laicus,an ſolutus,vel cõiugatus: & hmõi ut prudẽtius inde poſſit formare interrogationes,& quantũ eſt tẽporis quòd fecerit vltimã confeſſionẽ: et ſi fecit pœnitentiã ſibi iniunctã: & vtrum in ſtatu gratiæ vel peccati mortalis.Secundum, ꝙ debet obſeruare confeſſor,eſt , vt debitè interrogentur ipſi à remotis de peccatis & in genere non in vltima ſpecie, & modo peccati ſubdito. Vt ſi neſciebat tale peccatum committere, illud addiſcat, & inducatur in tentationem. verbi gratia , ſi fatetur ſe commiſiſſe vitiũ luxuriæ, non immediatè interroget confeſſor ſi ſeipſum proprijs manibus polluit , & huiuſmodi , ſed ita paulatim interroget , de modo , & circunſtantijs talis peccati commiſſi , & huiuſmodi . Tertium eſt,

quòd in peccatis carnalibus non deſcendatur nimis ad particulares circũſtantias nõ neceſſarias:quia hoc eſt ſeipſum in tentationem inducere,& ad inuentionem peccatorũ docere eos qui ignorãt, & aliquando poſteà talia referuntur in plateis in deriſum,& ſcandalum ſacerdotum. uerbi gratia, ſi vir fatetur polluiſſe mulierem extra vas debitum,non vlterius quærant confeſſores in qua parte corporis, & quomodo: iam enim habent vltimam ſpeciẽ peccati, alias verò turpitudines quas miſeri homines inueniunt, ipſimet ſi volũt exprimant.

De circunſtantiis peccatorum,& ibi verſus earum.

CAPVT V.

SEd nota quod confeſſor nõ ſolum debet interrogare de mortalibus, ſed etiã de circunſtantiis,quæ aggrauãt,vel alleuiant. vnde Innocen. in capi. omnis. de pœnitentia & remiſ. dicit. Sit diſcretus ſacerdos, & cautus, vt more periti medici ſuper infundat vinum & oleum vulneribus ſauciati, dilingenter inquirẽs peccata: & eorum circũſtantias: quibus diligenter, & prudenter inquiſitis,

quiſitis, intelligat quale ei debeat præbere conſiliũ,& cuiuſmodi remediũ debeat adhibere diuerſis vtendo experimentis ad ſanãdum ægrotũ. hæc ibi. Ac illud faciat. ꝙ dicit Auguſtinus de circunſtãtiis peccatorũ de pœnitentia diſtinctione.v.c. conſiderat.qualitatem criminis in loco,in tempore, in perſeuerantia in perſonæ varietate, quali hoc fecerit intentione, & ipſius vitij multiplici executione. Omnis iſta varietas confitenda.& deflenda. Dolendum eſt non ſolũ quia peccauit:ſed quia ſe uirtute & gratia priuauit,doleat aliorũ vitã in ſuam fuiſſe corruptam:ſcilicet ſuo exemplo,& commodũ quod dediſſet proximo ſuo exemplo bono,doleat de triſtitia ꝗ intulit bonis peccãdo:& de lætitia quã eis nõ adhibuit,etiã hæc Auguſtinus. Quæ omnia intellige ſecundũ quod declaratur hic. Illas autem circunſtãtias quæ trahunt peccatum in alterã ſpeciem,oportet neceſſariò confiteri ſecundum Thomam, Albertum.& alios doctores. Alias enim circunſtantias confiteri cum ſint peccata venialia, perfectionis eſt virtutis,nõ tñ eſt neceſſarium. Petr. de Pa-

lu. in iiij.di.xvj.dicit quòd numerus circun ſtantiarũ compreheditur hoc verſu: Quis, quid,vbi,per quos,quibus auxilijs,cur,quo modo , quando . Ray.verò addit octauam ſcil icet quoties,& vbi:in verſu dicitur qnibus auxilijs,ipſe dicit,per quos.

Dicit ergo quis , pro varietate perſonarum : & ſtatuum ætatis , ſapientiæ & ordinis,& ſic fuit grauiſsimum peccatum Adę: quia quantò gradus altior,tanto caſus grauior,& ingratitudo maior.

Quid,vtrũ malum:quia prohibitum,vel ex genere ſuo,vitium mortale,vel veniale: an occultum vel manifeſtum : & quantum ad hanc conditionem grauius fuit peccatũ Caim Adæ: quantitas enim generis homicidij,grauior eſt peccato gulæ vł ſuperbię. Vel quia in loco ſacro grauius peccat. Per quos, quia traxit illos ad peccandum, quod eſt propriũ diaboli: per quos , poſuit mediatores ad malum perpetrãdum quia peccatorum illorum eſt particeps, vel cum quibus.pro quibus,& contra quos.

Quoties , non ſolum quantum ad conſuetudinem,ſed etiam quantum ad nume-

rum,

rum,qui numerus refertur ad actioné, non obiectũ actionis: verbi gratia. Si hõ iniuſta cõtractione accipiat ſaccũ plenũ mille florenis, eſt tm̃ vnũ furtum: ſi aũt tres florenos accipiat diuerſis actis ſucceſsiuè, erũt tria furta:quia ipſo actu eſt ſemper peccatũ eſſentialiter, & ideo non põt eſſe vnũ in pluribus actibus.Cur,an ex infirmitate,vel ignorãtia, vel elatione, vel quali intẽtione fecerit quia mortalia peccata trahunt ſpecié à fine: ideo hoc diligẽter eſt explicãdũ. Qui.n.furaĩ vt mœchetur, magis dicendus eſt mœchus, q̃ fur, & tñ vnũ peccatũ eſt in vno actu, ſed habens plures deformitates.

Quomodo, naturali vel innaturali:quia ſemper eſt grauius in eodem genere, ſcilicet agendo quàm patiendo.

Quando, ſi in ſacro tempore, puta diebus feſtiuis,vel alio tempore, & de perſeuerantia in peccato.

Circunſtantiæ peccatorum confitendæ ſunt in multiplici genere.

Cap. VI.

AD declarationem huius ſcilicet quando circunſtãtiæ peccatorum ſunt con-

fitendæ,ſic dicit Pet.de pal. Circunſtantiæ ſunt in multiplici genere.Quædã ſunt quæ nõ alleuiant nec aggrauãt: ſicut illæ q̃ nullã importãt conuenientiã vel diſconueniẽtiã ad rõnem: nec ex ſe, nec ex ſuppoſitione:vt furari cũ manu dextra vel ſiniſtra: & iſta confiteri, eſt ſuperfluũ. Aliæ ſunt quæ alleuiãt.ſ.quæ important conuenientiã: vt facere malũ ex bona intentione,vel ignorãtia,& iſta confiteri eſt imperfectũ.niſi timeret ſcandalum confeſſorũ.Tertiæ ſunt quæ important diſconuenientiã ex ſuppoſitione,vt furari multum,& iſta confiteri eſt perfectum,quia aggrauant peccatum,niſi immineret periculum ſui,vel confeſſoris, vel alterius tertij. Sed quia non mutãt ſpeciẽ, nec aggrauant in infinitum, non eſt neceſſarium eas confiteri, ſecundũ Tho.ſed Pe. dicit quod quamuis iſta ſit cõis opinio, tutior tamen eſt alia.ſ.vt confiteatur eas.ſcilicet cum notabiliter aggrauant, vt furari centum, multò grauius eſt quàm furari vnum. Aliæ ſunt quæ aggrauant .& mutant ſpeciẽ: non tamen in infinitũ aggrauant vt qñ vtrunq; eſt veniale, vel quãdo primum

eſt

eſt mortale,ſm veniale,vt in ſpeciebus gulæ quarum vna aduenit alteri, & ſunt quãdoq; veniales & qñdoq; mortales, & iſtas confiteri non eſt neceſſarium:nec illud eſt contra hoc quod dicit Tho. & cõiter alij: ſ.quòd quæ mutant ſpeciẽ, neceſſariò ſunt confitenda : quia loquitur de illis quæ ſunt mortalia. Rõ aũt quare non eſt neceſſariũ confiteri eſt iſta quia circunſtantia eſt cõfitenda neceſſariò:non quia mutat ſpeciẽ: vt patet in veniali, ſed quia mutat in infinitũ: vt patet in mortali. Sed circũſtãtia nõ mutãs in infinitũ:nunq̃ aggrauat in infinitum: quia intẽdit pœnas,& non extẽdit. Extẽſio enim eſt infinita,nec põt creſcere,ſed intẽtio eſt finita:& ſemꝑ põt augeri vel creſcere. Nulla ergo talis q̃ nõ mutat,ſeu aggrauat in infinitum, eſt neceſſariò confitenda.

Quandoque mutant: & quandoque aggrauant, in infinitum, vt quando veniali actui, puta,lautę, & ſtudioſæ præparationi additur ebrietas,vel notabilis anticipatio horæ in ieiunio ſine cauſa.

Sed vtrum in religioſo ſit mortale,quod alteri eſt veniale? Dicendum ꝙ nõ puta dicendo

cendo verbum otioſum:& hmõi,niſi ſpeciẽ mutaret quia nubere, vel velle nubere, qđ ſecularibus non eſt peccatũ,ſi hoc fiat cauſa prolis generãdæ vel veniale pp volupta tẽ,eſt mortale religioſo , profeſſo , clerico, vel ordinato,quia ſacrilegium,non aũt pri mi motus luxuriæ furti,vel inuidiæ: qa nul lus vouet ſe non habiturũ primos motos,q nõ ſunt in noſtra poteſtate.Hæc Pe.de Pa.

Nota ſecundum Thom.in quadam epi ſtola quod illæ circunſtantiæ dicuntur tra here peccatũ ad aliud genus & ideò de neceſſitate confitendæ : quæ habent ſpecialẽ repugnãtiam ad aliquod præceptorum di uinæ legis. Sicut furtum ſimpliciter repugnat huic præcepto, Non furtum facies. Si verò fiat furtum in loco ſacro circunſtãtia loci illã repugnantiã habet ad aliud præce ptum qđ eſt,de veneratione ſacrorũ: & ſic additur nona ſpecies peccati:& ſic de alijs.

Peccatum commiſſum die feſto,trahitur ad circunſtantiam aliam.

CAP. VII.

DIcit Nic.de lira ſuper Exo.quod pecca tum mortale commiſſum die feſto,ha-

bet

bet ſpiritualem repugnantiam ad illud de ſanctificatione feſtorũ & ſabbati:quia magis eſt opus ſeruile peccati,quam opus manuale.Opus autem ſeruile ibi prohibetur, & ſic eſt mortale vltra propriam doformitatem ſuæ materiæ. Et hoc eſt quod committitur in die feſto, habet aliam deformitatem quam oportet confiteri: & in fine dicit idem Thomas, quod illud dicitur circũſtantias non trahentes peccatum ad aliud genus ſiue ſpeciem,non eſſe de neceſsitate confitendas,non eſſe referendum ad numerum peccatorum,& eiuſdem ſpeciei,& numerum tenetur cõfiteri ſi poteſt, quia non eſt vnum ſed multa.& hoc nota diligenter.

Nota etiam quòd cũ cogitatio cum deliberatione rõnis in actũ peccati mortalis ſcilicet deliberandi illum actum agere, etiam abſq; opere ſit peccatum mortale, iõ ad ſingulas peccatorũ ſpecies poſt peccata operis interroga etiam de peccatis cogitationum illius peccati tãtum, & de peccatis oris.& cũ opus alicuius peccati & deliberatio mẽtis ad illud agẽdum abſq; opere ſit eiuſdẽ ſpeciei ſpecialiſsimæ, ſed differt ſe-

cundùm

matio igiř peccati eſt in opere, vnde pecca tũ operis habet ſpeciẽ cõpletã. Sed prima inchoatio eius eſt quaſi fundatio ĩ corde.

Secundus gradus eius eſt in ore, ſecundum quod ab eo prorumpit facilè ad manifeſtandum conceptum cordis.

Tertius gradus eſt in conſummatione operis. Patet ergo quòd hæc tria pertinent ad vnam perfectam ſpeciẽ cùm ab eodem motiuo procedant. Iracundus enim ex eo quòd appetit vindictam, prius turbatur in corde: ſecundò in verba cõtumelioſè prorumpit: tertiò procedit ad facta iniurioſa, vt percuſsionem: & huiuſmodi: & ſic de alijs quibuſlibet: & de luxuria,

Nec tamẽ ſic intelligendũ eſt peccatum cordis eſſe ſpecies incompletas, quaſi non ſint mortalia. imò quãdo in eis conſenſus deliberatus ad actus qui de ſunt peccata mortalia. & non ita grauia ſicut ſunt peccata operis, vt dictũ eſt, quando ſunt ſimul cogitatio cũ locutione, & opere, vnum eſt peccatum: vt patet de luxuria, & alijs peccatis: quando verò quodam tempore deliberat fornicari, & alio tẽpore diuerſo, & diſtã

ti

ti fornicatur, ſunt duo peccata mortalia.
De delectatione verò moroſa aliquid dicetur ſuo loco.

Regulæ quinque cognoſcendi peccatum mortale à veniali.

AD cognoſcendum verò quando peccatum eſt mortale vel veniale, nota quinque regulas.

Prima eſt, quando amor vel affectio ad aliquam creaturam, ſcilicet ſe, vel aliã tantum creſcit, vel éſt tantũ magnus quod in eo cõſtituitur vltimus finis. Item quòd nec actu, nec habitu ordinat illam creaturam, aut eius dilectioné, aut etiam ſeipſum, ſecundum Deum, & vellet cum tali creatura contentari, & non curaret Deum offendere, aut eius præcepto tranſgredi propter illam creaturã: ita quòd ibi eſt aliquis contẽptus Dei, ſi non eſt formalis, tñ interpretatiuus, eſt fruitio creaturæ: quia præponitur creatura Deo: vnde cũ aliquis vellet hic cũ creatura ſemper manere, non curando de æterna beatitudine, licet nõ ſint ſemper rudes de hoc interrogandi, vel intẽtandi: tamen talis amor creaturę ſemper eſt pecca-

tum

tum mortale. Quando autem aliquis diligit aliquam creaturam pluſquàm Deũ,ſed propter hoc nollet Deũ offendere, aut eo carere,nec eius amicitiam perdere,talis amor creaturæ eſt peccatum veniale.

Secunda regula ſatis cõcordat cũ præcedẽti: ſcilicet cùm notabiliter cõtra dilectionem proximi aliquid committitur,tũc eſt peccatum mortale, quando verò non tunc eſt veniale: quando verò aliquid fit contra dilectionem Dei, poteſt attendi penes hoc quod repugnat charitati,vel amicitię, quã debemus ad Deum habere ſuper omnia: quando autem aliquid fit contra dilectionem proximi,poteſt attendi penes iſta præcepta legis naturę,ſcilicet quod tibi nõ vis, fieri,alteri ne facias. Et quod tibi rationabiliter,& ex debito vis fieri,alteri facias, & poteſt etiam attendi penes ſcandalum actiuum, quod ego infero proximo meo per mala exempla: ſed inquãtum importat aliquid contra dilectionem, vel quantum ſit illud ſcandalum ad hoc quòd ſit mortale non præciſe determinatum eſt, quia in modico facere contra proximum nõ eſt mortale,

tale, aut in paruo ſcandalizare: vnde quilibet attẽdat apud ſeipſum, quod ſibi vellet fieri, & quod ſibi nollet fieri: & per quod factum, & nõ factum, ſolueret inter ſe & amicum ſuam amicitiam quam ſimul habent.

Tertia regula quando omittuntur contra præceptũ Dei & Eccleſiæ, vel legis naturæ, vel ſuperioris præcepta quæ ſunt de neceſsitate ſalutis, vel contra votum publicum, vel priuatum, vel iuramentum licitũ, & tunc eſt mortale peccatum, quando verò circa, tunc non eſt mortale.

Quarta regula cùm aliquid ſit, vel committitur, vel omittitur contra conſciẽtiam verè vel falsè dictantẽ aliquod peccatum mortale, vel contra cõſcientiã formidantẽ probabiliter, vel dubitatiuè an aliquod ſit peccatũ mortale, tunc ſemper eſt mortale, ſi conſciẽtia non ſit ſufficienter inſtructa.

Quinta regula de actibus manentibus, quãdo quidam habet ſolam cogitationem de aliquo quantuncunq; turpem, vel malã abſque complacentia, ſeu delectatione vel conſenſu. Tunc nunquam eſt peccatũ mortale, vel nullum, vel veniale, quando verò

eſt

eſt conſenſus in actum,qui eſſet peccatum mortale,tunc ſemper eſt peccatū mortale, quia Deus volūtatem pro facto acceptat. qñ aūt cum cogitatione aut complacentia eſt delectatio moroſa in aliquo turpi, ſpecialiter in libidinoſis,ſic eſt mortale,ſm dictum Auguſ.eſto q̃ non ſit conſenſus in actum, ſm hoc dictum Auguſ.iudiciū eſt de peccatis interioribus, ad quod etiam facit diſtinctio ſuprà poſita de ſenſualitate,& actione, & de peccatis præueniētibus, & ſequentibus deliberationē.Ampliādo igitur ſeptē vitia capitalia, quæ non ſemper ſunt mortalia,ſed ſunt malæ radices in homine ex quibus oriuntur ſeptem venialia.

Quæ debeat ſeruare & ſcire confeſſor vtilia, & neceſſaria in ipſo exercitio confeſſionis.

Cap. x.

Vltra excommunicationē iuris communis ſciat confeſſor ſi pœnitens incidiſſet in ſententiam conſtitutionis ſynodalis. Ideo debet inueſtigare de cōſtitutionibus illius diœceſis, ſi quas haberet vel etiā prouinciæ,vel regionis:vt melius poſſit pœni-

H tentibus

tẽtibus prouidere. Diligenter quęrat de numero peccati, quotiens incidit in id, vel illud: quia homines ſæpe tranſeunt illud leuiter, & de circunſtantijs non neceſſarijs, & de peccato quod alteri iam ritè confeſſus eſt, non quærat, cũ non teneatur confeſſionẽ iterare, de quo plenè ſuprà, de ti. in præce. & non ſolùm de peccatis opere perpetratis, ſed etiam de peccatis cordis, & de numero eorum quę perſonæ paruipendunt, interrogandum eſt. Et quia ſecundum Thom. ij. q. ix. xij. peccatum cogitationis & operis in eadem materia, ſunt vnius & eiuſdem ſpeciei: ſed differunt ſecundum magis & minus: quia ſcilicet peccatum operis eſt grauius peccato cordis. Ideo etiam interrogãdum eſt de ſpecie & circunſtantijs neceſſarijs peccatorum cordis, verbi gratia. Si dicit ſe in mente ſolum deliberaſſe mulierẽ cognoſcere, interrogandum eſt vtrum ſolutam, vel nuptã, virginem, vel aliam, & qua die: & hoc, quia faciunt illud peccatum eſſe diuerſę ſpeciei. Et ſi mulier eſt, facias eam ex tranſuerſo ſtare nec in faciem eius aſpicias, quia facies earum ventus eſt vrens, ait

propheta

propheta. Sed nec virum decet frequenter reſpicere in faciem, ne eum erubeſcere facias vltra q̃ oportet: vtroſque graues & ſapientes dulcius & vrbanius oportet reprehendere:ruſticos groſſos,ac idiotas durius, ne peccata ſua paruipẽdant ex leuitate ſermonis.Simulatos vero ex dolore & deſperatione quantũcunq; peccata cõmiſſa ſunt grauia,cõfortare & animare expedit inducendo exẽplo Dauid,Magdalenę, Pau.Petri Latronis:& hmôi induratos.Et ſe excuſantes,aggrauare peccata eorum,oſtendendo pericula eorũ exemplo Adę, Saulis,Iudę & hmôi,qui ſeipſos deſperauerunt. No. ſecundum M.Vber.li.de of. ord . quòd illorũ confeſſiones prius ſunt audiendę & libẽtius,qui magis indigere putantur, vel quia rarò venire ſolent , vel quia ſunt extranei , vel quia ſunt in maiori ſtatu , vel de quorũ confeſſione ſperatur vtilitas futura .

Quomodo ſe habere debeat confeſſor audiendo mulieres.

Capvt xi.

IDem dicit de audientibus mulieres, caueant ne niſi in publico audiant, & niſi

ab aliquo videãtur nec multũ immorentur niſi quantũ neceſsitas cõfeſsionis requirit, & eis quæ nimis frequenter confiteri volũt, aſsignent certũ tempus extra qđ ipſas nõ audiant, nec aliis colloquijs ſe eis exponãt, & ſemper duris verbis, & rigidis vtãtur circa illas, potius quàm mollibus. Hæc ille.

Et hoc eſt contra illos, qui quotidie audiunt mulierculas, & faciũt eis longas prædicationes, unde amittunt multum temporis: & ſcandalum ſequitur communiter in ipſis, & in populis.

Qualis & quanta debeat iniungi ſatisfactio, ſeu pœnitentia à confeſſore pœnitentibus, & qualiter ſe habere pœnitentias iniungendo.

CAP. XII.

NOta, quod ꝓ quolibet peccato mortali eſſet regulariter ſeptẽnis pœnitentia iniungẽda, ſeu imponẽda, vt habetur xxij. q.j.c.prædicãdũ.in gl.& xxiij.q.ij. c. hoc ipſum.& §.ſeq. quod ſeruabatur antiquitus. & iſta ſeptennis pœnitẽtia, magis vel minus aſpera ſecundùm varietatẽ criminum maiorũ vel minorũ, & circũſtantiarũ, & cõ-

punctiones.

punctiones erat, quia vt dicit Hiero.apud Deũ non tantùm valet tẽporis menſura, quàm doloris:nec tantùm abſtinentia ciborum,quàm mortificatio criminũ,de pœ. diſ.c.menſurã. Sed hodie pœnitentiæ omnes ſunt arbirtio cõfeſſoris taxandæ,conſideratis circũſtantiis criminũ,& perſonarũ, & huiuſmodi extra de pœ.& rem.cap.Deus qui dicit etiam Leo pap. xxvj. q. vij. cap. tẽpora plenitudinis tuæ moderationis arbitrio ſunt conſtituenda, prout confitentiũ alios proſpexeris eſſe deuotos. Ray.& Guliel.& Specu.:in ſuo repertorio hoc tenent & generalis cõſuetudo ſic ſe habet, nec eſt contra id quod dicit Gregor.de pœniten. diſtinct.v.cap.falſas pœnitentias.dicimus, quæ nõ ſecũdùm autoritatem ſanctorũ Patrũ, ꝓ qualitate criminũ ponuntur. Hoc enim intellige ſecũdùm Ray. cũ ſine neceſſitate rationabili dimittentur pœnitentiæ antiquitus taxatæ. Nam vltra illã commune pœnitentiã ſeptẽnẽ pro quolibet pecca cato mortali in genere ponũtur alię pœnitẽtiæ maiores vel minores pro certis peccatis, prout habetur in diuerſis capitulis de

cretaliũ & Doctor.quę cõiter non danť,hic non pono,quę plenius habentur in ſumma confeſſorũ.li.iij.xj.xxxiiij.q.cxxv. ti.de pœ. & re.vbi ponunť caſus.xlvj.de hmõi. Eſt autẽ ſatis rationabilis cauſa non dandi hmõi pœnitentias diſpoſitione pœnitentiũ, & ẽt aliquando non ſufficeret tp̄s vitæ. Nam vt Ray.& Hoſt.dicunt, debet confeſſor talem dare pœnitentiã, quã veriſimiliter credat illum implere, ne ipſam violando deterius ſibi contingat,ꝙ ſi magna peccata commiſit,& dicit ſe pœnitere,ſed non poſſe aliquã durã pœnitentiã facere animę:& eũ ad hoc confeſſor,ei oſtendendo grauitatẽ peccatorum, & per conſequens pęnitentiã pęnarũ propter hoc ſibi debitarum,& ſic tandẽ iniungat ei pœnitentiam quã libenter ſuſcipiat,& ſi ſacerdos non põt gaudere de omni modo purgatione eius, ſaltẽ gaudeat ꝙ liberatũ à gehenna tranſmittit ad purgatoriũ.Itaq; vt dicit Hoſt.confeſſor nullo modo debet permittere peccatorẽ deſperatũ à ſe recedere.ar.xxxvj.q.vj.c.presbyter.ſed potius imponat &vnũ pater noſter,vt aliud leue,& alia bona quę fecitvel mala quę tolerauerit,

lerauerit,ſint ad pœnitentiā concor. Tho. in hoc. Hoc autē ſanè intellige, videlicet ſi ipſum alias penitet, & dicit ſeparatum facere quod debet: ſed hoc onus pęnitentiæ ſufficere non poſſe, tunc propter hoc quantūcunq; deliquerit non debet dimitti ſine abſolutione, ne ſe deſperet. Sed ſi dicit ſe non poſſe dimittere odium, vel caſtè viuere, vel alienū non velle reſtituere, vel artem dimittere, nunquam ſine mortali peccato exercerę non pōt, vel aliud hmōi cùm poſſit, nullo modo debet abſolui, ſecundū Th. Pet. de Pal. Alb. quia vt dicit Greg. ij. q. ca. iij. Tunc vera eſt abſolutio ſacerdotis cum interim ſequitur arbitrium iudicis. i. Dei, qui nunquā abſoluit impendentē, de poen. diſt. j. c. neminem. Sacerdos autem nullam debet committere falſitatem in ſacramentis veritatis, vnde de poen. diſt. v. ca. fratres noſtros admonemus, ut falſis poenitentijs animas laicorum decipi non patiātur: Falſas poenitētias dicit, cùm ſic agitur devno, vt non recedatur ab altero. Verùm ſi talis peccatum cui vult confiteri debeat audiri eius confeſſio: vt dicitur extra de poe. & re.

 c. quòd

c.ꝙ quidam'. & ſi aliquid debet iniungi,nõ tñ abſoluendo eum , ſed ei declarando . ꝙ propter hoc non eſt abſolutus: ſed tñ ſatiſfaciat præcepto eccleſiæ annualis confeſſionis fiendæ : & hortetur eum ꝙ faciat oẽ bonum quod poteſt , vt Deus cor eius illuſtret ad pœnitentiam, vt dicitur de pœnitẽ tia:diſt.c.falſas . & ſic non eſt dimittendus ſine cõfeſſione,ne deſperet,quod ſi inſtet ꝓ abſolutione,oſtẽdendo ſcandalũ,&deſpera tionẽ ſi non abſoluatur, nullo modo debet ei aſſentire:licet tñ ei declarare , quod fieri non poteſt,nec iuuaret eum: & ſi permanet in ſcandalo,non eſt curandũ. quia eſt ſcandalum Phariſeorum.ij.q.iij.c. inter verba .

Qualiter ſe habere debeat confeſſor pœniten tias iniungendo pœnitentibus.

Cap. XIII.

IN imponendo pœnitẽtias, ne vileſcat autoritas eccleſiæ arbitretur confeſſor : & ne poteſtas clauium contemnatur . de pœ. diſt.j.c.ſunt qui arbitrantur.l.diſt.c.abſit.& c.ſi quis præpoſtera . minus malũ eſt ſi contingat errare,quod erret dando nimis paruam,quàm nimis magnã:vt dicit Chriſoſ.

xxj.q.vij.c.alligāt.quia vt ibi dr̄,Melius eſt Deo reddere rationem de nimia miſericordia,q̄ de nimia ſeueritate:ſi.n.benignus eſt Deus : vt quid Sacerdos vult eſſe auſterus? exēplum habemus à Chriſto vt dicit Ray. qui nulli vnquàm graue impoſuit pœnitētiam:ſed dicit.Vade,& amplius noli peccare:& ad hoc maximè debet attendere confeſſor excidere ab eo cauſas & occaſiones peccatorum : puta ſi conuerſatio eius cum aliquo, vł aliqua eſt occaſio ei alicuius ruinæ, debet imponere ſibi; quòd dimittatur, & ſi poteſt, & huiuſmodi. de pœni.diſt.iiij. cap.ſanctificatio . aliquando imponere poteſt ei loci mutationem,qui ei eſt ad ſcaudalum, ſi fieri poteſt. diſti.lxxxj.cap.valet. quādo res ſic ſe habet , quòd fieri non pōt.

Contraria pœnitentia debet imponi delicto.

Cap. XIIII.

ITem imponenda eſt pœnitētia contraria ad malū qđ committit, ſecundùm Ray.videlicet ſuperbo opera humilia:guloſo ieiunium, auaro eleemoſyna & huiuſmodi:qa cōtraria contrarijs curantur.de pœ.di.ij.c. ij.Quod intellige, ſi creditur illum velle,& poſſe

poſſe perficere.hoc.n.eſt ad bene eſſe impo nere magis iſtã quàm illã.Item ſi eſt negli gẽs ad audiẽdum verbũ Dei, ſibi põt iniun gere ſecundùm Ioan.quòd audiat certũ nu merũ prædicationũ. Debet tamen cauere confeſſor ne det talẽ pœnitentiam,per quã fiat alteri præiudicium,puta ſeruo iniũgatur lõga peregrinatio, vel ieiuniũ prolixũ, ita quòd eius dominus reciperet detrimen tum de ſeruitio ſuo.ſi etiã imponeret vxori vt daret multas eleemoſynas, dabit de bonis viri,ſi paraphernalia non habet.

Pro peccato occulto,non debet dari manifeſta pœnitentia. Cap. XV.

ITem pro peccato occulto non eſt manifeſta pœnitẽtia iniungenda talis, vt poſſit oriri aliqua ſuſpicio peccati commiſſi. Et nota ſecundùm Ioan.and.ſuper cle.dudum. de ſepul.ſuper verbo audire, ꝙ prius debet ſacerdos imponere pœnitẽtiam quã facere abſolutionem à peccatis: quod probat ex ipſo textu cle.quę prius loquitur,de pœnitentia iniungenda, poſteà de abſolutione,tamẽ eſt ex ratione proba:quia cum abſolutio ſit complementũ & forma in pœ-

nitentia

nitẽtia, prius debet eſſe ſatisfactio, quę eſt pars, materialis pœnitẽtię ſaltẽ in propoſito actuali: vt expreſſa ſatisfactione quæ debet imponi per ſacerdotẽ, acceptet & eam pœnitens ſicut confeſſus eſt & doluit & inde ſequitur abſolutio. Sed contrarium dr̃ eſſe. de cenſi. ca. fi. vbi dr̃ quòd Archiepiſcopi poſſunt in viſitatione abſoluere pœnitẽtias imponere, ergo hoc de neceſſitate non procedit, quia tñ communiter fit contrarium, vt. ſ. prius abſoluatur: & poſtea iniungatur pœnitẽtia, quomodocunq; fiat vel qñ, vel poſt ſufficit. Præſupponit enim confeſſor illum habere præſuppoſitum eam faciẽdi quod ſibi iunget cũ ipſum: pœniteat. Secundùm Ioã. ſi pœnitentiã abſoluis cuius generalem confeſſionem audiuiſti: abſoluas eum & pœnitentijs oblitis iniunctis ab alijs ſacerdotibus, & ſi aliquarum pœnitentiarum iniunctarum memor ſit, quod non impleuerit eas ſi iudicaueris expediẽs, commutes eas, niſi eſſet in caſu, à quo non poſſes abſoluere. De permutatione pœnitentiæ habes ſupra titu. præceden. capit. fina. vbi etiam multa de ſatisfactione.

Memoriale

Memoriale dicendum pœnitenti, circa pœnitentiam fiendam,
CAP. XVI.

BOnum eſt etiam ſibi declarare, & permittere quòd ſi aliqua die ex obliuione vel negligentia dimitteret pœnitentiā impoſitam, puta ieiunium, vel orationes, & huiuſmodi, quod poſſit alia die remittere. Et ſecundum Pet. de Palu. conſulēdum eſt ei præcipuè diuitibus & nobilibus, quod quærant participationem bonorum quæ fiunt in religionibus, in quibus ſunt plures pœnalitates, quàm alibi & magis deo acceptæ, & quòd in pœnitētiam imponetur eis quòd non ſolum quæ facient per ſeipſos, ſed etiam quæ procurabunt ab alijs: & omnia quorum ſpecialiter ſunt participes. Dicit etiam Pe. de Palu. in iiij. quòd debet confeſſor cum minorem pœnitentiam debito imponit innoteſcere ei, ꝙ illa pœnitētia ſibi impoſita non eſt digna, ne decipiaẗ putans ſufficere: ſed quòd deberet pro quolibet mortali ſeptennem agere pœnitentiam, quam ſi hic non perficiat, in purgatorio luet. Si tamen per illam declarationem

crederet

crederet eum incidere in diſperationem, non debet hoc ſibi dicere.

Quid fiendum quando pœnitens non confitetur peccatum aliquod mortale, quod confeſſor ſcit eſſe in eo.

Cap. XVII.

De confitẽte autẽ qui non confitetur aliquod mortale quod nouit de eo confeſſor, ex eo quòd non reputet illud peccatum. Dicit Goff. in quolibet. ix. quòd ſi eſt certum illud eſſe mortale: tunc quicunque confeſſor debet ei facere conſcientiam de eo, cùm confeſſor ordinetur ad vtilitatem eius. Sed vtilitas eius eſt, quòd ſciat ſtatum ſuum: nec debet eum abſoluere, ſed reputare eum indignum, & indiſpoſitum ad recipiendum abſolutionem, dum manet in tali ſtatu Sed ſi dubium eſt vtrum ſit mortale, & opiniones doctorum ſunt diuerſæ, videlicet vtrum ſit licitum emere reditus ad vitam, tunc aut confeſſor eſt ordinarius eius, ita quòd tenetur confeſſionem eius audire: & tunc ſi ſit opinionis illius, quòd illud non ſit peccatum, debet eum abſoluere

ſimpli-

ſimpliciter. Si autem credit, quòd ſit peccatum, debet ei facere conſcientiam, quòd confitens ſe diligenter informet de illo facto vtrum ſit peccatum: ſed dato quòd ille non vellet cognoſcere illud eſſe peccatum: nihilominus ex quo eſt ordinarius tenetur eum abſoluere, nec debet eũ reputare inhabilem ad abſolutionem, quia hoc ex errore, & non proterua opinione procedit. Ordinarius autem abſoluẽdo debet ſequi commune iudicium eccleſiæ, non ſuum. Si autem ſit confeſſor delegatus qui in nullo tenetur confiteri niſi velit, ſi credit illud eſſe mortale, non debet eum abſoluere, quia ex mera voluntate dependet vt abſoluat, vel dimittat; debet enim ſequi proprium iudicium in abſoluendo, & peccaret ſi abſolueret. Hæc Goffredus.

Sacerdos dicitur ſoluere vel ligare tripliciter: de modo, & forma abſoluendi.

CAP. XVII.

NOta tamen, ſecundùm Ray. quòd ſacerdos dicitur ſoluere, vel ligare tripliciter. Vno modo, per oſtenſionem, id eſt oſtendendo ſolutum vel ligatum: dico cùm abſolui-

abſoluitur licet enim ſit peccator per contritionem à Deo abſolutus:tamen in facie Eccleſiæ adhuc manet ligatus & ſic intelligitur.c.quantumlibet. de pœn.diſti.j.Alio modo ligat Sacerdos dando pœnitentiam ad quam obligat peccatorẽ: & ſoluit eum, pœnam ſibi debitam dimittit. vel ad ſacramenta admittit:de pœ.d.c.multiplex.Tertio modo,per excõmunicationem, & abſolutionem ab ea. ij.q.iij.c.Nemo ſit.tamen fit ſecundum Pe.abſolutio à peccatis realiter per myſterium ſacerdotis non quidẽ principaliter,& autoritatiuè, quia hoc proprium Dei de pœ.diſt.j.capit,verbum.Nec ſolum oſtenſiuè, quia in hoc faciebant ſacramenta veteris legis,ſiue teſtamẽti.Nec ſolum deprecatiuè, quia ſic magis abſolueret bonus laicus, quã malus clericus. Nec ſolùm per contritionem confitentis, quia tunc nunquàm quis efficeretur ibi de attrito contritus. Sed operatur inſtrumẽtaliter abſolutio ad remiſſionem,diſponendo ad gratiam, & niſi opponatur obſtaculum, fit de attrito contritus:etiam contritio ad auget gratiam. hæc Petr.de palu.cui concor.

Tho.

Tho. & ſit hoc virtute clauſum quæ dicuntur plures in effectu, quia vna eſt poteſtas diſcernendi, alia diffiniendi. Vna tamen eſt eſſentialiter, ſcilicet poteſtas iudicandi in foro animæ collata à Deo, & in anima impreſſa, quæ confertur per ſuſceptionem ſacerdotij. Hęc Pet. ſecundũ verò Raym. Nota, quòd triplex eſt iudiciũ, ſcilicet Dei, Petri, & cœli. In primo abſolnit peccator per contritionẽ. In ſecundo ſcilicet iudicio Petri, id eſt confeſſionis, per abſolutionẽ: ſi tamen prius fuit abſolutus à Deo ſaltẽ ordine: alioquin nõ. vnde dicitur. xxiiij. q. j. cap. manet Petri priuilegiũ quando ex æquitate fertur iudicium. In tertio iudicio cęli id eſt curiæ cœleſtis abſoluitur per approbationem. de pœ. di. nunquid Cain. Alio modo, & alijs verbis dicitur triplex iudicium Primum dei. Secundũ Petri in eccleſia militanti. Tertium ſurſum in eccleſia triumphanti Primũ eſt, quo Deus mũdat animã in contritione, & hoc præcędit reliqua duo, ſcilicet ipſa dignitate, & effectu. eſt enim ille qui claudit, & nemo aperit: aperit & nemo claudit. Secundò, quòd ſequitur

tur

tur poſt illum, eſt iudicium ſacerdotis, qui autoritate clauium ligat, vel ſoluit eo modo quo paulò antè dictum eſt. Tertium, qđ ſequitur eſt iudicium approbationis, ſcilicet cœleſtis curiæ & angelorum. Nota etiã ſecundum Pet. de pal. quòd eſt triplex clauis regni cœlorum. Prima eſt autoritatis, & hanc habet ſolus Deus. quia cum clauis ſit poteſtas aperiẽdi cœlum, & Deus ſolus principaliter poſsit remittere peccata, qui ſolus habet claudere cœlum & gratiam infundere, qua aperitur. Ideo habet hanc ipſe ſolus. Secunda eſt excellentiæ, hanc habet ſolus Chriſtus inquantum homo, ipſe enim merito paſsionis aperuit cœlum, tollens impedimentum naturæ, quod nullus tollere potuit. Tertia eſt clauis miniſteriatus, hanc habent ſacerdotes, qui miniſterialiter, & diſpoſitiuè agunt ad remotionem obſtaculi, id eſt vectis ſeu peccati, & operationem in collatione gratiæ. Clauis autẽ miniſterialis eſt duplex: vna dicitur ordinis: alia iuriſdictionis: & fortè ſunt realiter diſtinctæ: quia licet clauis iuriſdictionis non ſit aliquid reale: tamen clauis ordinis

eſt aliquid reale,& indelebile,& clauē ordi nis hēt omnis ſacerdos: ſed clauem iuriſdictionis nō habet,niſi habeat ſubditū.Vnde & curatus non ſacerdos habet clauem iuriſdictionis:& nō clauem ordinis.Item clauis eſt duplex,ſcilicet clauis ſcientiæ, & clauis potentiæ: vna tamen eſt eſſentialiter.

Forma verborum abſoluendi pœnitentiam.

CAP. XIX.

DIcit Pe.de palu. quòd homo ſi ignorat vtrū vnquàm fecerit vnā perfectam cōfeſsionē expedit ꝙ tu in omni confeſsione ſacramentali poſt oīa tua peccata ſpecialiter enumerata, ſequatur generalis clauſula. ſ. de oībus alijs mortalibus, & venialibus cōfeſsis & non cōfeſsis,ac oblitis,dico meam culpam,& ſic ſequitur abſolutio, & ſic valebit ad remiſsionem culpæ & pœnæ ēt mortalis,& ſcitæ ac ēt oblitæ, ad quam tñ non tenebatur alias in ſpeciali confiteri iterum, quia.ſ.ſufficienter confeſſus eſt.

De forma,& vi verborum,quæ requiruntur in abſolutione.

CAP. XX.

FOrma autē abſolutionis ſecundū Tho. in

in tractatu de forma abſolutionis,hæc quã tum ad ſubſtantiã Abſoluo te & cõſueuit addi eos,& à peccatis tuis,& ſi nõ diceret, ſubintelligeretur:quia.n.in ſacramẽtis verba efficacia ex inſtitutione diuina, tenẽda ſunt determinata verba conſonãtia inſtitutioni diuinę decenti.Quęcũq; ſolueris &c. iſta verba conueniũt,ego te abſoluo. Idem Inno.& Hoſti.& melius additur ſm Pe. de Pal.ab oĩbus peccatis tuis confeſſis,& oblitis.& melius dr ab omnibus peccatis quæ confeſſus es in generali,vel ſpeciali, de quibus intẽdis. De iſta & alijs formis diuerſis abſolutionis ab excõicatione, & peccatis, diceret infrà in fine interrogatorij.Solet autẽ papa aliqñ tantã facere gratiã quibuſdã,vt ab oĩbus cẽſuris & pœnis ſimpliciter iuris & ab hoĩe latis poſſint abſolui in foro ſaltẽ cõſciẽtię, & tũc cõfeſſor põt ita forma vti q̃ à curia Romana habuit,& vſus sũ.

Forma abſolutionis ab omnibus cenſuris & pœnis tam à iure,quàm ab homine latis.

Cap. XXI.

De plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ

cuius autoritate pro præſenti ego abſoluo te ab oĩbus cenſuris, eccleſiaſticis ſententijs: & vinculis excõicationum, ſuſpenſionum, & interdictis: tam ab homine, quàm à iure latis, necnon ab omnibus negligentijs: & defectibus commiſſis in ſacramẽtorum adminiſtratione, officijs, actibus tuis vel noĩe tuo factis: ſupplendo, de ſolita apoſtolicæ ſedis clementia omnes defectus eorundem ab oleo, & omnem maculam infamię, & inhabitationis vndecunq; cõtractis diſpensoq; tecum ſuper omni irregularitate, ſimonia, in ordine: & beneficio actiuè, vel paſſiuè, quacũq; occaſione vel cauſa ét circa te, in collatione ordinum, & aliorum ſacramentorũ contractis, ſeu cõmiſſis. Reſtituo & habilito te ad ſtatum, & formam, honorem, & executionem officiorum eccleſiaſticorum quorũcunq;, ac ad omnes gradus dignitatum, & honorum, ad beneficia eccleſiaſtica habita, & habenda, & tibi, & his quæ habẽs de nouo, ꝓuideo relaxando tibi fructus quos malè percepiſti, ſeu læſa cõſcientia ex eiſdẽ: ac alia quæ in ludo ex ſucceſſione, ac alias ad te ſuperuenerunt, q̃

ſubiacent

ſubiacēt reſtitutioni vagè in forma pleniſſima.In nomine patris,& filij, & ſpirituſſan ɬi.Amen.

Si autem aliquis dubitat an ꝑ iſtis ſpecialibus exigatur forma abſoluēdi neceſſaria, qui à ſede apoſtolica habēt priuilegiū, q̃ in articulo mortis duntaxat ſemel poſsūt abſolui, & habere plenā remiſſionē oīum ſuorū peccatorū,id eſt, à culpa & pœna, vt alij exprimūt. Reſpondetur ſecundū quod à magiſtris tā in cōcilio Cōſtantienſi quā Baſilienſi dictū fuit,ꝙ non. Sed ſufficit qđ ea oīa & ſingula ſciat ꝑ quibus præfata indulgētia datur,prout in bullis, vel priuilegijs falſum exprimitur. Nec putet aliquis, quòd qñ in articulo mortis fuit ſemel abſolutus ordinariè, & vſus eſt illo ſemel priuilegio, quòd poſtea in alio articulo mortis vti illo iterum valeat, niſi papa latiorē autoritatē daret,quā dat, quādo ponit quòd in articulo mortis duntaxat ſemel. Et ita reſponſum eſt in concilio Conſtantienſi à clariſſimis viris pluribus de hoc requiſitis. Nec mirum. quia priuilegium de indulgentijs tantùm valet,vel dat,quantū ſonat non

autem tenendi debet vltra.

Quid faciendum, quando confeſſor abſoluit pœnitentem de quo non debuit.

Cap. XXII.

SEd quid de cõfeſſore qui abſoluit confitentẽ de quo nõ debuit, aut exigonrãtia, vel verecundia, vel feſtinatione, vel hmõi & cõfeſſor poſteà exprimitur ſe erraſſe, nũquid tenetur cõfitẽti hoc dicere; Reſpõdetur ſm oẽs quòd confeſſus excuſatus eſt, & corã Deo abſolutus interim quod neſcit, licet, cõfeſſor nõ dicat. Quid ergo faciet? Collatio facta fuit de hoc cũ multis notabilibus doctorib. Theologię in cõcilio Baſilienſi. Nã quidã dixerũt ꝙ confeſſor debet autoritatẽ à ſuperiore impetrare abſoluẽdi eũ, & ſi ſine magno ſcandalo fieri põt, vocare non abſolutũ: & ſibi dicere, ac eũ abſoluere poſt auditã confeſsionẽ. Vel ſi magnũ ſcandalũ timeretur; abſoluat eũ abſentẽ: ſi ab vltima cõfeſsione adhuc ſperatur eſſe in grã. Adhuc autẽ & alijs placuit, ſi notabile ſcãdalũ timeretur ſummo ſacerdoti Deo cõmittat, & ſolam condignã pœnitentiã pro eius negligentia peragat confeſſor, præ-

ſertim

ſertim qñ multitudo ſic eſt neglecta, vel multi eorũ diſtant à loco vbi eſt confeſſor.

Quid de cõfeſſore, qui nõ intelligit pœnitẽtẽ.

Cap. XXIII.

QVid etiã ſentiendũ eſt de eo qui confitetur, & confeſſor nõ intelligit eum, aut ex dormitione, aut ex imperitia vel diſtractione nimia, vel ſimili cauſa? Reſpondet Io. de Bartebergis antiquus doctor, in quolibetis ſuis. Sacramentalis abſolutio præexigit confeſsionem. Omnis verò confeſsio importat reuelationem quæ non poteſt eſſe ſine reuelatione vnius, & perceptione alterius. Cum ergo alterum iſtorum deficiat: ſcilicet perceptio ſacerdotis in præfato caſu, de illo peccato non credo eſſe confeſsionem, & per conſequens nec impendi abſolutionem hæc ille.

Sed iſtud videtur debere intelligi, vbi ob audita ſunt peccata grauia, quæ ſunt de neceſsitate ſalutis confitenda: non de alijs, quæ cadunt ſub conſilio: vt venialia, & vbi talia modica obaudiuntur rarò ab eo qui aliàs noſcit perſonã, debet confeſſor facere iterare ea quæ ex ſomno non intellexit.

An pœnitens teneatur iterare pœnitentiam iniunctam in peccato mortali factam, in toto vel in parte, & dicta pœnitentia taliter facta ei, valeat in foro militantis eccleſiæ.§.vij.

CAP. XXIIII.

VTrum verò pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem impoſitã per abſolutionem debitam in peccatò mortali factã, vel in toto vel in parte teneatur homo iterare? Super hoc ſunt variæ opiniones. In hoc tamẽ omnes concordant quòd ſatisfactio facta in mortali non valet, ita ſicut nec alia opera facta in mortali valent in foro Dei, ad tollẽdum vel minuendum debitum pœnæ prò peccatis, ad quod ordinatur omnis ſatisfactio: quia cùm non ſit amicitia cũ deo non poteſt eſſe acceptũ tale opus ipſi deo ſic factum. Sed vtrum valeat in foro eccleſiæ militãtis: ita quòd non tenetur iterare? In hoc eſt varietas opinionũ, & aliqui dicunt quod tenetur iterare: quia cùm non potuerit ſatisfacere Deo, nec etiam potuit ſatisfacere ſacerdoti, qui in perſona Deĩ illud ſibi iniunxit: tenet Pe. tarã. & Io. peri. videtur ſimpliciter dicere ſine diſtin-

ctione,

ſtione,ꝙ talis non tenetur iterare tales ſatisfactiones:quia ſatisfecit in foro eccleſię militantis,in quo datæ ſunt, & vbi non iudicatur de diſpoſitione interiori. Idẽ videt ſentire Vincentius in ſpeculo hiſtoriali.li. ix.& di.Ani.Bal.in iiij. Et pro iſta opin.videtur ſatisfacere impoſitio ſeptennis pęnitentiæ,quæ regulariter fiebat pro quolibet peccato mortali antiquitus,vt. xxij.q.j.ca. prædicandũ.Et veriſimile eſt ꝙ in toto interuallo aliquod mortale cõmittebant, vnde ſi oportuiſſet iterare fuiſſet laqueũ imponere animabus. Tho.verò cum Alb. in iiij.diſtinguit de ſatisfactione. dicit enim quòd quædã ſunt ſatisfactiones in quibus remanet aliquis effectus in ſatisfaciẽtibus etiã poſtquàm actus ſatisfactionis tranſit: vt in ieiunio,remanet corporis maceratio, vel debilitatio,& ex eleemoſyna ſubſtãtiæ diminutio, & tales ſatisfactiones in peccato nõ oportet iterare: quia quantũ ad illud quod ex eis remanet.ꝑ pœnitẽtiã ſequẽtem acceptæ ſunt. Aliæ vero ſatisfactiones ſunt quæ non relinquunt effectum in ſatiſfaciente.poſtquàm trãſit actus:ſicut in oratione,

tione,& huiuſmodi. Actus enim interior, qui totaliter tranſit nullo modo viuificatur. vnde oportet quòd tales ſatisfactiones iterentur. Eãdem opinionem tenet Pet. de pal. in iiij. diſ. xv. q. j. ar. iij. magis declarans dicit enim quòd in ſatisfactionibus habentibus effectũ derelictũ poſt opus, vt eleemoſyna priuationem æris, Ieiunium, corporis debilitationẽ, & huiuſmodi, ſi poſteà pœniteat & perſeueret. Sicut baptiſmatis character habet effectũ recedẽte fictione, ſic & iſtud derelictum ex ſacramẽto quod operatur ex opere operato, incipit valere ex ſequẽti eius approbatione, & ſacerdotis ratione habita: cum illum verè pœnitet & non ex ſimplici viuificatione: quia opus operans mortuum, nunquam viuificatur: & ſic illa pœnitentia ſatiſfacit, nõ ſolum in foro eccleſiæ ſed etiã in foro Dei, quantum ad illud derelictum: vt nõ oporteat iterare, ſicut ieiunium, eleemoſyna, & huiuſmodi, Sed ſi non habent effectũ derelictũ, vt oratio: talis pœnitentia facta in mortali, nullo modo ſatisfacit, qui hic, vel alibi oporteat ſatisfacere, quod videtur intelligẽdũ in foro

ro Dei:quia nec ratione ipſius operis cùm faciat,nec ratione derelicti cum poſteà pœnitet eã cũ nõ habeat effectũ derelictũ: ſed in foro eccleſiæ ſatisfacit:quia nõ eſt neceſſe eã iterare,ſi vult eſſe in ſtatu ſalutis poſteà pœnitẽdo ſicut neceſſe habebat ipſam implere cùm fuit ſibi impoſita. Vnde idem Petrus dicit paulo ſuperius, q quando homo eſt de omnibus contritus & cõfeſſus, & accepit pœnitẽtiã cũ abſolutione, ſi recidiuãs peragat eã in mortali, ipſe quidẽ ſe liberat ab iniũctione ſacerdotis:nec incurrit peccatũ inobediẽtiæ,quod incurreret ſi eã nõ perfeciſſet:quia nõ eſt fortius uinculum cõfeſſionis,quàm Dei vel eccleſiæ. Sed in mortali exiſtens implẽdo præceptũ Dei,ſcilicet de honore parentũ vel præceptũ eccleſiæ:vt de ieiunio quadrageſimali,& de eleemoſyna ab illo ad ſalutem ſe liberat, ergo &c. Hæc Pet. Cùm ergo pœnitẽtia iniuncta ordinetur ad tollendum, vel diminuendum debitum poenæ temporalis, talis qui pœnitentiam ſibi impoſitam non habẽtem effectum derelictũ, vt orationes,perfecit in mortali. Si reuertitur ad pœnitẽtiã, & tandem

dem moritur in ſtatu gratiæ ex quo illam non iterauit,cùm per ipſam nil ſit ſolutum de debito pœnæ temporalis, ſoluet eam in purgatorio : niſi per alia bona hic ſatisfaciat,quod ſi non reuertatur ad pęnitentiã, qui pœnitentiam perficit in mortali quodcunq;,ſiue habentẽ effectũ,ſiue non habentẽ derelictũ, ſoluet illud debitum in inferno ſemper, ſicut ille qui moritur cum mortalibus & venialibus, vtriuſq; ſoluet pœnã æternã in inferno. Quanuis enim pro veniali debeatur pœna temporalis quæ finẽ habet,tamen per accidens eſt quod veniale puniat in inferno pœna æterna : ſcilicet ratione ſtatus, quia in inferno nulla eſt redemptio. Non enim eſt ille ſtatus expiãdi culpã ad quam ſequitur pœna : & ideo ſem per remanẽte culpa veniali, durat & pœna. Ita tenet Tho.in iiij.di.xij.Sed de pœna tẽporali debita pro mortali poſt contritionẽ,Pet.de pal.ſic declarat in iiij.vbi ſupra ar.iiij.ad primũ.Peccator poſtquã eſt Deo recõciliatus, eſt debitor pœnæ finitæ non qualitercũq; ſoluendæ : ſed in ſtatu gratiæ in quo ſolũ eſt Deo accepto. Alioquin eſt

debitor

debitor pœnæ tãtæ quantũ mereť culpa, & alia eſt infinita. Vnde peccatori per ſe debebať quædã pœna infinita,ſi erat in mortali:ſed mutata fuit in tẽporalẽ, ſuppoſito quòd perſeueraret in amicitia. Acceptauit enim Deus abſolutionẽ à pœna æterna, & impoſitionẽ pęnæ finitæ ſub conditione,ſi in gratia fieret. Et ſi quæratur quare Deus magis acceptauit abſolutionẽ à culpa ſine conditione quàm abſolutionẽ à pœna dicendũ eſt,quòd culpa trãſit,& macula trãſit,& gratia in momẽto aduenit. Sed ſatiſfactio futura eſt. Futuris autem ſolet conditio apponi, non autem præſentibus, nec præteritis:vel ſi apponatur certa eſt quia:ſi eſt in gratia,pro tũc nõ poteſt eſſe ſine gratia. Ideo remiſsio culpæ fit ſine additione, vel fit ſimpliciter: quia cõditio non exiſtit, Vnde ſicut per ſacramentum nõ remitteretur pęna niſi adeſſet gratia : ſic nec poſteà per ſatisfactionemremittitur pęna ni ſi adſit gratia. Talis ergo dimiſſa culpa punietur in inferno pœna infinita, non propter commutationẽ finitæ in infinitam:ſed quia debitor eſt pœnæ infinitæ:ex quo non
ſoluit

ſoluit pœnã ſinitã ſub conditione, quia debuit: ſic vt perdens priuilegiũ clericale incidit de foro meriti ad forũ ſanguinis: ſic qui declinat forũ eccleſiæ incidẽs in mortale, ad forum iuſtitiæ exterminãtis inuenit pęnã æternã, hoc quod dicit Petrus, videtur intelligendum de eo qui pęnitentiã iniunctam non habentem affectum derelictum factam in mortali cito ab eo, vel de quo dubitabat contẽnit iterare, vel ét credit, vel dubitat ſe debere iterare ex negligentia dimittit & ex labore recuſans hic & in purgatorio faciet emendam Deo. Sed ſi quis dimittit iterationem talis pœnitẽtiæ ex impoſsibilitate, quia ei deficit tẽpus: vel credit ſe eã feciſſe in ſtatu gratiæ, vel ſi fuerit in mortali incognito tamen ab eo, vel etiam ſi ſcit ſe eam feciſſe in mortali, iterari facit per aliũ quẽ credit bonũ, vel etiam ſi nec per ſe nec per alium iterat, credit ſibi ſufficere ad ſalutem quod impleuit ſibi iniunctã, intẽdens quod hic minus fecit ſatisfacere in purgatorio, & ſic Deo facere emendatum per huiuſmodi omiſſionem, talium non damnatur. Vnde & ipſe Petr.

dicit,

dicit,di.xlv.q.ij.ar.ij.concluſione iij.quòd qui facit pœnitentiam iniunctam in mortali pro ſe, pro tanto non tenetur iterare: quia poteſt in purgatorio ſatisfacere.:Et ſi dicatur quòd videtur inconueniens q tantũ quis puniatur pro peccato dimiſſo,ſicut pro nõ dimiſſo,quia pœna æterna: & ſic nõ videtur in aliquo profuiſſe cõtritio, & confeſſio. Reſpõdet Pet.quòd licet tantum puniatur extenſiuè,non tamẽ intenſiuè:ſicut pro vno peccato ita diu punitur quàm pro mille:ſed non tã acerbè.Si etiam partẽ pœnitẽtiæ fecit,ſcilicet in ſtatu gratiæ & vnus dies remanſit, pro illa die æternam luet pęnam ſi non pęnitet, tamen non tam acerbè,ac ſi nunquàm contritus, nec confeſſus eſſet:nec in aliquo ſatisfeciſſet,aliàs peccatum rediret.hæc Pe.di.xv.q.j.

Remedium tutius,ſiue conſilium dandum pœnitenti qualiter perficere debeat pœnitentiam ſibi iniunctam,& quæ pœnitentia debeat ſibi dari ſecurior.

Cap. xxv.

Nota tamẽ q dum quis fecit pęnitentiã ſibi iniunctã.ſi labatur in mortale, quanuis

quanuis bonum ſit quàm citius confiteri, tamen cùm per ſolam contritionem peccatum dimittatur & gratia reſtituatur, quàm citò ipſe conteritur etiam antequàm confiteatur proſequendo dictã pœnitentiam, ēt ſi ſit talis pœnitentia quæ non relinquat effectum poſt ſe, in foro Dei realiter ſatisfacit: quia in ſtatu gratiæ eſt: quia in nullo tenetur iterare. Ad tollendum autem omne dubium tutius videtur ꝙ cõfeſſor & ſi dat pœnitentias, vt ieiuniorum, elemoſynarũ, peregrinationũ, & huiuſmodi prout requirunt peccata, nõ tamẽ iniungat diuturnas pœnitentias orationum, & præcipuè his de quibus poteſt dubitari de recidiuo.

De celatione confeſſionis: & de pœnitentia ſacerdotis, confeſſionem reuelantis. §. viij.

CAP. XXVI.

NOta Tho. in iiij. di. xxj. q. iiij. ar. j. quod audiens cõfeſſionem tenetur celare audita, & ipſa quia in ſacramentis id quod gerit exterius, eſt ſignum eius quod gerit interius: vnde ſicut Deus homini cõfitenti tegit peccatũ interius: ita & ſacerdos debet celare exterius, vnde tãq̃ uiolator eſt ſacramenti,

mẽtĩ,reuelator confeſſionis. Eſt & alia ratio, quia ſcilicet, per hoc homines magis trahuntur ad cõfeſſioné, & ſimplicius cõfitentur, vnde & ſi ex hoc aliquod periculũ futurũ immineret,& hoc ſolũ ſciret per cõfeſsioné,vt de hæretico qui corrumpit fideles, vel de matrimonio illicito qđ aliquis voluit cõtrahere: vł de proditione ciuitatis fienda non propter hoc debet reuelari confeſsio ad impediendũ malum, ut quidã dixerunt,ſed falſum eſt. Debet autem monere eos, qui confitentur vt obuient vel deſiſtant: & prælato dicere, quod vigilet ſuper gregem ſuum,& huiuſmodi ſine vlla reuelatione,hæc Tho.in iiij.diſ.xxij. q.vbi ſuprà. Quod ſi iudex ĩquireret ab aliquo an ſciat aliquid de illa materia per confeſsionem, vel per alium modũ.Dicit Gul.quòd ſi non poteſt alio modo declinare iniquum iudicem,põt reſpondere,nihil inde ſcio.Quod ſubintelligitur vt homo: vel etiã nihil ſcio per confeſsioné:quia ſubintelligitur tibi reuelãdũ.ſic exponitur illud Mar. xiij.c.De die illo & hora, nemo ſcit,nec filius hominis:& ſubintelligit, reuelãdũ vobis. Põt &

hoc iurare homo cùm non auditur in teſtimonium niſi vt homo. Et ideo abſq; læſione conſcientiæ poteſt iurare ſe neſcire id quod ſcit tãtum vt Deus. Sed neque etiam ſecundum Pet. de pal. in iiij. di. xxj. Per licẽtiam vel preceptũ cuiuſcunq; ſuperioris factum ẽt Papæ ſub pœna excõicationis, nõ licet reuelare confeſsionem, quia ſigillum confeſſionis eſt de iure diuino, & de neceſſitate ſacramenti. Papa aũt licet aliqñ diſpẽſet in præceptis diuiuis, vt in votis quorum redditio eſt de iure diuino, non tamẽ poteſt diſpenſare in ſacramẽtis, ſcilicet vt quis non baptizetur, vel confirmet̃, vel non confiteat̃, & q dictum eſt celationẽ confeſſionis ſic eſſe de neceſsitate ſacramenti, nõ ſic intelligitur qui verũ ſacramentum. Etiã ſi ipſa cõfeſsio celaretur, quia vtique eſſet ſacramentum etiam ſi Sacerdos reuelaret, quia nec ſic eſt de neceſsitate, quod Deus tegat, quòd ſi non ſatisfaciat Deus non tegit, ſed reuelat ad pœnam, aut ſi accedat fictus Deus non tegit, & nihilominus Sacerdos tenetur celare. Sed dr̃ celatio cõfeſsionis, de neceſsitate ſacramẽti, qa natura

tura ſacramenti neceſsitat eũ ad celãdum.

Natura dico, quantum ad id quod eſt ſacramentum, quod fit in occulto ſolius cum ſolo, & quantũ ad id quod eſt ſacramentũ & res. ſ. pęnitentia interior. quæ ẽt eſt occulta: & quantũ ad rem tantum, quæ eſt remiſsio peccatorũ, ꝑ quæ tecta sũt peccata.

Nota ſecundum Petrum de Pal. in iiij. diſti. xxxj. q. iij. quia quod dicit Tho. quod occultatio cõfeſsionis eſt de eſſentia ſacramenti. nõ ſic eſt intelligendũ, quod ſit eius materia vel forma eius, ſed quod eſt de natura eius obligatio ad occultationẽ: ſicut ſi diceremus de eſſentia matrimonij eſt, reddere debitum, & leuis, eſt ferri ſurſum, vel de eſſentia obligatio ad ipſum.

Eſt autem peccatũ mortale reuelare cõfeſsionẽ, quia eſt contra ius diuinũ & poſitiuũ. Vnde & grauiter punitur ab eccleſia.

Pœnitentia confeſſoris, confeſsionem reuelantis.

Cap. XXVII.

Sacerdos reuelans confeſsionem de iure antiquo, debet deponi in toto tempore vitæ ſuæ ignominioſus, peregrinari. de pęniten. diſti. vj. cap. ſacerdos. Sed ſecundum

capitulum oĩs.de pœ.& rem.debet deponi. & ad agendam perpetuam pœnitentiã in monaſterio arcto detrudi. Sed ſecundum Hoſti.faciet pœnitentiã certo tẽpore,& ex inde aliam.Sed hæc pœnitentia imponenda eſt,quãdo in iudicio cõuincitur de hoc, vel fatetur de iure. Nam aliàs in foro pœnitẽtiæ videtur eſſe arbitraria,ſicut pro alijs peccatis.Quãuis aũt poſsit confeſſor de licentia pœnitentis manifeſtare eius peccatũ alteri,ſecundum Thomam,& Pet.nõ tamen debet vti licentia tali, niſi ad euitandũ aliquod malũ .Tenetur tamẽ ille cui aliquid reuelatĩ de licentia pœnitentis, illud celare,niſi fortè peccator velit,quòd ille abſolutè & liberè ſciat. Licentia tamen quã dat pœnitens cõfeſſori de reuelatione peccati,quantuncunq; generalis, non intelligitur,niſi ad bonũ cõfitentis. ſm Pet.de Pal. Sed nota ſecundũ eundẽ, ꝙ ſi iudex diceret alicui capto pro maleficio : do licẽtiam confeſſori : ꝙ dicat: ſi tu es cõfeſſus de hoc, vel de illo,non tenetur dare:nec ex hoc cõtra eũ debet haberi ſuſcipio de delicto : qa fortè hoc facit propter vitãdum ſcandalũ:

ſed & ſi daret licentiā, ſic licentiatus nō debet dicere peccatū illud, ſi eſſet cōmiſſum. Itē, ſi præciperet prælatus alicui confeſſori q̄ ſi diceret, & ſibi peccatū alicuius, qđ eſt oino occultum ēt ſi confeſſus dediſſet licētiam illi q̄ diceret, non tenetur dicere, neq; obedire vt reuelet illud. Quia prælatus nō eſt iudex occultorum. Imò ēt ſi confeſſus eſſet diffamatus de illo peccato, & per infamiam perueniret illud ad cognitionē iudicis: quanuis ipſe confeſſus interrogatus à iudice, ſiue prælato tenetur ſe manifeſtare: tñ confeſſor eius etiā habita licentia ab eo dicendi, non tenetur dicere iudici ſibi præcipienti, vt dicat etiā ſi ſcit: nec debet dicere. Quia fori non ſunt cōmiſcendi. ſ. pœnitentialis, & contentioſus. Sed ſi confeſſor ſcit peccatum alicuius, nō ſolū per confeſſionē, ſed ēt per alium modū, putà quia vidit vel audiuit per talē & talē modum poteſt dicere, q̄ illud vidit vel audiuit, dūmodo non dicat ſe ſcire illud per confeſsionē. Nec refert vtrum prius per confeſsionē audiuerit, & poſtea per aliū modum ſciuerit, & ecōuersò. In quo caſu. ſ. ſi prius ſciuit pec-

catũ à me in confeſsione nõ oportet, quòd proteſtetur ſe non recipere illud in confeſſione, quia ſine proteſtatione poteſt dicere quantum ſit extra confeſsionem, nec tamẽ debet hoc dicere ſine magna cauſa, & rõnabili. Item ſecundum eundem Petr. cum confeſsio non auferat cõfeſsioni ſuum, nec conferat, & eius nouum in alio foro quicquid videtur confeſſori faciendũ vel committendum pro bono ipſius confitẽtis, vel pro bono communi: poteſt facere vel omittere: dummodo pp hoc non reueletur confeſsio ad quod ſolũ obligatur: licet aliàs illud non eſſet facturus. Vnde ſi per confeſsionem prioris vel alterius ſcit Abbas, quod non expedit priori tenere monaſterium, & ſit talis, qui aliàs ad libitũ poteſt admoneri, expectet quouſque ſine nota reuelationis poſsit eum admonere, & tũc ſtatim admoneat. cùm enim ex audientia confeſsionis non obligetur ad aliquid niſi ad celãdum, & ſi obligaret̃ ad aliquid, hoc eſſe ad medẽdum animæ pęnitẽtis, ſicut medicus, abſque tamen reuelatione cõfeſsionis ex quo aliquem in cura ſuſcipit, tenetur ſibi dare remedium

medium

mediũ contra recidiuum,& ſic in propoſito,quam citò poteſt admonere,admoneat, etiam ſine hoc admonere poterat. Si autẽ talis erat,qui nõ ſine iuſta cauſa admoneri poterat, cum audientia confeſsionis nullũ ius præbeat in alio foro in quo non cõſtet ſibi vt iudici, admoneri non poteſt. Idem Thomas. Idem quia prælatus licentiam in trandi ciuitatem ſiue villam ſubdito dare poteſt ad libitum vel negare,licet aliàs nõ eſſet negaturus propter periculum, quod ex ſola confeſsione nouit, negare poteſt: dumtamen ex hoc ſuſpicio non oriatur.In occulto tamen ſemper monere poteſt illum qui confeſſus eſt, quia hoc non eſt reuelare confeſsionem.Similiter curatus ꝑ confeſsionem poteſt negare communionẽ quando eã dare aliàs tenetur, vt in paſcha te,aliàs ſic dicens. Tibi non teneor tunc dare non obijciens de crimine confeſſo, non propter hoc dicitur reuelare confeſsionẽ. Sed alicui conquerẽti contra ſuum parochialem ſacerdotẽ, quia non vult ſibi dare Euchariſtiam,ſi ipſe.Sacerdos coram alijs diceret quòd, hoc facit,quia habet peccatũ

à quo non poteſt abſolui,& ipſe nõ vult ire ad Epiſcopum,hoc eſſet reuelare cõfeſsionem quanuis ipſe non intẽderet hoc, quia grauitatẽ peccati expreſſit. hæc Petrus diſti.xxj.q.iij.art.ij.Et idem eſt cum dicit ſe audiuiſſe quendam nominando eũ, & non abſoluiſſe.Similiter de Epiſcopo, q̃ per cõfeſſionẽ nouit correptionem monialis,quę petit benedictionem , quia aut eſt caſus in quo tenetur,& tunc negare nõ debet:quaſi per confeſſionẽ eiuſdem,ſi conſtat non tamen ſibi cõſtat vt iudici in illo foro in quo ſicut ab ordinario monaſterij petit monia libus benedictionẽ, & quælibet pro ſeipſa. Si autem hoc ſcit per cõfeſſionem eius qui vidit,vel qui eum corrupit,non ſufficienter conſtat etiam ſi extra confeſſionem dicat, vnde negare non debet. Si autem aliter facit, non tenetur benedictionem impartiri, & poteſt ſine reuelatione cõfeſſionis negare ita confitẽti,ſicut non confitẽti.Et quod dictũ eſt de benedictione monialium ſcilicet, Virginũ,idẽ eſt de benedictione Abbatiſſarum . Vbi virgines cõiter benedicunt, ſecundũ quoſdã qui dicunt quòd licet ali-

qua

qua poſſit eſſet Abbatiſſa vidua ſicut Pau
la mater Euſtochij, tamẽ abſurdum eis vr̃
quòd monialibus benedictis poſſit Abba-
tiſſa præeſſe carens illa benedictione, ſicut
etiam ſm̃ iura, profeſſis non debet nouitia
præferri in Abbatiſſam, imò nec profeſſa
tacite nec expreſſe. de elec. c. indemnitati-
bus. in princi. lib. vj. quia tamen quod non
eſt ꝓhibitum, conceſſum eſt, ideo videtur,
quòd benedictio Abbatiſſarũ quarũcunq;,
nõ requirat virginitatẽ magis quam Ab-
batem cũ nõ ſit iure cautũ, ſicut de benedi
ctione virginum. Pet. de Pal. di. xxj. Simili
ter, quia homo habet liberã electionem ꝑ
ſolã confeſſionem, licet per ſolam confeſ-
ſionem ſciat aliquẽ indignum ad prælatio
nem, ad quam eligitur, quem aliàs putabat
dignum, non debet eligere ex conſcientia
ſibi ſic diſtante, quia eligendo ſcienter di-
gnum vel indignum, negotium gerit inter
ipſum & Deum. Vnde poteſt etiam ex his
quæ ſcit vt Deus iudicare ita & in propoſi
to: ſed bene putarem, quòd putaretur pœ-
nas iuris, putà quòd eſſet priuatus iure eli-
gendi, & à fructibus per triennium ſuſpen-
ſus,

ſus,qui eligeret illum quē ſcit vt Deus indi gnum,ſed neſcit vt homo , quia de his quæ ſcit hemo vt Deus, ſolum Deum habet vltorem nō hominē,& huiuſmodi.Pet.Quāuis autem mediando confeſsionem nō ſit tibi ſacramētum , tenetur tamen Sacerdus celare,quia pars eſt ſacramenti.Pet.

Qui teneantur ad ſigillum confeſsionis. §.ix.

CAP. XXVIII.

DIcit Petrus de Palude diſtin.xxx.q.vbi ſupra,quòd ad celādum confeſsionē, tenetur is ad quē cōfeſsio peruenit licitè vel illicitè , mediatè vel immediatè. Vnde & nō ſacerdos,q in caſu neceſsitatis audit de mortalibus & venialibus.Itē interpres quē pro ſe pœnitens adhibet. Itē qui caſum audit. Itē cui de licentia confitentis reuelat. Itē qui ſe confeſſorē fingit.Itē qui latenter abſconditus , confeſsiones audit , quod eſt ſacrilegiū: & iniuriā facit ſacramētō. Item confeſſor anteq̄ abſoluat & etiam qn̄ non abſoluit,tenetur celare.Itē nota,quod cum quis recipit aliquid ſub ſigillo cōfeſsionis quāuis ei nō fuerit cōfeſſus dicens illud; tn̄ debet ita ſacretum tenere , ac ſi haberet in

confeſsione:

confeſsione: non quidem ratione ſacramẽti, quod ibi non eſt, ſed ratione promiſsis, ſi promiſit illud ſic celare. Hæc ſm Tho. diſt. xxj.q.iij.art.j.& ſm Pet.de Palu. Dicunt tamen Tho. & Petrus, quod homo non debet, aliud de facili recipere in confeſſione. Addit quoq; Petr.de Palu. quòd qui tradit vel accipit in cõfeſſione aliquid quod non eſt confeſſio, videtur facere irreuerentiã ſacramẽto: cùm nihil ſit æquè celandum, eo quod ſcitur in confeſſione. Similiter cùm quis accipit ab aliquo cõſiliũ recõmendãs vt illud teneat ſecretũ, tenetur ad celandũ, & frangens quodlibet iſtorũ ſigillorum ſecreti. ſiue confeſſionis, peccat mortaliter.

Ea tamen quæ quis recipit ſub ſigillo cõfeſſionis, & non in confeſſione, non plus obligãt, quam ſi quis iurat tenere ſecretũ aliquod. Vnde cùm aliquis quãdo iurat celare aliquod malum, q manifeſtando cum alijs poſſit impediri, illud malum aufertur, vt proditio aliqua, & huiuſmodi tenetur manifeſtare non obſtante iuramento xxij. q.iiij.c.inter cætera. ita & quod accipit ſub ſigillo confeſsionis, & non confeſsionis.

Ad

Ad quæ ſe extendat ſigillum confeßionis.
CAPVT XXIX.

DIcit Tho.in iiij.diſti.xxj.q.iij.quòd directo non niſi ad illa, quæ credunt ſub ſacramentali confeſſione.Indirecte autem non ſolum ſe extendit ad ea quæ audiuit ſub confeſſione, vt peccata. ſed ad omnia alia per quæ poſſit paccator vel peccatum deprehēdi: vt ſi diceret, quòd non abſoluit eum,vel talem cuius impedimētum cognouit per confeſsionem ſolum, non eſt talis vxor, nihilominus alia etiam quæ in cōfeſſione dicuntur non pertinentia ad confeſſionem, ſummopere ſunt celāda, tum propter ſcandalum,tum propter pronitatem q̄ ex conſuetudine ſequitur ad dicendum audita in confeſsione. Tho.pet.de Pa.melius perſequitur iſtam materiam dicens, quòd directè principaliter peccata cōfeſſa & circunſtantiæ inquantū huiuſmodi & perſona tertia, cum qua quis confitetur ſe peccaſſe cadunt ſub ſigillo confeſsionis, licet quidam hoc negent, de perſona cum qua quis confitetur ſe peccaſſe, quod tamen ipſe reprobat: & quando per locutionem de

peccatis

peccatis confeſsis poteſt deueniri per ſe vł per accidens, directè vel indirectè, vel per quencunq; alium modum in aliquam cognitionem, vel dubitationem, vel opinationem, vel ſuſpenſionem de confeſsione: vel inquantum poteſt ei euenire detrimentum in anima, ſiue in corpore, ſiue in fama, poſſeſsionibus vel amicis, vel pōt propter hoc ſcandalum in populo generari vł confeſsio magis odioſa, vel minus dilecta, vel magis oneroſa, vel minus pretioſa reputari, debet confeſſor de huiuſmodi locutionibus abſtinere: & quia raro vel nunquam poteſt contingere, quin ex reuelatione peccatorum in confeſsione factorum, & non per aliam viam poſsit ſequi aliquod de prędictis inconuenientibus, quanuis forte nullum cōtingat, debet multum cauere, quod non dicat peccata audita in confeſsione, quantuncunque generalitet loquatur vel quoquomodo dicat hæc Petr. diſtin. xxj. q. iij. & magiſter Vbertus dicit quod cauendum eſt ne vnquam dicat quis in ſermone vel alia locutione: Ego audiui hunc caſum in confeſsione: nec vnquam etiam debet

dicere,

dicere,quod in illa Abbatia, vel caſtro vel villa vel ciuitate in quibus audiui cōfeſsiones, ſiunt multa peccata, & huiuſmòdi: quia propter hoc credunt ſimplices, quod hoc ſit reuelare confeſsionem quanuis nō reueletur per talia verba,ſecundum Petrū. Niſi ex huiuſmodi locutiōne poſſet peccatum alicuius deprehendi dicendo autē iſte eſt mihi confeſſus ſua peccata,non eſt reuelare,quia nihil ponit in palam, quia ſi dixerimus,quòd peccatum non habemus, &c. ſed dicendo ſibi fuiſſe cōfeſsū de magnis,& magnis,& multis peccatis,hoc eſt reuelare confeſſionem ſecundum Pet. Bona autem alicuius opera, quæ quis ſcit ex confeſsione:putà quia eſt virgo, vel nunquam peccauit mortaliter.huiuſmodi licet dicere, niſi quia ex hoc quod vnus laudatur de huiuſmodi,quaſi alterius peccatum reueletur, cùm non laudatur de eodem:quia quod de vno dicitur,de alio negatur.diſt.xv.ca. qualis vnde ſi de duobus cōfitentibus dicit cōfeſſor,quod eſt virgo: eſſet ſtatim ſuſpicio contra alium.ſi idem nō diceret.Pet.de Palu.Vnde & magiſter Vbertus dicit ſimpliciter

ter abſtinendum ab huiuſmodi locutionibus, addens etiam quòd confeſſor debet cauere ne vnquam per aliquod genus peccati oſtēdat confitenti minore familiaritatem, vel ſignum minoris dilectionis. Alia quæ dicunt in cōfeſsione, nec peccata nec valentia ducere in manifeſtationem confitentis, puta quòd in tali terra ſunt bona vina, non cadunt ſub ſigillo confeſsionis.

Quid faciendum quando confeſſor indiget conſilio ſuper vno caſu.

Cap. xxx.

NOta etiam, quod quādo confeſſor indiget conſilio alterius. niſi habeat licentiam a cōfitente de perſona manifeſtanda debet loqui iterum obſcurè, & cautè, & à remotis, vt nullo modo cōſulens vnquam poſsit imaginari de perſona. Vnde debet cōſiderare perſonam, & tempus idoneum. nam ſi quis audierit vnū clericum aduenientem, ſi cōfeſſor vadat ſubito ad interrogandum de aliqua ſimonia, & huiuſmodi, nōne ſatis probabiliter & quaſi violēter habebit ille ſuſpicari de illo clerico, & ideo in huiuſmodi magna cautela eſt adhibenda,

quod

quod ſi confeſſor neſciret, vel non poſſet caſum exprimere ſuper quo indiget conſilio, quin ille conſultor intelligeret perſonam, & in illa non vult ſciri, debet ire ad illum pro conſilio, quòd ſi alium ſufficientem habere non poteſt, non ſe intromittat. Vnde Pet. de Palu. diſtin. xxj. q. iij. dicit. Si non poſſet confiteri peccatum proprium, niſi dicendo aliquod peccatum per quòd manifeſtetur confeſſio alterius, non debet illud confiteri, etiam ſi eſſet mortale: quia ſufficit tunc contritio cum propoſito confitendi, quando ipſe habebit copiam talis ſacerdotis, cui illud peccatum ſuum confitendo, non manifeſtatur alterius cõfeſsio. Ratio eſt, quia fortior eſt obligatio ad celandum, quàm ad confitendum. Si quis autem reuelat in confeſſione debita ſua, & credita ſua, eam huiuſmodi vtrum, & quando, & an Sacerdos poſſit aliàs reuelare: vide de hac materia plenè in iij. par. ſummæ.

Explicit tractatus de Confeſſore.

Incipiunt

Incipiunt. XXXVI. *excommunicationes reſeruatæ ſedi Apoſtolicæ, tam à iure, quam per proceſſum ſiue extrauagantes, breuiter recollectæ. Deinde excommunicationes reſeruatæ Epiſcopis vniuſcuiuſque diœceſis.*

Cap. XXXI.

DE inijcientibus manus violentas vel temerarias in clericum, vel religioſum, vel monialé, vel alteram religioſam perſonam, Papalis eſt abſolutio, ſi iniuria eſt enormis. huius tamen declarationem, vide in tertia parte, in titu. xiiij. de excommunicationibus. & xxvij. q. iiij. c. ſi quis ſuadente diabolo, in decretis.

De incendiarijs eccleſiarum, vel aliorũ locorum ſacrorum vel religioſorũ, vel cœmeteriorum, eſt Papalis excommunicatio, poſtquàm ſunt denuntiati, ſed per Epiſcopum poſſunt abſolui ante denuntiationé. de hac vide in c. conqueſtus. & in c. tua nos extrà de ſenten. excommunica.

De effractoribus prædictorum locorum ſacrorũ, qui etiam poſtquàm fuerint denuntiati, eſt abſolutio Papalis: ſed ante denuntiationem, Epiſcopalis abſolutio. extrà de ſenten. excommu. ca. conqueſtus.

De incendiarijs aliorũ locorum non ſacrorũ, de cõſulentibus aut fautoribus, qui tales non ſunt excõmunicati à iure cõmuni, ſed ſunt excommunicandi. Si tamen fuerint excõmunicati aliquo iure particulari: putà excommunicatione ſynodali, vel conſtitutiones, vel ab homine fuerint denuntiati. éſt Papalis abſolutio. Vide de hoc in capit. tua. de ſent. excom.

De falſantibus literas Papales, vel talibus ſcienter vtentibus. extrà de crimine falſi. cap. dura.

De apponentibus manũ ad corrigendũ etiã minimã literam vel punctũ minimum in his literis, exceptis his quibus eſt cõmiſſum, eſt Papalis abſolutio. ſecundum Hoſt. per hæreticis ſententiam curiæ latam.

De fingentibus nouam hæreſim, vel iam damnatam ſequentibus. xxiiij. q. j. ca. j. & ij. extra de here. ca. ad abſoluendũ. & nunc eſt

caſus

caſus Papalis per extrauagantem Martini quinti, vt patet in proceſſu iſtius annuali, vide de hæret. in ij. parte ſum. tit xij.

De ſchiſmaticis, & præcipue de ſequẽtibus chiſma Petri de Luna, & ſucceſſorum eius & fautorum ipſius chiſmatis, eſt Papalis abſolutio per proceſſum curiæ.

De credentibus, receptatoribus, defenſoribus. & fautoribus hæreticorum, eſt Papalis abſolutio, & quomodo intelligãtur iſta nomina, vide in. iij. parte ſum. tit. xxiiij. de excommunicationibus.

De committẽtibus ſimoniam, ſiue pro ordinibus, ſiue pro beneficiis vel prælaturis eccleſiaſticis, vel pro ingreſſu in religionẽ, vel pro aliis ſpiritualibus, eſt abſolutio Papalis per extrauagantẽ Martini quinti. vide de hac in. ij. parre ſum. tit. de ſimonia.

De facientibus pactũ vel promiſsionem recipientibus ex pacto, vel promiſsione occulta vel manifeſta aliquid etiam paruũ pro aliqua iuſtitia vel gratia, ꝑ alio vel pro ſe in cauſis iudicialibus ſeu pro literis obtinendis ab apoſtolica ſede. eſt Papalis abſolutio per extrauagantem Bonifacij. viij.

De ſciēter vtentibus talibus gratijs, vel literis ſic obtētis eſt abſolutio Papalis per extrauagantem Bonifacij.

De Piratis, & quibuſcunq; alijs in mari deprædantibus, eſt Papalis abſolutio, per proceſſum curiæ.

De impedientibus, deprędātibus vel inuadentibus adducētes victualia, ſeu alia ad vſum Romanæ curiæ neceſſaria, vel ne talia deferantur, aut adducātur ad curiam, & de defendentibus talia facientes, eſt abſolutio Papalis, per proceſſum curiæ.

De capientibus, detinentibus, deprædātibus Romīpetas, & peregrinos ad vrbem Romam accedētes, tam cauſa deuotionis quā peregrinationis, & ſimiliter in ea morantes, & recedentes ab ipſa; eſt Papalis abſolutio, per proceſſum annualem, qui fit in curia. Et ſimiliter de dantibus conſilium & fauorem ad talia ſupradicta faciendum, eſt Papalis abſolutio per proceſſum.

De portātibus arma.equos, & alia neceſſaria ad impugnandū Chriſtianos, vel trāſmittentibus, ſeu galeas & naues vendentibus vel in Piraticis Sarracenorū gubernationem

tionem exercentibus,vel dantibus auxiliũ, conſilium & fauorem in diſpendium terræ ſanctæ,extra de Iudæis. capit.ad liberandã & eſt caſus papalis per extrauagantem Clementis,per proceſſum curiæ.

De portantibus etiam victualia vel alia quæcunq; mercimonia in Aleãdriam: vel in alia loca Sarracenorum, terræ Aegypti, vel mittentibus ipſa: vel de ſuis portubus vt eis deferant' extrahentibus, vel extrahi permittentibus,aut dantibus auxiliũ & fauoré, eſt caſus Papalis per ꝓceſſum curiæ. Nota tamen quod Veneti in hoc habent licentiam in.iiij. parte ti.xxiiij.capitul.xxx.

De portantibus prædicta, vel aliquo modo prædictorũ ad hoc operantibus ad omnes terras Soldano ſubiectas, eſt Papalis abſolutio, per extrauagantem clemen.

De euntibus ad terram ſanctam, etiam cauſa deuotionis ſeu voti, ſine licẽtia ſedis Apoſtolicæ, eſt Papalis abſolutio prout reperitur in libro pœnitentiæ ſummi penitẽtiarij,qui & ipſe hoc poteſt.

De inſecutoribus cardinaliũ hoſtiliter, eſt excommunicatio Papalis: per c. Feli-

cis.de pœn.lib.vj.

De bãnientibus Epiſcopos, et capientibus, & inſecutoribus, vel hoc fieri mandantibus, aut facta ab aliis rata habentibus, vel in his dantibus conſilium.fauorem, vel ſcienter tales defendentibus, eſt Papalis abſolutio:per c.ſi quis.de pœnis.in clemẽ.

De exenterantibus, vel fruſta concidentibus ſeu decoquere, vel incidere, aut oſſa de carnibus euellere præſumentibus cuiuſcunq; defuncti, vt eius oſſa ad partes alias deferantur, eſt Papalis abſolutio per extrauagantem diui Bonifacij.

De occupãtibus.vel detinentibus,vel hoſtiliter diſcurrentibus per ſe vel per alium, directè vel indirectè ſub quocũq; titulo vel colore,ciuitates,terras,loca vel iura ad Romanam eccleſiam pertinentia, & adhærentibus fautoribus ac defenſoribus eorum, eſt abſolutio Papalis per proceſſum curiæ.

De his qui occaſione ſententiæ excomunicationis,;ſuſpenſionis, vel interdicti latæ dant licentiã eos grauãdi qui eã tulerũt vel ſuos, in perſonis,rebus vel bonis illorũ quorũ occaſione latæ ſunt:uel qui eos obſeruãt,

ſeruāt,vel qui taliter excōicatis cōmunica re volūt niſi licētiā ipſam integrè reuocēt.

Similiter qui dicta licentia vſi fuerint, vel etiā ſine licētia hoc fecerint ſuo motu, excommunicationē incurrūt:in qua ſi permāſerint ꝑ duos mēſes, eſt Papalis abſolutio. Vide de hoc in capit.de dominis, in ij. parte ſum.& in.iij.parte ti.xxiij.cap.xxiiij.

De his qui cogunt aliquem celebrare in loco interdicto, vel ad audiendum diuina conuocant excōicatos vel interdictos, vel prohibent eis ne moniti exeant, & de his qui moniti nō exeunt.cle.grauis. de ſententia excōicationis. De his,qui imponunt in terris ſui noua pedagia vel augēt antiqua, eſt excōicatio Papalis ꝑ proceſſum curiæ.

De laicis recipiētibus in Romana curia literas, & domini Papæ de manu alicuius, niſi de manu domini Papæ vel bullatorum vel nūtij recipientis de manu prædictorū.

Excommunicationes papales concernentes religioſos,religioſasq;.

CAP. XXXII.

DE clericis & religioſis inducentibus ad vouendū iurandum vel promittendum

de eligendo apud eos ſepulturam vel vt eã vlterius, nõ mutét iã electã, excõmunicatio eſt Papalis per clemen.cupiẽtes.de pœ.

De religioſis qui abſque ſpeciali licẽtia proprij ſacerdotis ſolennizarent matrimonia, aut miniſtrarent ſacramentum euchariſtiæ: vel extremæ vnctionis .cle. j. de priuile.eſt excommunicatio Papalis.

De religioſis, qui excõmunicatos à canone abſoluunt à caſibus nõ conceſſis, aut qui abſoluunt à ſentẽtijs per ſtatuta ſynodalia vel prouincialia, promulgata aut abſoluunt à pœna & à culpa, eſt excommunicatio Papalis per cle.j.de priuil.religio.

De inquiſitoribus hæreticorũ, qui odio gratia, vel lucro, & amore contra iuſtitiam & conſcientiam omiſerint contra quempiam procedere, vel ipſam hęreſim alicui imponerent, quòd impederint officium ſuum, eſt excommunicatio Papalis, per clemen.multornm.de hære.

De mendicãtibus profeſsis, qui tranſeũt ad aliquam religionem monachalem excepto ordine Carthuſienſiũ, & recipientibus tales ſcienter, eſt excõicatio Papalis, per

conſti-

conſtitutionem Martini facta Conſtãtiæ.

De clericis ſcienter,& ſponte communi cantibus cũ excõmunicatis à Papa in diui nis,eſt excommunicatio Papalis, ſecundũ Hoſtien.Ita excommunicatio tamẽ habet dubiũ,extra de ſenten.excõ.ca. ſignificaſti,

De participantibus in crimine, propter quod aliquis eſt excommunicatus aliqua prædictarum excommunicationũ, eſt excommunicatio Papalis per c.ſi concubinę. extra de ſenten.excommu.

De his qui abſoluuntur ab aliqua prædictarum excommunicationem circa ſedem Apoſtolicam præterquàm in articulo mortis, qui taliter abſoluti ſi non ſe repræſentant q̃ citius poſſunt,& à quo poſſunt abſolui,vel mittãt ꝓ abſolutione,reincidũt in eã dẽ ideſt Papalẽ excommunicationem per ca.eos.de ſenten.excommunica lib.vj.

Excõmunicationes epiſcopis ex iure reſeruatæ.

CAP. XXXII.

DE verberatibus clericos religioſos, vel moniales, ſeu talibus manus violentas inijciẽtibus,ſeu temerarias, eſt epiſcopalis excõmunicatio ſi fiat leuis iniuria talibus

per

per cap. peruenit. extrà de ſen.excõicatio.

De his qui initũtur ordinationibus, ſeu alienationibus à ſciſmaticis factis,eſt Epiſcopalis per c.j.extrà de ſchima.

De his qui vſurpant de nouo vacantiũ eccleſiarũ,monaſteriorũ, vel aliorũ priorũ locorum cuſtodiã ſeu guardiam, titulum aduocationis ſeu defenſionis, quæ propriè ſunt nomina patronatus, vel ipſorum locorum vacantium bona occupant, vel regalia, id eſt collectã quæ fit ratione regis vel imperatorũ ſeu tributum regi debitum, vt ca. generale. de elec. lib.vj. De clericis vel monachis ipſorum locorum vacantiũ, qui hoc fieri procurant, hæc excommunicatio cũ priori habetur, & excommunicatio eſt Epiſcopalis. per c.genera.de elec.in vj.

De his qui ab eccleſijs,vel perſonis eccleſiaſticis per ſe vel per aliũ ſuo nomine vel alieno, pro perſonis vel rebus quas nõ cauſa negotiationis deferunt, vel deferri faciunt,ſeu trãſmittunt: exigunt aliquod pedagium vel guidagium, & eſt excommunicatio Epiſcopalis per.c.quãquam.de cenſi. li. vj. De his qui fecerint ſtatuta contra libertatem

bertatẽ Eccleſiæ, & qui ſcripſerint ea: quæ ſunt poteſtates, conſules, rectores, & conſiliarij locorũ vbi dicta ſtatuta, ſeu etiam cõſuetudines editæ ſunt vel ſeruatæ: & qui ſeruare ea fecerint, & ſecundum ea iudicauerint, vel qui in publicam formam redegerint, iudicata eſt excommunicatio epiſcopalis, per.c.nouerint.extra de ſen. excõ.

De rectoribus ciuitatum facientibus excommunicationes indebitas clericis: religioſis vel eccleſijs eorum, ſi poſtquàm fuerint moniti non deſiſtant, eſt epiſcopalis excommunicatio.per.c. non minus. extra de immu.eccleſiæ &.ca. aduerſus conſules.

De his qui abſolutionem ab aliqua excommunicatione vel reuocatione eius ſuſpẽſionis, vel interdicti extorquẽt per vim vel per metum, neque valet abſolutio, ſed incurrunt nouam excommunicationem; eſt Epiſcopalis excommunicatio. per.ca.j. de his quæ vi metùſve cauſa fiunt. libr. vj. De his qui per aſſaſinos, id eſt quoſdam infideles, qui ex falſis ſuis opinionibus de facili mittebantur ad occidẽdum chriſtianos, & q interfici fecerint, vel mãdauerint

aliquem

aliquem chriſtianum,ět ſi mors non fuerit ſubſecuta;& de receptatoribus & defenſoribus & occultatoribus eorũ:eſt excõicatio Epiſcopalis.ꝑ c. ꝓ humani de homi.lib.vj.

De poteſtatibus,capitaneis, rectoribus, cõſulibus,iudicibus,cõſiliarijs, & alijs officialibus, qui ſtatuta faciũt,ſcribunt vel dictant,per quæ quis cõpellatur ſoluere vſuras,vel ſolutas nõ repetere, eſt Epiſcopalis excommunicatio.cle. ex. graui.de vſuris.

De his qui occaſione ſententiæ excõicationis,vel interdicti latæ, dãt licentiã grauãdi illos qui tulerint eas,vel ſuos,in perſonis,vel rebus hic tamẽ caſus epiſcopalis eſt, vſq; ad duos mẽſes ab incurſione ſẽtẽtię: abinde verò eſt Papalis excõmunicatio ꝑ c.quicunq; de ſentẽ. excommunica. lib.vj.

De his qui iudicãt ſecũdum ſtatuta edita in fauorem vſurariorum, & qui habent ſuper hoc poteſtatem,niſi ſtatuta ipſa deleuerint aut ſi ea permiſerint obſeruari. extra de vſu. ca. ex graui.in cle.Vnde illi qui faciunt capitula cũ iudæis,vt dñi & cõmunitates continẽtia,quòd poſsint fœnerari, & ꝙ non poſsint repeti in iudicio vſurę extortæ

tortæ ab eis, & huiuſmodi, videntur incidere in hanc excommunicationem: & domini qui ea faciunt, & ciues qui conſulũt. cle.ex graui.de vſuris.

De his qui concedunt repreſalias cõtra perſonas eccleſiaſticas ſpecialiter aut generaliter, eſt epiſcopalis excõmunicatio. per c.ſi pignorationes.de iniurijs & dã.da.li.vj.

De rectoribus ſecularibus, vel quibuſcũq; officialibus eorum qui cognoſcerẽt de crimine hæreſis, aut captos liberarẽt: vel diœceſanorum vel inquiſitorum officium impedirent, eſt Epiſcopalis excommunicatio c.inquiſitionis.de hære.lib.ſexto.

De his qui ſciẽter cõtrahunt matrimonia in caſibus non conceſſis, & prohibitis cõſanguinitatis, & affinitatis, & de contrahentibus cum monialibus: eſt Epiſcopalis excommuni.vt cle.c.eos. de conſan.& affi.

De dominis tẽporalibus, qui ſubditis interdicũt ne prælatis vel perſonis eccleſiaſticis quicquam vendant, vel emãt ab eis, bladũ molant, panẽ coquãt & huiuſmodi obſequia exhibere præſumãt, eſt Epalis excommunicatio, per.c.eos.de immu.eccle.lib.vj.

De

De his qui impediunt quin corã iudicibus eccleſiaſticis,vel legatis vel ordinarijs in cauſis quæ ad eospertinét,nec illi qui cõ queruntur iuſtitiam poſsint obtinere. excommunicatio eſt Epiſcopalis,per c. quoniam.de immu.eccleſ.lib.vj.

De his qui compellũt impetratores literarum apoſtolicarum, vel alios recurentes ad forũ eccleſiaſticũ in cauſis, quæ de iure vel antiqua cõſuetudine ad ipſum ꝑtinent, vel ad deſiſtẽdũ, vel litigãdũ de his in foro ſuo ſeculari, grauãdo iudices eccleſiaſticos vel impetrantes, ſeu litigantes, ſeu volentes corã eis litigare, vel grauando propinquos corũ,vel capientes vel res accleſiaſticas talium,vel quocunq; alio modo, dicto. c.quoniã.eſt Epiſcopalis,& ſimiliter de dãtibus conſiliũ, & fauorem, & auxilium ad omnia prædicta in duobus. §§.præcedentibus.De his qui prælatos,capitula, ſeu alias perſonas Eccleſiaſticas cõpellunt ad ſubmittendum laicis,vel ad alienandum bona immobilia, ſeu iura eccleſiarũ, & ſimiliter laici qui vſurpãt ſibi illicitè huiuſmodi,& ſi nõ deſtiterint,poſtquàm fuerint admoniti,

eſt

eſt Epiſcopalis excõmunicatio. per. c. hoc conſultiſsimo,de re.eccle.non alie. li.vj.

De his qui fingunt frauduléter aliquem caſum ꝑ qué aliqs iudex mittat ad aliquã mulieré ꝑ teſtimonio, eſt excõmunicatio Epiſcopalis.per ca.mulieres.de iudi.lib.vj.

De his qui vocãtur ad dirigendas mo:ia les in electionibus: niſi abſtineãt ab his per quæ poſsit diſcordia nutriri, eſt excommu nicatio Epiſcopalis:per cap. indemnitatibus,de elect.lib.vj.

De his qui grauant clericos,vel alias per ſonas eccleſiaſticas ad quas ſpectat aliqua electio pro eo quod rogati, ſeu alias inducti, eum pro quo rogabant ſeu inducebant noluerunt eligere, vel conſanguineos eorum:aut ipſas eccleſias ſeu loca beneficiis, ſeu aliis bonis ſpoliando, ſeu alias iniuſtè perſequendo:cap.ſciant cuncti. de elect. in vj.& eſt Epiſcopalis excommunicatio.

De his qui loquũtur ſecretè vel mittunt ſcripturas,vel nuntiũ alicui cardinali quãdo ſunt recluſi occaſione electionis Papæ, eſt Epiſcopalis excommunicatio.per cap. vbi periculum.extra de elect.li.vj.& de dominis,

minis,& rectoribus, & officialibus qui imminéte dicta electione non ſeruant ipſam conſtitutionem,per.c.vbi periculum.

De his qui procurãt quòd corſeruatores dati,ſe intromittant de his quæ non licent ideſt de aliis quã de manifeſtis iniurijs, & violentiis,eſt excommunicatio Epiſcopalis.per.c.ſtatuimus.de offi.deleg.lib.vj.

De dominis rectoribus ad regimẽ vrbis Romæ & electis, & fautoribus qui fecerit contra conſtitutionẽ ſuper hoc factam, eſt Epiſcopalis excommunicatio.per c.fundamenta de elec.lib.vj.

De electis, & magiſtris doctoribus vel ſcholaribus tractam nõ aliquo ciue Bononienſi,ſiue alio de cõducendo hoſpitium ir requiſitis inquilinis:niſi tempus cõditionis fuerit elapſum, eſt Epiſcopalis excommunicatio.per.c.eſt reſcripto.extra de locato.

De doctoribus ſeu magiſtris qui ſcienter illos religioſos qui dimiſerunt habitum docent literalis,ſcilicet leges, vel phyſicam:eſt excommunicatio Epiſcopalis.per.c. vt periculoſa.ne cle.vel mo.lib.vj.

De dominis vel rectoribus tẽporalibus, qui

qui nō fecerint obſeruari ea quæ ſtatuūtur cōtra inſecutores cardinalium,ſeu alicuius de familia eorū, vel papæ, eſt excōmunicatio Epiſcopalis per.c.felicis.de pœ. lib. vj.

De his qui impediunt viſitatores monialium,vel canonicorū, ſi moniti non deſiſtāt eſt Epiſcopalis excommunicatio.per cle.attendentes.de ſta.mo.

De impugnātibus literas Papæ, ante coronationem eius: & eſt Benedicti Papæ. ij.

De quibuſdam mulieribus quæ beghinæ dicuntur, & de religioſis fauētibus eis in illo ſtatu: & erant iſtæ certum habitum aſſumentes,nulli obedientes nec renuntiantes proprijs, ne regulam habentes: ſed quibuſdā religioſis ſpiritualiter inhærebant, de here.c.ad noſtram.in cle. Nec intelliguntur ſub hoc nomine illæ quæ etiā beghinę vel veſtitæ dicuntur.de pœ.bea.dominici.vt patet in declaratione Ioan.xxij. & idem dicitur de tertio ordine beati Frāciſci:imò ex illa cle. videntur dici beghinę illæ excommunicatæ quæ habēt illos errores ibi poſitos qui cum ſapiant hæreſim, eſt hodie forte caſus Papalis,& eſt cōtra tales beghinas.

De his qui abſoluti ab excõicatione in articulo mortis,vel ꝑꝑ aliud impedimentũ nõ repræſentant ſe q̃ citius cõmodè pñt ei à quo debeãt abſolui:quiareincidunt in eandem.de ſñia excommuni.ca. eos qui lib.vj.

De participantibus cũ excommunicato in crimine propter quod eſt excõmunicatus dando ei conſiliũ, & fauorem.ca.ſi concubinæ extrà de ſententia excommunica.

De his qui abſoluũtur à ſede Apoſtolica vel legatis, & iniungitur eis quòd ſe repræſentent ordinarijs,vel alijs, ſuſcepturi pœnitẽtiam, & paſſi iniuriã ſeu aliàs obligati eis quibus ſcienter ſatisfaciant: ſi hoc non faciunt, cùm primum commodè poterunt. vel non curauerint adimplere, reincidunt in eadem ſententiam.d.c.eos.

De his qui cõtumaciter aſſerunt Romanam eccleſiam non eſſe caput omnium eccleſiarum:nec ei tanquam capiti eſſe obediendum diſt.xix.c.nulli fas.

De his qui ſepeliunt corpora in cœmeterijs tempore interdicti, in caſibus non conceſſis in iure.cle.eos.de ſepul.

De his qui excõmunicatos publicè aut

nominatim

nominatim interdictos,vel vſurarios mani feſtos ſcienter ſepeliunt in cœmeterijs .de ſepul.diſ.c.j.cle.eos qui.

De clericis qui manifeſtis vſurarijs ad exercendum fœnus domos locant, vel alio titulo concedunt,eſt excommunicatio Epi ſcopalis,per c.vſurarium.de vſuris. lib.vj.

De eo qui non eſt electus à duabus partibus Cardinalium,& ſe gerit pro Papa.c.licet.extra de electio.

De monachis, & canonicis regularibus. Archidiaconis,decanis,præpoſitis, plebanis,autoribus, & alijs clericis perſonarum habētibus, aut etiam quibuſcunq; presbyteris qui audiũt leges vel phyſicam, eſt Epi ſcopalis excõmunicatio:per.c. non magno pere .extrà ne cle.vel mo.

De religioſis qui temerariè vbicunq; habitum ſuæ religionis dimittunt, excommunicatiò eſt Epiſcopalis.per c.vt periculoſa. ne cle.vel mo.lib.vj.

De religioſis qui accedũt ad ſtudia, niſi à ſuo prælato cum conſilio maioris partis conuentus licentia ſibi ſit conceſſa. d. c. vt periculoſa.lib.vj.

De religioſis qui decimas debitas eccleſiis ſibi appropriãt, vel vſurpãt, ſiue qui non permittũt ſolui eccleſiis decimas de animalibus familiarium, & paſtorum ſuorum, vel aliorum immiſcentium ipſa animalia gregibus eorum: tales ſi non habẽt adminiſtrationes & beneficia ſunt excommunicati, ſi habent, ſunt ſuſpenſi: niſi requiſiti deſtiterint intra menſem. in clemen. c. religioſi. de deci. Et eſt Epiſcopalis excommunicatio.

De monachis & canonicis regularibus non habentibus aliquã adminiſtrationem, qui ſe conferunt ad curias principum ſine licentia ſuorum prælatorum, & damnum aliquod inferunt ſuis prælatis, aut monaſterijs: & qui ſine licentia arma tenent infra ſepta monaſterij, eſt Epiſcopalis excõmunicatio per cle. ne in agro. de ſta. mo.

De religioſis vel monialibus profeſſis, & clericis in ſacr. ordinibus cõſtitutis, qui cõtrahũt matrimoniũ de facto eſt excõmunicatio Epiſcopalis. cle. eos. de conſan. & affi.

De inquiſitoribus hæreticorũ, qui prætextu officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitè pecuniam extorquent: vel ſcienter

bona eccleſiarũ ob delicta clericorum fiſco eccleſiæ applicant nec poſſunt abſolui:niſi quibus extorſerint, plenè ſatisfecerint de pecunia ſic exorta: eſt Epiſcopalis excõmunicatio.cle.c.nolentes.de hære.

De religioſis, qui non ſeruant interdictũ ꝙ ſeruat ſancta mater eccleſia, ſiue cathedralis:per cle.c. ex frequẽtibus. de ſen.exc.

De religioſis qui confitentibus ſibi non faciunt conſcientiã ſcienter de decimis ſoluendis, tales ab officio prædicationis ſunt ſuſpenſi, donec cõmodè poſſint, faciant eis conſcientiã:& ſi interim prædicãt, ſunt excommunicati Epiſcopali excommunicatione, & ſimiliter de religioſis, qui dicunt aliqua verba vt retrahant audientes à ſolutione decimarum, eſt Epiſcopalis excommunicatio.per cle.Cupientes.de pœnis.

De religioſis mẽdicantibus, qui domos ad fabricandum, vel loca de nouo recipiũt, aut de nouo recepta mutant, vel alienant. c.j.de exceſ.præ.lib.vj.

De fratribus minoribus, qui tempore interdicti recipiũt ad diuina fratres vel ſorores de tertio ordine ſancti Frãciſci, eſt Epi-

ſcopalis excõmunicatio.c.cũ ex eo.de ſent. excõ.in clementinis. Ingrediẽtes monaſteria monalium ordinis prædicatorũ, extra caſus neceſſarios, qui declarantur in cõſtitutionibus ſuis: putà ad dandũ ſacramẽta infirmis, ad medendũ eis, ad reparandũ ędificia & huiuſmodi, nõ habita licentia à Papa, vel a magiſtro ordinis ſunt excõmunicati, nec poſſunt abſolui niſi à Papa vel à magiſtro ordinis, vel ab alio cui fuerit conceſſa talis abſolutio: vt patet ĩ bulla ipſius ordinis cuius bullæ tranſſumptũ vidi ego.

Ingrediẽtes monaſteria monialium ordinis minorum extra caſus neceſſarios cõceſſos in conſtitutionibus ſuis, ſine licẽtia Papæ vel miniſtri ordinis excommunicationem diœceſani reſeruatam incurrunt, prout audiui à quibuſdam fide dignis.

Nota quòd ab excõmunicationibus quę fiunt ab homine, ſiue à iudice, regulariter non poteſt quis abſolui niſi à ſuo excommunicatorẽ, vel ab habente plenariã iuriſdictionem ſuper reum, vel à ſuperiori ſuo, niſi in articulo mortis.

Item nota quòd fratres prædicatores &

volentes

volentes ingredi eorum religioné, poſſunt abſolui à prælatis ipſius ordinis à ſentẽtijs excõmunicationis,ſuſpẽſionis,& interdicti latis ab homine, vel à iure,ſaltem ab illis quorũ abſolutio reſeruatur Epiſcopo. De materia oĩum ſupradictarum excõicationum,tam pontifici ſummo, quam Epiſcopis vniuſcuiuſq; diœceſis,tam à iure quàm per extrauagantes,& proceſſus curiæ, vide plenius & clarius, ac diffuſus ſi vis videre in titulo xxiiij. in iij. de cenſuris eccleſiaſticis tertia parte ſummæ cõpilatæ ꝑ me Fratrem Antoniũ Archiepiſcopũ Florentinũ. Et ſic eſt finis omnium caſuum tam ſummo pontifici, quàm Epiſcopis reſeruatorũ.

Sequuntur aliqua notanda circa materiam excommunicationis.

CAP. XXXIIII

ITẽ notãdũ eſt qđ ſunt duę ſpecies excõicationis.ſ.maioris,& minoris.Excõicatio maior ſemper eſt peccatũ mortale, & talis primò eſt ſeparatus à Deo, & nõ põt excõmunicare pro aliqua vtilitate animæ ſuæ. Secũdo eſt ſeparatus à ſancta eccleſia,id eſt à cõmunione & participatione fideliũ ex-

ceptis his caſibus qui s̃. ſpecificati ſunt. Et ſunt qnq; in qbus ipſe excõicatus non põt participare, qui cõtinentur in his verſibus:

Si pro delictis anathema quis efficiatur.

Os, orare, vale, communio, menſa negatur.

Qui ſic intelliguntur. Os, id eſt locutio. Orare, id eſt oratio cum alijs in eccleſia. Cõmunio, id eſt cõmunicatio ſacramẽtorum. Vale, id eſt ſalutatio. Menſa, id eſt cibus, & potus. Excommunicatio verò minor aliqñ eſt mortale peccatum, aliquando veniale: ſed antequã dicatur quando ſit mortale vł veniale, notà prius quòd nouem modis homo poteſt incurrere excommunicationem minorem. Primo, quando quis participat cũ excõicato excommunicatione maiori, aliquo illorum modorum ſuperius dictorum. Secũdò, quando quis cõmittit ſacrilegium, ſicut qui furatur in eccleſia, vel in ea illicitum quid facit. Tertiò, quãdo quis eſt publicus concubinarius, vel fornicator. Quarto, quando quis accipit aliquã eccleſiã à laico, & illã ſic tenet: vt xxv.q.vij.ca.ſi quis. Quinto, quando quis eſt ſimoniacus, qui eſt etiam excommunicatus excõicatione

tione

tione maiori. Sexto ſecũdum quoſdã cum in bello iniuſto contra Chriſtianos exercet quis artem baliſtarum, aut ſagittarum. Septimo, oppreſſores inopum, & pauperũ publici prædones, publici vſurarij meretrices: qui omnes largo modo loquendo poſſunt dici excõicati, pro quãto talium oblationes non debẽt admitti ad altare ſanctũ Domini. Octauo illorũ quibus denegatur eccleſiaſtica ſepultura: ſicut ſunt illi qui moriuntur in tormentis, dato quòd pœnitentes moriantur, nõ ponũtur in cœmeterio, ſimiliter etiam dicitur de illis qui non cõicant ſemel in anno ſine neceſſitate, & cauſa, vt c. omnis. de pœ. & re. Non omnes publici peccatores. Omnes aũt caſus ſupra dictos ponunt Inno. Ray. & Hoſt. & in quo libet prædictorum caſuum poteſt abſoluere ſimplex ſacerdos, & Epiſcopus, prætérquam fortè in ſimonia, & in excõicatione maiori. In primo ergo caſu, ſcilicet in participatione cũ excõicatis maiori excõicatione, poteſt homo peccare mortaliter & venialiter. Mortaliter tripliciter. Primo, qñ participiat in eodẽ crimine propter quod

ipſe eſt excõicatus,dando conſiliũ,auxiliũ, & fauoré,ratione cuius peccatum cõmittitur.Sed qñ participat cũ excõicato in aliquo alio crimine mortali ab illo pp quod ipſe eſt excõicatus. Sed in primo caſu nota,q̃ participãs cum excõicato in eodé crimine, vt dictum eſt, incurrit excõicationé maioré: ſed in ſecundo modo, cadit tãtum in maiori excõmunicatione,etiam ſi mortaliter peccat. Tertio: quando communicaret cũ excommunicato maiori excommunicatione in ſacramẽtis, puta accipere corpus Chriſti cũ eo,vel ſacros ordines,incurrit excommunicationem minorem:peccat tamen mortaliter. In alijs autem caſibus ſupradictis, nõ peccat quis participãdo cũ excõicatis,niſi quòd quando aliquis in cõtemptũ præcepti prohibitionis factæ audacter cum excõicato & ad libitũ conuerſaretur:aut in ſalutãdó, vel in comedendo, aut in loquendo ſine neceſſitate, aut in morando,vel communicando. Sed nota quòd ſacerdos recipiens aliqué excõicatum maiori excommunicatione ad officium eccleſiæ aut ad ſacramenta, aut ad eccleſiaſticã ſepulturam.

pulturam:non ſolum mortaliter peccat:ſed ſubito eſt ſuſpenſus ab adminiſtratione: & ſibi eſt interdictus introitus eccleſiæ,quouſq; ſit abſolutus & efficitur quaſi irregula ris,& ſi taliter interdictus moriatur,nõ debet poni in cœmeterio , nec debet propter timorem ſacerdos deſiſtere quin talem excommunicatũ expellat de eccleſia: quia nõ excuſatur ratione timoris, niſi talis eſſet ti mor qui poſſet cadere in incoſtantẽ virum, tunc enim ſecundũ quoſdam excuſatur ab interdicto. Hoſti.autem dicit quòd beatus erit talis ſacerdos,ſi ſe præpararet ad martyriũ.Nota igitur quomodo habuiſti,quòd in nouem caſibus homo cadit in excõmu nicationẽ minorem, ratione cuius ſeparatus eſt ab effectu ſacramẽtorum & quantũ ad Deum. Nam peccatũ mortale animã ſe parat à Deo, & excõicatus quomodocunq; eſt in peccato mortali præterquàm partici pando cum excommunicato maiori excõi catione in loquendo, ſalutando & orando, cõicando & comedendo in quibus caſibus ſecũdum Tho.in iiij.di.xviij.q.ij.ar.iiij.ho mo nõ peccat mortaliter niſi propter con-

temptum,

temptum, dato ꝙ excõicationem incurrat & ideo qui eſt in peccato mortali quomodocunq;,aliter eſt excõicatus: ẽt quantum ad eccleſiã eſt ſeparatus ab effectu id eſt, à gratia & ſacramẽtis, quia nullus qui eſt in peccato mortali cũ ſit indiſpoſitus, poteſt cõſequi gratiã ſpiritus ſancti:poteſt tamen intrare eccleſiam, & ſtare in officio diuino, & etiam poteſt cum alijs in alijs participare: ſed non poteſt pacem in eccleſia recipere, cum pax ipſa ſit loco communis participationis gratiæ Dei. Sed hæc omnia plenius habentur in decretis, & decretalibus & in ſummis ideo cum expedit videre,quære diligentius in ipſis.

Incipit interrogatio,quòd eſt tractatus ij. huius operis,& habet tres partes principales.

POſtquã ille qui vult confiteri dixit ex ſe ea quæ voluit de peccaits ſuis: ſi non dixit ſufficienter,quod quaſi ſemper accidit, interrogãdus eſt plenè de his quæ nõ dixit, prout videbitur fore expediẽs. Si verò medium,vel minus dixit,potes interrogare ſecundũ ordinẽ impoſitũ videlicet primò de decem præceptis: poſteà de vitijs capitali-

bus,

bus, non autē omnes de omnibus.ſ.de illis qui ſolent in talibus reperiri: & nō ſolū de iſtis peccatis interrogandi ſunt, ſed de omnibus circunſtantijs peccatorum: prout ſuprà ſatis oſtenſum eſt. Nō tamen eſt neceſſe de quolibet peccato mortali omnes circunſtātias prædictas confiteri: ſed ſolùm illas quæ trahunt peccatum in illam ſpeciē, quæ ſcilicet habet ſpecialem deformitatem oppoſitam alicui præceptorum. Sed & de numero peccatorum mortalium, ſcilicet quoties mortale peccatum commiſſum eſt in qualibet peccatorum ſpecie, diligenter interrogandum eſt.

Incipit prima pars ſecundi tractatus, de modo interrogandi pœnitentes à confeſſore, ſecundum decem præcepta legis, & habet cxxiij. Primum præceptum, ſcilicet Vnum cole Deum, continet tria capitula. Circa hoc primum præceptū potes interrogare. Et primò de votis, & voti trāſgreſſione.

CAPVT I.

NOta ſecundū magiſtrū ſententiarum in iij. diſt. xvij. ꝙ votum eſt teſtificatio quædam promiſſionis ſpontanea, quæ fit

Deo

Deo de his quæ Dei ſunt, & fieri debent. Vel breuius, ſecundũ Tho.ij.iij.q.lxxxviij. ar.j. Votũ eſt ꝓmiſſio Deo facta, de aliquo quod ſit Deo acceptũ, ad quod requirũtur tria: ſcilicet deliberatio voluntatis, propoſitũ, & promiſsio. Vltimũ oritur ex ſecundo. ſm ex primo. Si tranſgreſſus eſt, ſeu omiſit implere aliquod votum licitum, & ſi aduertenter, cùm poſſit, eſt ſemper mortale, & toties quoties frangit. Secus eſt ex obliuione, vel quia non poterat vt infirmus ieiunare, & huiuſmodi. Si vouit ſe aliquid mali facturum, vt vindictam, vel maioris boni impeditiuum, vt non ingredi religionem hoc eſt mortale, & ſine aliqua diſpenſatione debet illud infringere.

Si nimis tardauit implere propter quod à memoria excidit omnino, vel venit ad ſtatum non valendi implere, cùm prius potuiſſet: mortale videtur. Item quando dimiſit propoſitũ implendi: cum tamen poſſet alias mora implendi votum qñ ſibi nõ præfixit tempus, non videtur mortale, niſi mora eſſet valde nimia, & niſi ex hoc ei immineret periculum non valendi implere: vt de

voto

voto ingrediendi religionem, cùm tamen non haberet cauſam legitimam cogentem dilationis, tunc etiam eſt mortale.

Si fecit votum de re licita, vt de eleemoſyna, ieiunio & huiuſmodi, ſed ob malum finem, putà vt poſsit facere vindictã, adulterium, & huiuſmodi, mortale peccatum eſt, nec tenetur illud implere.

Si fecit votum abſtinẽtiæ & huiuſmodi, & dubitaret vtrum poſsit implere vel non, & ſine diſpẽſatione vel cõmunicatione ſuperioris, cùm poſsit faciliter recurrere ad eum, vel ad confeſſorem ſuum pro cõſilio. frangit: mortale videtur. Nota tamẽ quòd viri poſſunt irritare vota vxorũ: ſcilicet abſtinentiæ, peregrinationis, eleemoſynæ, & acceſſus ad talem locum & maxime votũ eleemoſynarũ, ſi non habẽt niſi dotẽ: abſq; alia ſuperiorũ diſpenſatione, & ſi fiat talis irritatio, etiã ſine cauſa rationabili à viro, amodo non tenetur vxor implere talia vota. Dubiũ eſt de voto Hieroſolimitano: qa hoc in fauorẽ fidei emittitur. De irritatione votorũ impuberẽ, & filiorũfamilias, religioſorũ, vide ĩ ij. part. ſummæ. ti. ij. c. ij. §. vj.

Si

Si habens votum caſtitatis, vel religionem intrandi, & matrimonium contraxit, mortale eſt, & non poteſt conſummare illud abſq; mortali peccato: quia adhuc poteſt illud implere, & debet ante conſummationē: poſt conſummationē verò reddere tenetur debitū ēt interpretatiue petenti: Sed exigendo, ſemper peccat mortaliter: vnde conſulendum eſſet ei petere ſuper hoc diſpenſationem à Papa. ſecundum Gul. Poſſet etiam Epiſcopus diſpenſare, niſi eſſet talis continens & obſeruans ipſum.

Si fecit votū ſtultum & irrationabile, vt ieiunare dominica die, vel non pectinare caput vel lauare in ſabbato, & huiuſmodi mortale non eſt: ſed prohibendus eſt illud implere. Et nota quòd à tranſgreſſione votorum poteſt de iure communi, & conſuetudine, confeſſor abſoluere: quia non eſt de caſibus reſeruatis. Sed de diſpenſatione & commutatione votorum, non poteſt ſe intromittere ſine ſpeciali commiſſione diœceſanorum, vel alterius qui poſſit illam dare. Epiſcopi autem in omnibus poſſunt commutare vel diſpenſare, niſi in voto ca-

ſtitatis

ſtitatis vel religionis, & tribus votis peregrinationis, ſcilicet hireroſolymitanæ, ad ſanctum Iacobũ, & ad limina apoſtolorũ, id eſt Romã:in quibus votis papa vel ſummus pœnitentiarius, ſoli diſpenſant, vel commutant. De votis habes in ij. parte ſummæ tit.xj.per totum.ibi vide.

De ſuperſtitionibus.

CAP. II.

SI fecit ipſe,vel fieri fecit aliquod maleficiũ, ſeu iuxta vulgare maleficia in quibus ſemper fiunt incãtationes occultæ vel manifeſtę,dęmonũ ĩuocationes, quod ſemper eſt mortale, & dignũ morte corporali.

De incantationibus.

Si fecit vel fieri fecit vel procurauit aliquam incantationem cum ſacramentalibus eccleſiæ vt aqua baptiſmali, vel oleo ſancto,& huiuſmodi ob ſanitatẽ vel aliam cauſam,eſt mortale grauiſsimum.

De adoratione creaturarum.

Si adorauit aliquam creaturam faciendo orationem ad eam:vt ad Lunã, Solem, & ſtellas cùm primò apparent,& huiuſmodi;eſt mortale peccatum.

De diuinationibus.

Si fecit vel fieri fecit aliquam diuinationem ad inueniendum furta, vel ad ſciendũ occulta, vel futurum, ſi quod ſibi contingere poteſt, eſt mortale.

De arte notoria.

Si dicit artem notoriã, vel vſus eſt ea ad ſciendum aliqua, vel ſi vſus eſt arte necromantia, mortale eſt, & ſi habet librũ, inducendus eſt vt eũ cõburat: alias nõ eſt abſoluendus: ſicut eſt liber Almadel, Sexiforas, & alij libri, comburendi ſunt: quia mortale eſt vti eis, vide in ij. parte ſum. ti. ij. ca. j. §. x.

De conſtellationibus.

Si ex conſtellationibus vel planetis, ſub quibus natus eſt, aliquid iudicauit determinatè de conuerſatione eius. Item ex phyſonomia, credere enim hominem ex fato vel conſtellatione vel complexione cogi ad bonum, vel ad malum, eſt hæreticum.

De ſortibus.

Si vſus eſt ſortibus diuinatorijs, quod eſt mortale, ex leuitate autẽ veniale. Si dedit aliquid turpe vxor viro ad comedendum, vel alteri turpe ac huiuſmodi, eſt mortale,

interrogan-

interrogandum eſt, quid fuit illud.

De incantationibus.

Si fecit vel fieri fecit aliquam incãtationem ob ſanitatem conſequendam. Et quãdo hoc fit ſciendo eſſe prohibitũ, eſt mortale communiter, quando verò ex ſimplicitate fieret, putando eſſe bonas orationes, dicitur veniale. Sed ſi nollet in futurum abſtinere, neganda eſt ei abſolutio, quia ex obſtinatione, & malitia videtur eſſe mortale: & interrogandũ eſt de verbis quibus vtuntur, & de obſeruantijs quas addunt.

De breuibus.

Si fecit vel fieri fecit, vel vſus eſt breuibus quæ cõiter ſunt ſuperſtitioſa ex verbis, vel charta in qua fiũt, vel modo imponẽdi, vel portandi, vel tẽpore ſcribendi: & inuenta ſuperſtitione earũ, imponendũ eſt quod cõburant, & ſi nollent nõ ſunt abſoluendi, quia tũc eſt mortale. Si verò putabãt talia eſſe licita tãquã orationes, veniale videtur.

De obſeruationibus temporum.

Si obſeruauit vnã diẽ magis quàm aliã in nõ incipiẽdo aliquid tanquam malũ, vt dies Aegyptiacos, vel diem in quo occurrit

decapitatio ſancti Ioãnis Baptiſtæ, vel diẽ Aſcenſionis in colligẽdis herbis, & huiuſmodi veniale videt quando ex ſimplicitate hoc fit, ſiue ſcribẽdo aliqua vel portãdo ad ſuſpẽdẽdũ in aliquo loco, ſi ſimpliciter credit, veniale eſt. Si verò hoc crederet animo obſtinato, tũc mortale eẽt talia obſeruare.

De ſomnijs.

Si obſeruauit ſomnia faciẽt aliquas orationes & obſeruationes, & poſtea ex his quæ ſomniat valẽdo de futuris & occultis iudicare & pronunciare, mortale eſt: aliàs autem ſine obſeruatione adiuncta adhibere fidem ſomnijs peccatum eſt, etſi ex ſe nõ ſit mortale, tamen periculoſum eſt: quia ſic diabolus multos decipit. Si ex effuſione olei de lucerna, vel crocitatione aliquarũ auiũ, vel vlulatu canũ, vel magnitudine & cõtinuitate vẽtorũ & huiuſmodi, exiſtimauit aliquid mali euẽturũ quod factũ eſt. Si exiſtimauit mulieres cõuerti in gattas vel alia animalia. & ire de nocte & ſuggere ſanguinem puerorum, & huiuſmodi quod eſt impoſsibile, niſi Deo: & ideo fatuũ eſt credere De hac materia diuinationum, incãtationum,

tationum,& omnium ſuperſtitionum, vide luce clarius in decretis.xxvj.ca. per totum.

De blaſphemia multiplici, Dei, & ſanctorum.

Cap. III.

SI blaſphemauit Deum, videlicet dicẽdo eum non eſſe iuſtum,& omnia iniuſte diſponere,& eſſe acceptatorem perſonarum, vel non videre quæ fiunt, vel non curare de actibus hominum, vel proditorum, vel ſine merito punire,& flagellare eũ, vel nõ poſſe iſtud, vel illud facere, & huiuſmodi quodlibet horũ: eſt mortale cum aduertit quod dicit,& intelligit. Si blaſphemauit Deũ vel aliquem ſanctum, qui propriè dicitur maledictio vt maledictus ſit &c. vt ſit ex ira, ſemper eſt mortale, ſi aduertit ipſa verba.

Secundum præceptum de iuramentis, & periurijs, & habet capitula duo.

Cap. I.

NE iures vana per ipſum. Primò de periurio, ſi iurauit in aliqua curia coram iudice mendaciosè, mortale, eſt quantumcunque aliam haberet iuſtam cauſam, & qui inducit ad hoc aduertẽter vt iudex, aduocatus, procurator,& huiuſmodi mortali-

ter peccat. Si iurauit etiam extra iudicium in communi ſermone, quacunq; ex cauſa, vel leuitate, vel iocoſitate, vel qualicunque modo, non ſolum per ſancta Dei euãgelia & per corpus Chriſti, & ſanctorũ, ſed etiam per fidẽ, per deũ, ſic me Deus adiuuet, per virginem Mariã, per crucem, per animam ſuam, & huiuſmodi: hoc ſemper eſt mortale quando aduertit ſe iurare & falſum dicere: & toties quoties ſic iurando aduertit.

Si iurauit aliquid pro certo, dę quo dubitat vtrum ſit, mortale eſt, præcipuè iurañdo in iudicio.

Si iurauit perpetrare aliquid quod eſt mortale, vt facere vindictam, nõ dimittere concubinam: ſeu ſeruare iniuſta ſtatuta: tenere ſecretam iniquam coniurationẽ: mortaliter peccauit: nec debet illud ſeruare.

Si iurauit tenere ſecretũ: aliquod, quod eſt tractatũ in conſilio, vel aliud quod nulli eſt nociuum, ſi aduertenter manifeſtat, peccat mortaliter ipſe. & qui ſtimulat eum ad manifeſtandum, ſciens illud eſſe ſecretum.

Si iurauit ſeruare ſtatuta alicuius ciuitatis vel vniuerſitatis, aliquid ſcienter ex illis

ſtatutis

ſtatutis tranſgrediẽdo, peccat mortaliter. Si tamen aliquod ſtatutum eſt abrogatum per contrariam conſuetudinem, quia quotidie per omnes fit contrarium & diu, non videtur periurus, ſi nõ ſeruat illud, eò quòd non habet vim ſtatuti. di. iiij. x. leges.

Si iurauit per aliquem modũ opprobrioſum. per Dei mẽbra, vel ſanctorũ. vt faciunt ribaldi, mortaliter peccauit: qa blaſphemia reputatur. xxij. q. j. c. ſi quis per capitulum.

Si promiſit ſe aliquid facturũ licitum in honorem Dei vel aliorum ſanctorũ, ſi non intendebat obſeruare, mortaliter peccauit. Si autẽ intendebat obſeruare ſed veniente termino quo debet implere, nõ ſeruat promiſſum, cum tamẽ poſſet licet cum incommoditate ſua, peccauit mortaliter, niſi ille cui promiſit ante terminũ relaxet iuramẽtum: quod facere poteſt, ſi promiſſum in illius vtilitatem tantũ cedat. Nam ſi in vtilitatem aliorũ, vel in honorẽ Dei, & ſanctorum, non poteſt illi relaxare, ſed ad Epiſcopum, vel ad Papam pertinet relaxatio, vel commutatio ſi autem non poteſt implere, excuſatur à peccato pro tũc cùm nõ poteſt.

Si quis autem cum iuramento promittat ſe aliquid facturũ quod non eſt alicuius importantiæ boni vel mali:vt mater de verberando filiũ,vel de bibẽdo, uel nõ , huiuſmodi videtur venialis iuratio,& periuratio.

Si iurauit ſine cauſa rationabili pro quibuſcunq; minimis , dicendo etiam veritatem , veniale eſt : niſi faceret propter contemptum , & inducendus eſt vt abſtineat propter periculum periurij.

Si inducit aliquem ad iurandum, quem omnino credebat falſum iuraturum , mortaliter peccauit:niſi eſſet iudex hoc faciens ex officio ſuo ſecundum iuris ordinem.

De adiuratione.

Cap. II.

De adiuratione quæ eſt inducere aliquẽ ad aliquid faciendũ ob inuocationem alicuius rei ſacræ, & ſi eſt per modum coactionis intẽdẽs eum obligare per modum iuramenti ad aliquid faciendum , vt ad ſuperiores & alios in quibus non habet poteſtatem , eſt mortale , ſicut adiuratio Caiphæ contra dominum. Ad ſibi ſubditos verò , eſt licita , eo caſu quo liceret eis

præcipere

præcipere aliter non: & tunc adiuratus tenetur illud facere vel dicere aliàs, eſt mortale, ſicut tranſgreſſio præcepti.

Si adiurauit prælatos vel ſocios, vel inferiores per modum deprecationis, intendẽs reducere ad iuramentum ad aliquid boni faciendum, non eſt malum, vel veniale.

Si leuiter & ſine cauſa eſt adiuratus, non faciens illud, non peccat. Tho. ij. ij. q. cx.

Si adiurauit dæmones per modum precis, vel ad primum ſciendum aliquid ab eis vel aliquid obtinendum auxilij, eſt mortale: niſi quis faceret ex familiari conſilio ſpiritus ſancti, vel niſi ex quadam ſimplicitate quærens ab obſeſis à diabolo: ſed per modum coactionis licet eos adiurare ne nobis noceant.

Si adiurauit creaturas irrationabiles, ne diabolus eis vtatur in noſtrũ nocumentũ, licet. Si autem fit vt de modo operetur in eis mortale eſt: vt incantationis ſerpẽtum.

Si in cãtilenis & tupibus fabulis miſcuit deum, & ſanctos & in narrationibus turpibus & amatorijs, eſt mortale: aliàs veniale, niſi faceret in contemptum Dei.

Tertium

Tertium præceptum de obſeruatione feſto-rum,continet duo capitula.

Cap. I.

SAbbata ſanctifices. Quia quantũ ad determinatioñe dierum,iſtud præceptũ eſt de iure poſitiuo . ideo hic annectere potes de ieiunijs eccleſiæ: & de auditione miſſæ.

Primò ergo ſi fecit aliquod manuale opus diebus dominicis , & alijs feſtis præceptis ab eccleſia extra neceſſitatẽ, quia mortaliter peccauit,ſi per notabile ſpatium; ſecus ſi faceret aliqua puncta : ſi verò ex neceſſitate, videlicet quia hoſtes expectãtur, vel veniũt inundationes aquarum,& hmõi: tũc liceret remouere blada & ſupellectilia, & huiuſmodi, & debẽt obſeruari de veſpera ad veſperã,id eſt de ſero ad ſerũ, de conſecra.diſtinct.iij.ca. pronunciandum.& hic requiritur magna prudentia in cõſulendo.

Si vendidit vel emit diebus feſtiuis : non comeſtibilia de die in diem vt panem , vinum,caſeum,carnes,& huiuſmodi , mortaliter peccauit: ſi per modum negotiationis non in caſum magnæ neceſſitatis . In nundinis tamen ex quo prælati eccleſiarum tolerant

lerant,ſi non dimittunt audire miſſam, ſecundum Petrum de Palu. videntur poſſe excuſari qui mercantur in diebus feſtiuis, ſcilicet à peccato mortali.

Si fieri fecit aliquod prædictorum à ſuis filijs, diſcipulis, ſeruis, laboratoribus ſine neceſſitate. peccat mortaliter mandans, & exequens. Si tamen mandans ſeu magiſter vel patronus non habet neceſſitatē, ſed diſcipulus eius, vel ſeruus ruſticus habet neceſsitatē, ita quòd aliter non poſſet viuere, quaſi diſcipulus non obedit aliquando magiſtro in his diebus, vendendo vel faciēdo aliquod exercitium eius artis pro aliquo tempore & nec iſte, nec alius de illa arte vult conducere eum ſecum, & aliud exercitium neſcit facere, videtur ipſe excuſari. Nam ſi in obſequiū eccleſiarum pauperum aliquando licet aliquid laborare diebus feſtis ſecundum doct. quantò magis licet pro ſuſtentatione vitæ eius in neceſsitate? Tutius tamen eſſet eligere aliā artē ſi poſſet.

Similiter de ſcriptoribus pro pretio: & cōficientibus inſtrumēta tēporalium & iudicantibus & faciētibus longas dietas non

cauſa cupiditatis, ſed neceſſitatis:quia non bene aliter poteſt fieri.

De barbitōſoribus & chirurgis & huiuſmodi.

Medicinalia autem ſemper licet facere, & medicari, & talia vendere. Papa Eugenius diſpenſauit cum barbitonſoribus vt laborare poſſint per duas horas noctis in vigilijs magnorum feſtorum. ij. parte ſum. ti. ix. c. vij. §. j. in fi.

Si per totum diem feſti vacauerit ludis, venationibus, aucupijs & choreis, & alijs vanitatibus mundi. Frequenter enim in his occurrunt mortalia peccata, etſi de ſe iſta non ſint mortalia.

Quod etiam mortale peccatum diebus feſtiuis commiſſum ſit grauius, patet: & ideo de huiuſmodi confitendum eſt.

De auditione miſſæ diebus dominicis & feſtiuis.

SI non audiuit totã miſſam diebus illis, ſed omiſit vel ex cõtemptu, vel ex cupiditate lucrandi: vel cauſa eundi ad ſolatium: vel ad conuiuia: ſeu ex negligentia vel ex ignorantia craſſa: mortaliter peccauit: & toties quoties dimiſit. Item ſi audiuit: ſed nõ

totam,

totam, dimittendo notabilem partem: de conſe.di.j.c.miſſas. Secus verò eſt, ſi modicam partem miſſæ dimiſit.

Quod autẽ quis audiat in parochia ſua vel alibi miſſam propriã de die vel aliã audiẽdo, vel non intelligẽdo verba, vel nõ audiẽdo quia ſubmiſsè dr̃: vel audiat alibi ſeu à concubinario vel ſimoniaco & hmõi. vel nõ ſimoniaco & cõcubinario: ex quo Prela ti non prouident ſuper huiuſmodi nõ videtur ſimplices ſolicitandi: ſed dimittendi cõ ſcientijs eorum vbi talia abundant ſecundum Pet. de Pal. & Gul. duran. Dimittens vero auditionẽ miſſæ ex infirmitate vel ex tali occupatione quam non poſſunt dimittere: vt ſeruire infirmo: vel alia iuſta de cauſa, puta quia manent in caſtris, excuſantur.

Excuſantur etiã puellæ: quæ dimittũtur à parẽtibus domi: non tamẽ euntes ad choreas. Viduæ etiã quæ manẽt in domo clauſæ per menſes excuſantur. Secus ſi per dies quindecim: vel per menſem & huiuſmodi.

De obſeruatione ieiuniorum.

Cap. I.

Si quis dimittit ieiunia eccleſiæ: vt quadrageſimæ,

drageſimæ, quatuor temporum, & vigilias feſtorũ Chriſti ac Apoſtolorũ & ſanctorũ, qui de præcepto ſunt poſt.xxj.annũ, peccat mortaliter: niſi habeat cauſam legitimè eũ excuſantem, vel ſaltẽ exiſtimet ſe habere: puta cũ eſt ſatis debilis, vel videtur ſibi eſſe, propter quod credit non poſſe ieiunare ſine notabili corporis detrimento: licet ſecũdum veritatem poſſit, talis non videtur de facili cõdẽnandus de mortali: ex quo paratus erat obedire præcepto, ſi credidiſſet ſe poſſe: aliter eſt mortale: & toties quoties dimiſit aliquẽ diem ieiunij: quilibet enim dies eſt ſub vno præcepto. Sed ante xxj. annum inducendi ſunt iuuenes ad ieiunandum. Etiam interrogandum eſt hic de numero dierum quos dimiſit: & qua de cauſa, ſi verò notabiliter anticipauit horã comedendi, puta circa horam tertiam ſine cauſa legitima, non eſt ieiunium: vnde eſt mortale: hora autem congrua eſt circa nonam. Tardare autem poſt nonam, non eſt vitium, niſi fiat ex ſuperſtitione: ſi cùm ieiunauit ex ſtatuto eccleſiæ, vel voto, vel ex iniunctione confeſſoris, comedit de ſerò

fruſtum

fruſtum panis, vel de pluribus fructibus, aut confectionibus, vel de vno genere tantùm:ſed in magna quãtitate,ieiunium fregit in ij.par.ſum.ti.vj. ca.ij.§.9. Si verò aliquid confectionum ſumit in parua quãtitate,non ſoluit ieiunium,niſi fieret in fraudem ad nutriendum.Sed ſumendo aliquid fructuũ per modum medicinæ : ne ſcilicet vinum lædat ſtomachum , non videtur eſſe malum.Poteſt autem quis in die pluries bibere ſumpto prandio , & non frangit ieiunium:niſi fiat in fraudem,vt dictum eſt.

Debiles,& multùm laborantes, itinerantes , & peregrinantes , prægnantes , ac nutrientes,pauperes,& huiuſmodi quomodo & quando à ieiunio excuſentur, vide plenius in ij.par.ſum.ti.vj.c.ij.§.vj.

Quartum præceptum de honore parentum: & habet duo capitula.

Cap. I.

HAbeas in honore parentes. Quare primò , ſi dixit verba cõtumelioſa vel opprobrioſa parentibus, mortaliter peccauit: & multò magis ſi verberauit,etiam leuiter. Item ſi parẽtes irriſit. Si blaſphemauit vel

maledixit

maledixit ipſis defunctis & viuis. Si non obediuit eis in licitis ex contemptu, peccauit mortaliter etiam in paruis rebus: ſecus ſi ex negligentia in rebus non multi ponderis, ſi non prouidit neceſſitatibus eorum cùm poſſet, mortale eſt. Si non impleuit legata facta ab eis ad pias cauſas: ſed multũ diſtulit propter incommoditatem, cùm tamen poſſet, peccauit mortaliter. vide in ij. parte ti.j.c.xxj.§.iij. Si non reuerenter ſe habuit, ſed contẽpſit vel dure locutus eſt, vel prouocauit ad iram, vel non ſupportauit eos, vel diligenter nõ prouidit, veniale eſt.

De guberna. fami. &c.

Cap. II.

SI nõ prouidit magnis neceſſitatibus victus & veſtitus filiorũ, vxoris, ſeruorum, cùm poſſet, ex auaritia vel crudelitate mortale eſt. xxx. diſtin. c. ſi quis. Item ſi propter hoc illegitimos filios miſit ad hoſpitale, vel ſeruos qui ſibi bene ſeruiebant: ſi nõ adhibuit diligentiã ad hoc vt boni eſſent: & mãdatum Dei & eccleſiæ obſeruarent: vt de confeſſione, cõmunione, auditione miſſæ, & de honeſtate, & huiuſmodi: & ſi notabilem

lem in hoc commiſit negligentiã, non curando,vel non corrigendo: mortale eſt, vel veniale graue. Si dixit vxori verba contumelioſa,vocando ſcortũ, & huiuſmodi: vel verberauit aſperè ſine cauſa rationabili, ſed ex iniuria: mortale eſt. Secus ſi aliàs ei dura,& aſpera verba loquitur. Si vxor contendit cũ viro in licitis rebus, nolẽs obedire,& ex hoc prouocãs eum ad blaſphemãdum Deũ vel ſanctos, vel ad aliud grãde inconueniẽs, mortale cõmittit: ſi eſt occaſio data ad hoc. Si vir permittit vxorẽ facere plurimas vanitates, aut ornatus, uel tripudiatus,& huiuſmodi,& alia multum prouocantia ad laſciuiã, mortale videtur, ſi vero non ſit multus exceſſus,veniale videtur.

Mater q̃ mittit filias ad choreas & alias mundi vanitates, & non ducit ad miſſam, confeſsionem, & communionem, peccat mortaliter: & non videtur poſſe excuſari à mortali. Si dominus vel domina non prouidit neceſsitatibus corporalibus ſeruorũ, & ancillarum & infirmos mittit ad hoſpitale, & non curat de neceſsitate vel honeſtate vitæ eorũ:vel non dat eis habilitatem

ad confitendum, communicãdum, audiendum miſſam cùm poſsit; vel facit in feſtis laborare, mortale eſt in quolibet horum. Si nimis durè vel nimis remiſsè aliàs ſe habuit in gubernatione familiæ, in quo oẽs delinquunt etiam perfecti communiter, veniale eſt. diſtin. xxv. cap. qualis.

Quintum præceptum, de homicidio,

CAPVT VNICVM.

NOn occiſor eris. Et primo quære ſi occiderit extra ordinem iuris aliquem voluntariè: vel præter intẽtionem à caſu, dando operam rei illicitæ: vt in ludo noxio, ſicut ad ſaxa, vel etiam rei licitæ: ſed non adhibendo debitam diligẽtiam, vt proiiciendo tegulas de tecto, mortale eſt: & caſus Epiſcopis reſeruatus. Item ſi ex neceſsitate euitabili, & etiam ineuitabili ad quam peruenit ex culpa: putà quia adulter eſt inuentus à viro mulieris adulteræ, qui vt mortẽ euaderet, eum occidit. Interrogandum eſt de cauſa homicidij: ſi iudex occidit aliquẽ innocentem ſecundum iura, vel aliquem nocentem ſed præter, ordinem iuris, vel ſecundum proceſſum ordinarium, ſed non

habens

habens legitimum dominium, vel habens poteſtatem,ſed nõ ex iuſtitia, ſed ex vindicta,vel auaritia; vel credulitate:& eſt caſus Epiſcopalis,niſi in vltimo puncto in ij. parte ſum.titu.vij.cap.viij.§.j.

Si mulieri grauida quæſiuit abortũ per medicinas vel labores,vel per aliũ modum, etiam ſi non ſequatur effectus, eſt mortale in ea:& in quocũq;conſulente & cooperãte ad hoc,non tamen eſt caſus Epiſcopalis.

Si verò ſequitur effectus:& puerperium erat formatũ in vtero,homicidiũ eſt in ea; & in cooperante,& conſulente: vnde caſus Epiſcopalis eſt. In aliquibus etiã locis ſinõ ſequitur effectus per ſynodales cõſtitutiones,eſt Epalis & alicubi,eſt excõicatio.

Si occidit mater filium vel filiam ſponte ad occultandũ crimen ſuum, grauiſsimum eſt:& multo plus ſi nõ baptizatum, ſi pater filiam, vel frater ſororẽ fornicantem: ſi vir vxorem propter adulteriũ:ſi vxor virũ propter odium vel amorem ad aliquem alium ſi filius patrẽ vel matrẽ ex ira, vel auaritia: vel fratrem frater,grauisſima ſunt & digna magna pœnitentia, & Epiſcopo reſeruata.

Et nota, quòd Epiſcopi ſolent communiter eos mittere, qui ire poſſunt pro caſu homicidij ad pœnitentiarios curiæ: ad terrorem incutiendum. Si tamen volunt, poſſunt abſoluere tales per ſe, vel per alios: ideo Papæ non reſeruatur.

Si mater vel nutrix ſuffocat filium vel filiã, quem tenet iuxta ſe inaduertenter opprimens, mortale eſt propter negligẽtiam, & eſt Epiſcopalis. Si mulier grauida pręter intentionem abortitur, ſi cõmiſiſſet ibi notabilẽ negligentiam: puta quia nimis ſaltauit, vel quia nimis inordinatè laborauit, vł propter inordinatas laſciuias, nõ eſſet abſque peccato mortali.

Item in viro vel alio percutiẽte eã vnde hoc ſequitur. Secus verò ſi non eſſet in cauſa. Si quis etiam non occidit, tamẽ mutilat aliquod mẽbrum, vel reddit inutile alteri extra ordinẽ iuris, vel vulnerat, vel aliàs percutit aliquẽ ex iniuria, peccat mortaliter.

Item ſi iniuſtè incarcerat, vel tenet per violẽtiam, ne liber poſsit abire: niſi faceret per punctũ temporis ad impediẽdum malũ eius. Si clericum etiã habentẽ tantùm pri-

mam tonſuram,eſt excommunicatus.

Si quis verbo vel mandato,ſcilicet mandato perſuadẽdo, conſulendo, ratificando, vel incitãdo cooperatur aliquod prædictorum,vel mortẽ,vel corporalẽ læſionem,peccat mortaliter, ẽt ſi non ſequatur effectus. Sed ſi ſeqtur effectus, grauius eſt, & ſi percuſſus vel incarceratus huiuſmodi eſſet clericus vel religioſus,in quolibet prædictorũ caſuum percutiens vel includens eſt excõmunicatus:niſi eſſet prælatus eius, qui hoc faceret cauſa correctionis.Et vbi in prædictis,ſcilicet mãdato,cõſilio, cooperatione, vel facto:ſi eſſet enormis iniuria facta clerico vel religioſo, non poteſt abſolui citra ſedẽ apoſtolicã, vel legatum, vel ſummum pœnitentiarũ. Secus verò ſi non eſſet enormis iniuria, de huiuſmodi materia habes diffusè in iij.parte ſum.tit.xxv.c.j.

Enormis iniuria dicitur quando ad mutilationem mẽbri, ſeu effuſionẽ ſanguinis magnam. ſ.per vulnus illatum, proceſſum fuerit,aut ſi in Epiſcopũ,vel in Abbatẽ proprium manus violenta iniecta ſit: vt c.cùm illorũ.extra de ſent.excõ.Aut enim dicitur

enormis arbitrio boni viri ex circunſtãtijs locorum,tẽporum,& perſonarũ: vt inſti.de iur.natur.§.atrox. Vel ſi eſt facta religioſo, qa nõ abſoluitur talis citra ſedẽ Apoſtolicã vel legatũ eius,vel eius ſummũ pœnitentiarium: ſecus verò eſt ſi nõ eſſet enormis.

Si quis interfecerit, vel mandauerit, vel fecerit interfici aliquẽ Chriſtianũ per aſſaſſinos,etiã ſi non ſequatur effectus,eſt excõmunicatus, & depoſitus omni gradu,ordine,& dignitate ſeculari, vel eccleſiaſtica. Similiter receptor & defenſor huiuſmodi aſſaſſinorum.ca.pro humani.de hmõi.lib.vj. Dicuntur aſſaſſini quidã hæretici. vide de hoc in iij.parte ſum.tit.xxiiij.c.xxxvj.

Si quis deſiderat mortẽ alterius deliberata ratione in malũ alterius ſiue ex odio, ſiue inuidia,ſiue ex auaritia,vt habeat eius bona,vel ex luxuria, vt aliã accipiat, vel ex ſuperbia, vt in prælatione ſuccedat: vel ex acedia,ne habeat cauſam,ſiue laborem gubernandi eum: vel etiam vt ſit magis liber: & nõ habeat corripientẽ in quolibet horũ, eſt mortale. Secus aũt ſi hoc deſiderat,nec ipſemet vel ille Deum amplius oſtenderet,

vel

vel ne peior efficeretur, aut ne bonis perſonis vel eccleſiæ Dei noceat, ſicut tyranni. Si verò quis ex impatientia, & ira percutit ſeipſum iniurioſè, peccat mortaliter, & ſi clericus, eſt excommunicatus.

Secus ſi ex zelo deuotionis ad reprimendam carnē, vel tētationes. Non tamē licet abſcindere aliquod membrum, aliàs peccaret mortaliter, & efficeretur irregularis, & ſi eſſet clericus, eſſet excommunicatus. Si occidiſſet vel vulneraſſet aliquem in loco ſacro eſſet ſacrilegium, & eccleſia violata. Si per violētiam etiā ſi ſit officialis, & eduxerit malefactorem, vel debitorem de loco ſacro, vel fecerit capere eum, peccauit mortaliter. Si fecit vel fieri fecit torneamentū, vel aliud ſpectaculum vbi ſit periculum vitæ, mortale peccatum eſt.

Sextum præceptum, de luxuria actuali & ſpeciebus eius.

Capvt vnicvm.

NOn mechaberis. Luxuria actualis quæ committitur extra matrimonium, ſemper eſt mortale peccatum in omnibus ſpeciebus ſuis, quæ oēs hic ponuntur, quia di-

ſtinctè oportet eas confiteri, vel interroga re confitentes, ſi à ſeipſis non dicunt: nullo modo tamen neceſſe eſt interrogare de his omnibus, niſi neceſsitas cogat, ne quis addiſcat, quod neſcit, ſed prout cõuenit perſonis quæ confitẽtur. Et cum habetur vltima ſpecies, non eſt ultra deſcendendũ ad alias particulares circunſtãtias non neceſſarias: & cauto & honeſto modointerrogãdũ eſt.

Si cognouit ſolutus ſolutam, quæ dicitur fornicatio: & ſi eſt meretrix vel ſerua ſua vel alterius, vel vidua, & etiam ſi tales induxit ad peccatum.

Si tenuit concubinam & quãto tẽpore, quia vltra fornicationẽ eſt ſibi ſcandalum ꝓximorũ, quia publicũ licet ſit fornicatio.

Si virginem defiorauit extra matrimonium, quod dicitur ſtuprũ, & ſi eduxit eam promittendo ducere in vxorem, cogendus eſt in foro conſcientiæ, vel ducere eam in vxorẽ ſibi, vel eã dotare ſi põt: & iniuriatus eſt parẽtibus eiuſdẽ, ſi hoc neſcierũt. Si ipſe ſolutus cognouit vxorẽ alterius, vel ipſe vxoratus cognouit ſolutã, quod dr̃ adulteriũ: & eſt duplex qñ vterq; eſt coniugatus.

Si in-

Si intulit violẽtiam alicui,quod dicitur raptus : & ſi contra voluntatem parentum, grauius eſt.

Si intulit violẽtiam nuptæ, vel virgini, vel moniali,grauiſſimum eſt.

Si cognouit conſanguineam ſuam , vel conſanguineam vxoris ſuæ: vſque ad quartum gradum conſanguinitatis vel affinitatis:& dicitur inceſtus.

Idẽ de muliere,quæ permittit ſe cognoſci à conſanguineo viri ſui.

Si cum moniali ſcelus eſt operatus , vel cum habente profeſſionem caſtitatis, & dicitur ſacrilegium.

Idem ſi mulier cũ clerico,religioſo,prę-lato,ordinato,& huiuſmodi.

Si cognouit cõmatrem vel quam tenuit ad baptiſmum filiã ſpiritualẽ , vel chriſmæ vel quam audiuit in confeſſione: & dicitur inceſtus vel ſacrilegium . Idem de muliere quæ cum compatre ſe miſcuit uoluntariè.

Si per ſemetipſum uigilans, & uoluntarius ſe polluit & dicitur mollicies ſiue manibus proprijs,uel alijs modis:de modo nõ eſt interrogandum.

Si

Si cum maſculis operatus eſt turpitudinem, vel fœmina cum fœmina, vel vir cum muliere extra vas debitum: & dicitur vitiũ Sodomiticum.

Si cum brutis operatus eſt nefas,& cum quibus,& dicitur vitium beſtialitatis.Si in diebus feſtiuis aliquod horũ operatus eſt, quia grauius eſt. Secundum aliquos verò neceſſe eſt confiteri huiuſmodi circunſtantiam,quia mutat ſpeciem peccati.

Si in eccleſia, in loco ſacro aliquod prædictorum cõmiſit, quod dicitur ſacrilegiũ: & per hoc violatur eccleſia: & ſi iſtud eſſet manifeſtum,eſſet reconcilianda eccleſia.

De peccatis verò,quæ committuntur in coniugio,ſcilicet tactibus,& actibus inhoneſtis,& oſculis,ac verbis, & huiuſmodi:dicetur infrà in c.de luxuria. Nota tamen, ꝙ de iure communi peccata luxuriæ nõ ſunt reſeruata Epiſcopis: nec pro aliquo illorũ eſt lata ſententia excõmunicationis à iure ſed cõmuniter per ſynodales cõſtitutiones Epiſcoporum aliquos ex dictis caſibus ſibi magis reſeruãt,vt inceſtũ,ſacrilegium,ſcilicet cum monialibus. Aliqui verò Epiſcopi

 vitium

vitium beſtialitatis. Alij etiã vitium Sodomiticum, & quidam alia, in quibus eſt lata ſententia excommunicationis per ſynodales conſtitutiones. Et ideo quære in diœceſibus in quibus audis confeſſiones.

Septimum præceptum de furto de non faciendo, & de vſura quæ diuerſis modis ſit, & habet cap. viij.

Cap. I.

FVrtum non facies. De vſurpatione rei alienæ, quæ in hoc præcepto ꝓhibetur. Nota, ꝙ in omnibus infraſcriptis ſpeciebus eſt mortale peccatum: & tenetur ad reſtitutionem ei à quo res capta eſt. Quod ſi ille ignoratur, vel nõ inuenitur, pauperibus eroganda eſt: & non ſolum qui accipit, ſed etiam hæres eius: ſi tamẽ de bonis eius ad eum peruenit. c. Michael. extrà de vſur.

Circa vſuram, quære primo ſi mutuauit pecuniam numeratã, vel aliquid eorũ quæ vſu conſumuntur, vt frumentum, vinum, & oleum: & huiuſmodi intẽtione aliquid recipiendi vltra ſuum capitale: & illud plus quod accepit tenetur reſtituere.

Si mutuauit ſuꝑ pignus rei mobilis. puta veſtis,

tà veſtis,equi,& huiuſmodi:uel immobilis, ut domus,agri,& huiuſmodi: & interim ac cipit uſumfructum pignoris, dum alius tenuit pecuniam ſuam,uſura eſt.

Excipitur tamé caſus, quando gener ac cipit poſſeſſionem in pignus à ſocero ſuo, quouſque dat ſibi dotem, & ſuſtinet onera matrimonij, nutriendo uxorem ſuam, extrà de uſuris.c.ſalubriter.

Si poſuit pecuniã penes mercatorem uel artificé,cum intétione aliquid percipiendi utilitatis,licet non fiat pactum de hoc: ſed ponit in diſcretione eius uolens in omni caſu capitale ſuum ſaluum,uſura eſt.Sed ſi uult ita participare de damno ſicut de lucro, tunc licet etiam cum pacto, & in hoc ſolent etiam offendere mulieres de dotibus ſuis:& dicũtur uulgariter depoſita: ſed uſura eſt ca.pleriq;. xiiij.q.iij.in tex.& glo.

De ſoccedis animalium.

Si in ſoccedis animalium pecorã,boum, & hmõi,ita paciſcitur,vt capitale ſit ſaluũ, eſt vſura.Sed ſi non eſt ſaluũ, ſed nimis gra uatur vna pars,non eſt vſura,ſed iniuſtitia.

Si in emptione fructuum terræ vel aliarum

rum

rum rerum ex eo quod ante per aliquos mẽſes quàm reciperet fructus,vel alias res ſoluit pretium : & propter hoc emit minus iuſto pretio : vt ſi valebat decem, emit pro nouem:vſura eſt. Secus ſi faceret hoc quia veriſimiliter poteſt etiam minus valere, quàm illud quod ſoluit,videlicet octo.

De venditione ad terminum.

Si vendidit ad credentiã ſeu terminum, pãnos laneos,lineos,de ſerico vel alia quæcunq; maiori pretio quã ad contẽtos: quia ſi vendidit ſic plus iuſto pretio ratione dilationis, vſura eſt.Si verò non vẽdidit plus iuſto pretio:ſed non vult facere ita bonum forum ei ſicut illi qui dat pecuniã numeratam ſibi:nõ eſt vſura.Tho.in opuſ.lxxvij.& extrà de vſu.c.nauigãti.& c.in ciuitate tua.

De cambijs.

Si fecit cambia,& ſi minuta putà de vno floreno aureo ad monetam, vel econuerſo accipiendo aliquid ſecundum communem curſum,non eſt illicitum.

Si fecit cãbia realia per literas de loco ad locum:& non ficta: eſt licitum moderatũ lucrum.Si fecit cãbia quæ vulgariter di-

cuntur ſicca: vt per Venetos à libre de groſ ſi, vſura eſt: quia realiter ibi eſt mutuum: & ſub ſpe lucri. Hæc frequentantur Florētiæ. Si tutor vel curator pupillorũ, vel procurator & factor cuiuſcunq;, pecuniã pupillorũ vel patronorũ dedit ad vſurã in vtilitatē illorũ, vltra peccatũ mortale cõmiſſum in caſu quo illi nolint vel nequeant reſtituere: quia illi q habuerũt vtilitatē principaliter tenentur, ſed nõ reſtituētibus illis, tenetur procurator, tutor, curator, & huiuſmodi. Si quis emit agrũ, vel domum multo maiori pretio quã valeat intendēs quod vēditor re emat ab eo: & deducēs hoc in pactũ, & ipſe interim fructus recipiat: vſura palliata eſt.

De mutuantibus ſub ſpe.

Si quis pp pecuniã mutuatã alqñ petit vel ſperat principaliter habere ab eo aliquod obſequium, vel vtilitatē quæ pretio poſſit æſtimari: vt opera laboratorũ, vel bouum ad colendum terras, vel mutationem iumentorum, vel aliquod donum: vel vt procuret ei officium vel beneficium eccleſiaſticum vel ſeculare: vel quod det ſibi propter hoc plus de fructibus terræ eius quam

colit,

colit, vſura eſt. Et quando propter hoc non ab eo qui mutuauit, ſed ab alio vt à Domino vel à communitate recepit vtilitatem, ex inde debet illud pauperibus erogare.

De accipientibus ad vſuram.

Si quis accipit mutuò ad vſuram, non ad prouidēdum ſuæ neceſſitati, ſed vt det ipſe ad vſuram, vel ludat, vel alias male vtatur: peccat mortaliter, hęc vide in ij. parte ſum. tit. j. ca. ix. §. vlti. Idem ſi eum inducit qui alias non erat fœneraturus. Pe. de Palu.

De faciētibus ſtatuta in fauorem vſurariorū.

Si fieret ſtatutum in aliqua ciuitate vel caſtro, vel loco, quod vſuræ ſoluantur: vel quod ſolutæ non poſſint repeti: aut repetitæ non debeant reſtitui, excōmunicati ſunt qui faciunt huiuſmodi ſtatuta: & qui iudicāt ſecundum ipſa. Vnde illi qui faciunt capitula cum Iudæis, vt Domini, & cōmunitates, cōtinentia quod poſſint fœnerari: vel quòd non poſſint repeti in iudicio vſuræ extortæ ab eis, & huiuſmodi: videntur incidere in hanc excommunicationem. Domini verò qui hoc faciunt: & ciues qui hoc conſulunt, extrà de vſu. in cle. c. ex graui.

Cap.

Cap. II.

DE emptione verò denariorum montis, vt florentiæ:vel impreſtitorum, vt Venetijs:vel locorum,vt Ianuę:quia aliqui ponunt contractum eſſe vſurarium : alij verò non,ſcilicet contrarium tenentes:ideo nemini conſulas,vt faciat cõtractum: factum verò ſi potes inducere vt poſt mortẽ ipſius vel vnius alterius finiat,vel ſatisfaciat communicati, vel det pauperibus, bonum erit. Si verò non vult adhærens opinionis contrariæ, non facile condemnes : quia in huiuſmodi ſecundum doct.non eſt præcipitã da ſententia. De his & alijs ſupradictis habes in ij.parte ſum.ti.j.cap.de vſu.

De fraudulentia qua in multis committitur.

Cap. III.

DE fraudulentia quæ fit vel in rei ſubſtãtia vendendo vnam rem pro alia, vt vinum limphatum pro puro : carnes pecudinas pro caſtratis , ceram & aromata cum alijs mixturis:uel in quãtitate quando mẽſuras & pondera diminuta: puta uncias nouem,pro libra:uel in qualitate:ut rem prauam pro bona:ut pannum,ferrum,corium,

aromata, animalia, defectuoſa, fructus, & huiuſmodi: & in his ſi notabiliter damnificauit proximũ, peccauit mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem. Si parum nec plus intendẽs venialiter: & pauperibus erogetur.

Si vendidit rem aliquam multo maiori pretio quàm valebat ſecundum communem æſtimationem illius temporis aduertenter: peccauit mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem ſi proximus notabiliter læditur: ſecus ſi parum. Item ſi emit maiori pretio quàm valeat ex ignorantia venditoris.

Si fraudauit iuſtas gabellas & pedagia, tenetur communitati reſtituere. ſi multum vel etiam parum: ſed tamen intendẽs multum, mortale eſt. de hac materia vide in ij. parte ſum. tit. j. ca. xiij. §. vj. & vij.

Domini qui grauãt ſubditos in collectis iniuſtis, tenetur ad reſtitutionem, & qui diſtribuunt præſtantias, ſcienter grauãtes aliquem, vltra debitũ tenẽtur pro damnis. Et de hoc habes in iij. parte ti. iij. c. iiij.

De falſificatione. CAP. IIII.

SI quis falſificauit aliquod inſtrumentũ vel falſo ſcienter vtitur: vltra mortale te-

netur ad omne damnum quod inde ſequit.

Si quis falſificauit literas Papales, vel fal ſificatis ſcienter vtitur, excommunicatus eſt: cuius abſolutio Papæ reſeruatur.

Si quis ex falſa cauſa ſuggeſta, quæ expreſſa non obtinuiſſet beneficium quod recipit licet non ſit excommunicatus, tamen tenetur ad reſtitutionem eius quod ſic recepit, ſeu ad renuntiationem beneficij, vel reſignationem: & huiuſmodi.

Si quis falſificauit monetas, vltra peccatũ tenetur ad reſtitutionẽ. Itẽ ſi falſis ſcienter vtitur: & ẽt ipſe in hmõi fuit deceptus.

Si quis falſificat menſuras vel põdera ciuitatis vel cõmunitatis, vel falſis ſcienter vtitur: vltra mortale, tenetur ad reſtitutionẽ & omnium damnorum inde ſequentiũ.

Si quis falſificat literas prælatorum, vel ſigilla, vel aliorum, vltra mortale, tenetur ad ſatisfactionem omnium dãnorum inde ſequentium. Idem de falſificante libros vel alias ſcripturas in damnum aliorum.

Et nota quòd contra falſificantes inſtrumenta, vel literas, vel alia in aliquibus locis, lata eſt ſententia excommunicationis

per

per conſtitutiones ſynodales.

Excommunicatio Papalis.

Si quis in bullis Papalibus apponit vel remouet vnã literã, vel punctum, ſecũdum Hoſti. eſt excõicatus excõicatione Papali, quæ fit in curia: nã in iure cõmuni non habentur: & hoc ſi bullæ habent vigorẽ, Nam ſi expiraſſet earũ valor: puta quia erat gratia ad tempus & expiraſſet: ſi totum raderet, non incurreret quis excommunicationem nec aliquam pœnam. Richard.

De iniuſtitia quæ fit in indicio.

CAP. V.

De iniuſtitia verò quæ fit à iudicibus, aſſeſſoribus, aduocatis, procuratoribus, & notarijs, & de quibus debent interrogari, dicetur infrà.

Si officialis quicunq; dat iniuſtam ſententiam, ſcienter vel ex ignorantia craſſa & ſupina, tenetur parti læſæ ad ſatisfactionem omnis damni, niſi ſatisfaciat ille pro quo eſt lata ſententia: & ſimiliter aſſeſſor vel alius qui ad hoc cooperatur: & peccant omnes mortaliter, aduocatus & procurator qui ſciẽter defendũt iniuſtam cauſam,

ſi obtineant. Similiter tenetur parti læſæ ad ſatisfactionem inſolidum:ſi non ſatisfaciat clientulus. Idem ſi perditi iuſtam cauſam ex ignorantia craſſa vel negligentia.

Accuſator & teſtes ſcienter procedentes contra aliquem falsò, tenentur de omni dano ipſi accuſato:& peccant mortaliter.

De furto. Cap. vi.

SI quis rē aliquā occultè inuito domino non ſolū ſi abſtulit ab extraneo, ſed etiā filius parentibus, vxor viro, ſeruus Domino, diſcipulus magiſtro, ſocius ſocio, conſanguineus conſanguineo: furtum eſt, ſi eſt quid notabile dānum: vnde & mortale: & tenetur ad reſtitutionem: ſecus ſi quid minimum: vt aliquos fructus, & quatrinum:& huiuſmodi, Si rem ſibi mutuatam retinuit vel etiam rem alterius, venientem ad manus eius, non reſtituit furtum fecit niſi ille tantundem haberet de ſuo certitudinaliter, quod non vult reſtituere.

Si inuenta quæ non habentur pro derelicto non reſtituit: ſed ſibi retinuit:& ſi poſt inquiſitionē nō reperiatur cuius ſunt inuēta, debet pauperibus eroga, er alias eſſet

peccatum

peccatū mortale:niſi ipſi vt īdigēti darent.

De theſauris inuentis multum ſtatur cō ſuetudini de hac materia uide in ij. parte ſum.ti.c.xv.§.ij.

Si vſus eſt pignore ad ſui vtilitatem contra domini rei uoluntatem.

Si uſus eſt re commodata ad aliū uſum quā fuerat cōmodata:vel re depoſita, ſine ſentētia deponentis:niſi præſumat dominū rei eſſe cōtētū:tenetur de humōi utilitate.

Si religioſus dedit de bonis monaſterij ſine licentia ſuperiorum, habita vel pſūpta.Itē ſi aliquid occulte recipit vel retinet qđ eſt mortale, & proprietarius. Si p̄latus expendit bona eccleſiæ in turpes vſus:& deputata reparationi eccleſiæ,vel pauperib', vel bona monaſteriorū, peccat mortaliter.

Si aliquis recepit à religioſis aliquid ſine cauſa rationabili:vel pro turpitudinevel lucri acquiſitione,vel cauſa amicitiæ & parentelæ ſine aliqua indigentia.

De ſacrilegio quod committitur circa res ſacras.

Cap. vii.

De ſacrilegio quod eſt circa res ſacras. Si impoſuit vel dedit ſuper hoc con

ſilium vt imponerétur collectæ clericis ſiue eccleſiaſticis perſonis, non habita licétia à Romano Pontifice: & ſi ſecutus eſt effectus, vltra mortale, tenetur ad reſtitutionem. Et niſi poſt admonitionem deſiſtat eſt excommunicatus.

Si fecit vel fieri fecit ſtatuta cõtra libertatem eccleſiaſticam: vel conſuluit fieri vltra mortale, tenetur de damnis factis: eſtq́; excommunicatus ipſe, necnon ſcriptores, & iudicantes ſecundum ea.

Si vſurpauit patronatum de nouo alicuius eccleſiæ vacantis, vel monaſterij, vel locorum piorum, vel bona ipſorum locorum vacantium, eſt excommunicatus.

Si abſtulit res ſacras vel calices & paramenta de loco ſacro: aut rem ſacrã de loco non ſacro, & furãs in eccleſia res nõ ſacras.

Si effregit locum ſacrum vt portas eccleſiæ: vel locum religioſum, vel portas conuẽtus, vltra peccatum & obligatiõnẽ, ad reſtitutionem tenetur de iniuria & de damno: & eſt excommunicatus: & ante denuntiatiõné poteſt abſolui à diœceſano. Poſt denuntiationé verò ſolùm à Papa vel pœnitẽtiario.

tiario.c.conqueſti.extrà de ſenten.excom.

Si fècit incẽdium ſtudiosè in loco ſacro vel religioſo, idem iudicium eſt, ſicut de ef fractore:vbi ſuprà per idem c.peruenit.

Incendiarij aũt aliorum locorum de iure communi non ſunt excommunicati. In aliquibus autẽ locis ſic per ſynodales conſtitutiones. Si legata facta eccleſijs, vł alijs pijs locis, aut pauperibus non ſoluit integrè,& ſi nimis differt.ex negligẽtia,vel auaritia quia eſt ei incommodum;peccat mortaliter : niſi impoſſibilitas eum excuſet : & alicubi eſt excommunicatio ſynodalis: vide in ij.parte ſum.tit.j.c.xxj..§.iij.

Si clericus recipit beneficiũ ſimoniacè; vltra vitiũ ſimoniæ oẽs fructus illius bñficij furtiuè accipit, & tenet̃ ad reſtitutionẽ.

Si prçlatus eccleſiæ ex dolo vel latã culpa admittit bona eccleſiæ:tenetur ad reſtitutionem.

Si non dedit laicus decimas, vbi conſuetum eſt dere,tenetur ad reſtitutionem.

De rapina violenta. Cap. viii.

RApina eſt quando res iniuſtè auferuntur & per violentiã. Si rem alterius ra-

 puit:

puit:vltro mortale,& reſtitutioné ad quam tenetur,debet etiam petere veniam,ſi commodè poteſt de iniuria violenter illata.

Si quis eſt pirata prædans,in mari quoq; indiſcrẽter, vltra mortale & reſtitutionem ad quam tenetur eſt excommunicatus Papali excõmunicatione: vt patet per proceſſum qui fit annuatim in curia cõtra huiuſmodi.Secus verò eſt de illis qui faciunt hoc præciſe cõtra illos cũ quibus habent bellũ.

Si quis eſt deprædatus romipetas, vel eũtes vel redeuntes ab vrbe Ro. vel deprædatus eſt portantes neceſſaria ad vſum curiæ,eſt excommunicatus à Papa.

Si in bello iniuſto deprædatus eſt etiam inimicos, vltra mortale & reſtitutionem, non debet abſolui niſi diſponat in illo: & in omni alio iniuſto nunquàm ſe reperire.

Si in bello iuſto abſtulit ab amicis, ſicut faciunt ſtipendiarij, vel ab eccleſiis inimicorum,tenetur reſtituere.

Si inuaſit hoſtiliter,vel diſcurrit per terras eccleſiæ, vltra peccatũ & reſtitutionem, eſt excommunicatus excommunicatione Papali per proceſſum curiæ annualem.

Nota quod oēs dātes conſiliū ad aggrediendū,ſiue ſumendū aliquod bellū iniuſtū, ſine quorū conſilio non fuiſſet factum, vel fieri non poterat,tenentur inſolidū de omnibus damnis inde ſecutis hoc Ray. & alij.

Si participauit ī crimine rapinę vel furti, vel alterius iniuſtę dānificationis in aliquo infraſcriptorum modorū,qui cōtinentur in his verſibus.Iuſſio,conſilium,conſenſus,palpo recurſus.Participās, mutus, non obſtans,nō manifeſtās.Tenetur inſolidum, id eſt in totum de omni dāno ſecuto, quouſq; iſti qui paſſus eſt ſatisfactum ſit. Intellige tñ hoc cum diſtinctione, videlicet ad primum verſum de tali iuſſione, vel conſilio,vel cōſenſu cooperationis,vel palpo, id eſt,adulatione,vel recurſu,id eſt, receptione latronū,vel rerū ablatarū: tali dico adulatione & recurſu, quòd ſine huiuſmodi nō fuiſſet facta rapina vel dānum,aliàs non tenetur,niſi in quantū perueniſſet ad eum de re, rapina:vel de quanto dāno feciſſet cum ſuis:vel de quātum plus fuiſſet factum propter aliquod prædictorum ab ea factorum.

Quātum ad ſecundum verſum no. quòd

non

non obſtans:non manifeſtans, & etiam mu tus tenētur quando ſunt officiales: & poſſunt impedire damnum, & non faciunt: aliàs non tenentur ad reſtitutionem: licet peccent, ſi poſſunt impedire damnum, & non faciunt. Tho.in.iiij.di.xv.q.j.art.v.q.iij Item ij.ij.q.lxij.art.vij.Pe.& Alb. Item etiā plura dicit vel plura de his referuntur ſuper c. ſicut dignum de homici.

Quantum ad participationem, iſtud fieri poteſt multipliciter. Vno modo cooperando cum alis ad rapiendum: & tunc ad illud tenetur quod recipt, vel dānificauit: ſi non fuit in cauſa principali, vel caſu. Secundo modo recipiendo per viam doni de rapina: & ad illud tenetur ſi recipit. Tertio modo per conſumptionem rapinæ: vt victus, veſti tus, & huiuſmodi, ſicut famuli raptorum, & famuli vſurariorum, qui habent omnia de rapina, vel vſura: & tenentur ad illud quod conſumunt. Quarto modo per donationē, vt maritus: qui ſciebat ſocerum nō habere niſi bona rapta & vſuraria, non poteſt recipere dotē: & ſi recipit, tenetur reſtituere. Si autem filia remanet vidua: tenetur reſtitue-

re dotē :quia de alieno eſt: ſed ſi neſciebat eſſe,tūc diuerſa eſt opinio inter doc. vtrum teneatur maritus eius, vel filia :ſed filia videtur teneri. Quinto,per emptionem rei raptæ vel furatæ: & ſi ſcienter fecit ob ſui vtilitatem, vltra mortale, tenetur ad reſtitutionem,ſi inuenit dominū rei. Si verò non re[illegible]erit,pauperibus erogare tenetur,vel pretium eius etiam ſi iam cōſumpſiſſet. Si verò ignoranter ſiue ignorantia iuris, ſiue facti,à peccato poteſt excuſari:ſed quando ſcit:tenetur ad reſtitutionem: ſed nondum diſtraxit,etiam ſine pretio petito à domino rei:ſed repetat à venditore ſi poteſt.

Item de omnibus qui ſucceſſiuè emerēt rem hanc niſi prius diſtraherēt illam rem quia bona fide diſtraxerūt vendendo: non tenētur ipſi,ſed emens eam de hac materia vide in ij.parte ſum.ti.j.c.xij.§.ix &x. Itē tit.ij.c.j.§.viij.

Qui impedit aliū iniuſtè à cōſecutione alicuius officij, vel beneficij, vel officij eccleſiaſtici, vel ſcholaris: vbi ſibi erat iā ius acquiſitū tenetur ad ſatisfactionē talis dāni. Si autem nondū erat ſibi ius acquiſitū,

ſed erat in via acquirendi tenetur ad arbitrium boni viri quantū poteſt illud dānum in ipſo dubio æſtimari. Similiter & qui deijcit iniuſtè aliquem ab obtēto iuſtè, vel aliter procurat eijci. Secus cū iuſtè procedit. Tho.ij. ij. q.lxij.artic.ij.ad.iiij. Qui infert damnum quod in ſpem reſtitui non poteſt, vt mutilatio membri cum quo ille lucrabatur: videlicet manū in ſcribendo, virginitatē alteri auferendo, præcipuè per violentiā, & ſeductionē mortem inferendo alicui qui ſub labore nutriebat familiā, tenetur ſatisfacere ad arbitriū boni viri. Qui ſcienter dando ad vecturā, vel vēdendo æquū claudicantem, vel aliter nociuum, & non illi indicando: vnde emptori vel conductori ſequitur nocumentum: tenetur ſatisfacere de huiuſmodi ad arbitrium boni viri.

Si mulier ſupponit ſibi alienum partū, vel concepit de adulterio neſciente viro, tenetur viro de omnibus expenſis factis filio putatiuo: & conſanguineis, id eſt, filijs vel alijs hæredibus de his bonis quæ peruenerunt ad eam. Non tamen tenetur mulier illa manifeſtare factum cum periculo vitæ

ſuæ.

ſuæ. Ray. Sed quomodo agendum ſit,vide in.ij.parte ſum.ti.ij.de reſti.c.viij.§.iiij.

Si exiſtēs camerarius, ſiue theſaurarius communitatis: qui vulgariter dicitur camerlengus: ſeu notarius, ſeu aliquod habens officium pro quo eſt ſufficienter ſalariatus,& nihilominus ab his perſonis cum quibus exequitur officiū ſuum puta facien do ſchedulas, & huiuſmodi aliquid exigit, vſurpatio eſt: nec puto quòd excuſet eum conſuetudo ſicut nec à rapina.Propter hoc enim ſtatuuntur ſalaria ne petat ab illis.vnde & peccat: & debet pauperibus erogare. Hoc dico,quia difficile eſſet dare quid proprijs perſonis cùm quid modicum ſit.argu. xiiij.v.q.c.non ſanè.

Si cum pecunijs communitatis quas habet in depoſito negotiatur. & ſi quid cum eis lucratur per contractus vſurarios,tenetur reſtituere vſuras ei à quo accipit.Si verò per contractum licitum, videtur teneri communitati ſaltem pro parte. vel partem pauperibus errogare tenetur.

Si quis ingreſſum in religionem educit vel per violētiā, vel per perſuaſiones, vltra

peccatum

peccatum mortale commiſſum, eſt excom municatus, cum violentiã infert perſonæ: & tenetur illum vel alium inducere ad religionem in ſatisfactionem: vel tenetur ipſe ingredi ſi non habet impedimentum ſecundum Pe.& Io. De eodem verò qui omnino intendit ingredi religionem,ſed nondum ingreſſus reuocatur per aliquẽ ab illo propoſito.Item dicunt quidã quando ſcilicet non eſt cauſa iuſta,puta quia in illa religione malè viuitur,ſed ex cauſa irrationabili.Hæc in ſecũda parte ſum.ti.ij.ca. ij.§.j.

Octauũ præceptum,Non eris teſtis iniquus.

De mendacio.

CAP. I.

DE mendacio. Si dixit mendacium perniciosũm,id eſt, quòd fit contra honorem Dei, vt in his quæ ſunt fidei, vel damnum notabile proximi ſpirituale, vel temporale,mortale eſt, ſecundum Tho. ij.ij.q. cx.ar.iiij.Verbi gratia, Si dixit fornicationẽ vel vſurã non eſſe peccatum mortale: Si negat,quòd ipſe vel alius debet dare proximo ſuo, quod ipſe nouit, & huiuſmodi. Si dixit mẽdacium in iudicio interrogatus à

iudice,

iudice, periurus eſt:& mortaliter peccau ſecundum Tho.ij.ij.q.cx.

Si dixit mendaciũ in cõfeſſione de neceſſariò cõfitendis,mortale eſt.Idẽ ſi in prędicatione ſtudioſè, mortale eſt:niſi ex ſurreptione, vel ſubita locutione ĩpręmeditatè.

Si perſona quę dicit mendaciũ ẽt officio ſum,eſt perſona autoritatis & magnæ reputationis,ſeu ꝑfectionis:poſſet per accidens talẽ mẽdaciũ eſſe mortale: ſi inde ſequeretur graue ſcandalum in mentibus hominũ.

Si dixit mẽdacium iocoſum,id eſt, cauſa ſolatij:vel officioſum,id eſt, ad vtilitatẽ aliquam conſequendam, ſpiritualem, aut temporalem, ſine nocumento alterius ſemper eſt veniale peccatum.Tho.ij.ij.q.xc.

Si dixit falſum teſtimoniũ contra aliquẽ in iudicio vel accuſauit ĩiuſtè,vltra mortale peccatũ, tenetur de oĩ dãno læſo:& ẽt ad reſtitutionem famæ:vt.ſ.dicat ſe falſum dixiſſe:ſed poſtquam ille eſt punitus, nõn tenetur propter periculum quod ei iminerct.

De detractatione. Cap. II.

DEtractatio eſt per quam aufertur fama alterius,& id multipliciter.

Si

Si quis imponit alteri aliquid falſum, ꝙ ſit notabile, mortaliter peccat: & tenetur ad reſtitutionem famæ, niſi ex hoc immineret ei magnum periculum. Tho.ij.ij.q. lxxiij.ar.ij.&.q.xl.art.ij.

Si ad peccatum alterius quod narrat, addit aliquid notabile vltra peccatũ, tenetur ad reſtitutionem famæ: ſi illud dictum importat infamiam.

Si peccatum alterius mortale cum eſſet occultum, ad diffamandum manifeſtauit alijs, peccauit mortaliter: & tenetur ad reſtitutionẽ famæ inquantũ poteſt, niſi illud crimẽ poſtea per aliã viam eſſet publicatũ.

Si peccatum alterius occultũ manifeſtauit, non intendens diffamare, vel aliàs nocere, ſed ex quadã loquacitate, non videtur mortale: niſi per accidens, videlicet ſi ex hoc ſequeretur diffamatio illius putà ꝙ audientes publicant.

Si accuſauit in iudicio, vel denuntiauit prælato crimen alterius, non zelo iuſtitiæ: ſed maleuolentia, peccauit mortaliter: ſed ad reſtitutionem famæ non tenetur ſeruato ordine iuris.

Si

Si fecit libellos famoſè, id eſt, ſchedulas, ſiue ſcripta in detractioné alterius ponens in loco publico vt legatur: aut cautiones, & huiuſmodi: mortaliter peccauit: & tenetur ad reſtitutionem famæ. Si peccatum alterius etiam manifeſtum, narrat ex odio & intentione nocendi, peccat mortaliter, ſed ad reſtitutionem famæ non tenetur.

Si autem ex loquacitate narrat, peccat venialiter.

Si defectus aliorum, quę ſunt peccata venialia cõmuniter recitauit ex loquacitate, vel aliqua indignatione, nõ eſt mortale peccatum, niſi ex hoc intenderet etiã diffamare. Si ſignificauit peccatũ alterius mortale, & occultũ, prælato vel parẽtibus, cõfeſſori, vel alijs qui ſunt perſonæ maturæ vt poſſit melius prouideri: quòd præcipue habet locũ cùm timetur de recidiuo, non eſt peccatũ: ſed charitas. Nota tamẽ cũ quis tenetur ad reſtitutioné famæ ſi falſum dixit, debet dicere his quibus dixit ſe falſum dixiſſe: nec excuſatur: quia fit ei verecundia magna.

Si autem dixit verum, non debet dicere illis ſe falſum dixiſſe: quia eſſet menda-

cium,ſed iniuſtè & malè dixiſſe.

Si quis narrat crimen alterius prout audiuit,dicés ſe audiuiſſe ſic ab alio dici:licet occultum,ex loquacitate,vel leuitate, non videtur mortale : nec tenetur ad reſtitutionem famæ: vel ſi eſt dubium de reſtitutione.

Si quis bona facta ab aliodixit mala intentione eſſe facta:videlicet propter hypocriſim & ſuperbiam , & huiuſmodi , intendens eum diffamare,peccat mortaliter.Idē ſi negat bona facta ab aliquo. Si etiam tacet bona quæ ſcit, cùm eſt neceſſarium ad liberandum proximum.

Si audiuit infamationes, & diffamationes aliorū. Nā ſi hoc facit quia delectatur de infamia eorum,peccat mortaliter.Si autē hoc facit quia delectatur de loquacitate ſed diſplicet infamatio aliorum, non videtur mortale. In prælatis autem qui poſſunt huiuſmodi probare & non faciunt, mortale videtur. diſtin.xxv. §. alias ea demum.in glo. De hac materia vide ad plenum in ij. parte ti.ſum.tr.ij.c.ij.§.iij.idem ti.viij.c.iiij. de detractione.

Nonum

Nonum præceptum de luxuria mentali, & eius ſpeciebus.

CAPVT VNICVM.

ET nota, quòd cogitationes committendi peccatũ luxuriæ, quæ ſimiliter cum cõſenſu rationis, ſemper ſunt peccata mortalia, & cõtra hoc eſt præceptum. Non deſiderabis vxorẽ ꝓximi tui: & ſunt diuerſarũ ſpecierũ, ſicut ſunt opera carnalia: licet nõ ita grauia mortalia ſicut opus exterius cõmiſſum. Et cùm dicit pœnitens ſe habuiſſe cogitationes quibus ex ratione conſenſit interroget confeſſor erga quas perſonas, & cum quibus habuerit: quia ſi erga coniugatam, eſt adulterium. Si ad ſolutã & ipſe ſit ſolutus, eſt fornicatio. Si cũ conſanguinea. eſt inceſtus. Si cum maſculo, eſt Sodomiticum. Si cum virgine extra matrimonium, eſt ſtuprum. Si cum religioſa, eſt ſacrilegium. Si per violentiam, eſt raptus.

Interrogandũ etiam eſt quoties habuit huiuſmodi cogitationes ad aliquam, quia toties peccauit mortaliter. Si per interualla temporum hoc fecit, videlicet ex ratione deſiderat fornicari cum aliqua, poſteà ve-

rò ſe occupat in aliquo negotio, vel cogitat de gubernatione domus, & huiuſmodi: & exinde iterũ deliberat fornicari, peccat denuo mortaliter,& ſic deinceps. Sed ſi cõtinuè verſatur ĩ tali cogitatione per horas, vnum tantùm peccatum eſt, ſed tantò grauius, quantò diutius perſeuerat cogitando.

Item ſi mutat cogitationes de vna perſona in aliã, vel ad diuerſam ſpeciem cũ eadẽ perſona, deliberãs de per ſe de qualibet, & ſemper de nouo peccat mortaliter. Vnde ſi cẽtum mulieres videret vnã poſt aliã, & ad quamlibet ſpecialiter animum determinat, centum mortalia committit. Secus ſi vna cogitatione hoc appetit, quia vnum eſt habens deformitatem tot peccatorum.

Interrogandum eſt ſi diebus feſtiuis diſcurrit per eccleſias, prouocãdo mulieres: & ſi philocaptus ex aliqua, ſecutus eſt eam & quanto tempore. Vide in ij. parte ſum. ti. j. c. xxj. §. vj. Quod dicitur de viro, idem dicendum eſt de muliere erga virum.

De delectatione moroſa in cogitatione infra dicetur in c. de luxuria. & plenius habetur in ij. parte ſum ti. v. c. j. §. v.

Si mulier cõtentatur habere amatores, & cũ perpendit aliquem ad aliquos prouocari vel eã amare carnaliter: ponit ſe ad feneſtrã, vel vadit per aliquẽ locum vt videatur ab eo: vel ponit ſe in eccleſia vel alio loco publico vbi diſcurrunt iuuenes ad prouocandum, mortale eſt, etiam ſi non appetat peccare cũ talibus: quia occaſionẽ ruinæ pręſtat. extrà de iniurijs & dam. da. c. ſi.

Decimum præceptum de deſiderio habendi res alienas.

Capvt vnicvm.

Non cõcupiſces rem proximi tui. Vltra præceptũ operis iniuſtæ vſurpationis diuerſarum ſpecierum, de quibus dictũ eſt, etiã interrogãdum eſt de deſiderio habito circa res alienas habendas, ſeu acquirẽdas iniuſto modo, quod deſiderium ſiue cogitatio cũ eſt cũ cõſenſu rationis, & alicuius rei notabilis, ſemper eſt peccatũ mortale, eiuſdẽ ſpeciei cuius eſt opus acquiſitionis, ſicut verbi gratia, deſiderãs habere vſuras, eſt ſpecies vſuræ. Si per rapinas, eſt rapina. Si per viam occultè, eſt furtũ. Si rem ſacrã, eſt ſacrilegium, & ſic de alijs. Ideo interro-

gandũ eſt, quomodo deſiderauit rẽ alienã, vt habeatur ſpecies peccati, quę neceſſaria eſt confiteri. In his tamen peccatis cordis, non tenetur ad reſtitutionem.

Nota etiam cùm quis damnificat proximum in minimo, ſi habet propoſitum damnificandi in multo ſi poſſet, peccat mortaliter. Vnde ementes & vendentes quandocũque parati ſunt decipere proximũ in multo ſi poſſunt commodè, mortaliter peccãt. licet actu in modico decipiant.

Incipit ſecunda pars interrogatorij, in qua tractatur de modo interrogandi pœnitentes, à confeſſore de ſeptem vitijs capitalibus, & eorum ſpeciebus. Et primò de auaritia, & habet cap. ix.

De auaritia, quæ eſt primum vitium capitale.

AVaritia tripliciter interpretatur, ſcilicet iniuſtè acquirendo, tenaciter retinendo, & inordinate amando: habetq; multas ſpeices, & malas.

Primus modus, ſcilicet iniuſtè acquirẽdi, eſt de quo ſupradictum eſt in præcepto, Non furtum facies. Reſtant tamen aliqua de quibus nunc dicemus.

Secundus modus, ſcilicet retinendi tenaciter.

citer. Et tertius, ſcilicet amandi inordinatè, poſtea inferius ponentur.

De Simonia,

Cap. I.

Simonia, quæ eſt circa ſpiritualia: & eſt ſemper peccatũ mortale in omni caſu. Nota tamen, quòd pecunia quæ recipitur ſimoniacè, non debet reſtitui ei qui dedit: ſed de neceſſitate debet pauperibus erogari, vel illi eccleſiæ, in cuius iniuriã data eſt. Si dedit pecuniam vel aliquid aliud, quod pretio poſſit æſtimari pro habendo aliquo ſacro, vt baptiſmo, euchariſtia, benedictione nuptiarũ, pœnitẽtia, ordinatione, chriſmate, & extrema vnctione: quaſi pretiũ huius ſacramẽti, cuius ſignum eſt quando datur vt pretium, & fit pactio cũ dante. Idem præſumitur, quando negatur ſacramẽtum, ſi nõ datur pecunia, ſimonia eſt: nec excuſat cõſuetudo. Secus verò eſt, ſi dat vt eleemoſyna, & gratis, non coactus, ſed ſponte: & ad ſeruandũ conſuetudinẽ non exactus. extrà de ſimonia. c. tua nos. Si clericus exiſtens accipit aliquid temporale pro aliquo ſacramento dato vel dando vt pretiũ eius,

vel quia aliter non dediſſet, ſimonia eſt.

Si dedit aliquid quod pretio poſſit æſtimari, p aliquo beneficio eccleſiaſtico ſimplici vel curato obtinendo, ſimoniam commiſit. Sed ſoluendo taxam curiæ & bullas, non reputatur ſimonia.

Si pro aliquo beneficio eccleſiaſtico vel dignitate habenda aliquid temporale dedit, ſimoniam commiſit. Et idem de confe rētibus beneficia: & officia huiuſmodi pro temporalibus.

Si emit vel vendidit aliquam capellam eccleſiæ, ſimonia eſt.

Si emit vel vendidit ſepulturam eccleſia ſticā ſiue ſepulchrum vbi ponitur cadauer, ſiue officium eccleſiaſticum, ſimoniā commiſit. Si patronus exiſtens pro pecunia elegit, uel præſentauit inſtituēdum in eccleſia ſua, ſimoniam commiſit.

Si emit vel vēdidit aliquod ius patronatus alicuius capellæ vł eccleſiæ, ſimonia ē.

Si porrexit preces carnales pro aliquo ordinando, vel beneficiando, ſimonia eſt, ſi intendebat quod prlatus ratione precum principaliter aſſentiret.

Si fuit mediator ad procurãdum alteri aliquod ſpirituale vt beneficium, ordinem & huiuſmodi pro aliquo temporali, ſimoniam commiſit.

Si cõduxit aliquem ad prædicãdum pactione pecuniæ,& huiuſmodi, ſimoniã cõmiſit.Et ſimiliter prædicator,qui hoc modo acceptauit,ſimoniam commiſit.

Si filiam, vel cõſanguineam, vel ſeruam miſit ad monaſteriũ pactione facta de certa quãtitate pro ingreſſu monaſterij, ſimoniã cõmiſit:necnõ moniales,niſi fortè monaſteriũ eſſet adeò tenue, qđ nõ ſufficeret illi prouidere. De ſimonijs clericorũ, vide in iij.parte interrogatorij.c.de cleri.

De hac verò materia ſimnaiæ habes plenius in ij. parte ſum.tit.i.ca.iij.& ſequenti.

Cap. II.

PRoditio frequẽter ex auaritia fit.Si prodidit ciuitatem,vel clauſtrum, vel perſonam inimici,vltra mortale,tenetur de omni damno inde ſecuto.

Si prodidit res alterius iniuſtè auferentibus, idẽ. Si ꝓdidit ſecreta alterius iniuſtè, vltra mortale tenetur de dãnis inde ſecutis.

tis. Secus ſi eſſent ſecreta iniqua, vt cõiurationes, & tractatus cõtra ciuitatẽ, vel ſi nocumẽta perſonarum iniuſta manifeſtat, quia tũc benè fecit, & facere tenet. De hac materia vide plenius ĩ ij. par. ſum. ti. j. c. xxij. §. v.

Si recipit aliqd ſub ſigillo cõfeſsionis: ſed nõ in cõfeſsione, ſi reuelat, peccat mortaliter: niſi illud eſſet qd iniquum, cui poſſet obuiare manifeſtãdo: & ſi hoc perpẽdit quando ꝓmiſit, peccauit mortaliter: ſed nec debet tenere ſecretũ, quia etiã tunc peccaret.

Si legit literas alterius clauſas, videtur mortale: niſi poneret ſpem in ratihabitione mittentis, vel eius cui mittuntur. Hæc vide in ij. parte, vbi ſuprà.

De acceptione perſonarum.

Cap. III.

SI accipit perſonã in iudicio, videlicet, quia magis audit vnã perſonam, quam aliam vel credit vni magis quàm alteri: non ſeruato ordine iuris, vel magis declinat ad vnam partẽ, quàm ad alteram ratione amicitiæ, & huiuſmodi, poſſet eſſe mortale.

Si in diſtribuendis beneficiis, vel officijs eccleſiaſticis vel ſecularibus, admittit indi-

gnos,

gnos,peccat mortaliter: & tenetur de damnis inde ſecutis perſonis.

Si in faciẽdis ſchedulis,quæ vulgariter dicuntur ſcrutinia officialiũ,ſciẽter admittit indignum,vel quæ exhibetur admittit, vel excludit dignum peccat mortaliter.

Si in diſtribuẽdis oneribus vel imponendis collectis ciuitatis ſciẽter grauat aliquẽ contra vel vltra debitũ vel alleuiat peccat mortaliter, & ſi ſolum ex eius determinatione fieret talis diſtributio tenetur dãnificatis de damno. Secus verò eſt ſi ponuntur cum eo plures alij. Et ſi cùm haberet diſtribuere eleemoſynas alicuius ſocietatis, vel teſtamenti, & huiuſmodi, non fideliter diſtribuit:& ſi dediſſet non indigẽtibus, vltra mortale tenetur ad reſtitutionẽ. In ij. parte ſum.tit.j.cap.xx.§.ij.in fine.

De turpi lucro Cap. IIII.

SI iudex accepit pecuniã vt iudicaret, aut benè iudicaret aut nõ iudicaret,aut iniuſtè iudicaret,peccat mortaliter. Et tenetur illam reſtituere danti: niſi dediſſet vt malè iudicaret,quia tunc tenẽ dare pauperibus. Item de teſte pro teſtimonio falſo ferendo,

quia

quia peccat mortaliter, & tenẽ reſtituere.

Si fecit inſtrumentum in fraudem vſurarũ: vt notarius, peccauit mortaliter. Et mercedẽ q̃ accepit dedit pauperibus erogare.

Si ſeruiuit vſurario in arte vſuraria, peccauit mortaliter: & ſi omnia bona vſurarũ eſſent obligata reſtitutioni non poſſet retinere ſalariũ, ſed debet reſtituere creditoribus vſurarij, alias autem poſſet, ſed illud debet dare pauperibus de honeſtate, tamẽ non de neceſſitate, niſi ipſe eſſet pauper.

Si recipit pecuniam pro turpitudine, vt meretrix, vel alia mala mulier, debet illam pauperibus erogare: non tamen de neceſſitate, ſed de conſilio & honeſtate.

Si quis facit aliquam artẽ vel artificium huius vſus vt plurimum eſt ad mortale, vt facere taxillos vel chartas, & huiuſmodi, peccat mortaliter, nec debet abſolui niſi diſponat illud dimittere. Lucrũ verò ex hoc factum debet pauperibus dare ex conſilio non præcepto. Vide hanc materiam in ij. par. ſum. tit. i. c. xxiij. §. xij.

Si diebus feſtiuis emit vel vendit negotiando, niſi fortè in nũdinis, vel fecit cõtra-

ctus

ctus aliâs non neceſſarios, tûc vel ſcripſit, vel fecit aliquid manuale pro lucro, vltra peccatum ſecundum aliquos debet illud lucrum pauperibus dare: & hoc potius videtur de honeſtate, quàm de neceſſitate.

Si tépore meſsium vel vindemiarũ emit bladum, vel vinum, vel fructus, vt alio tempore uẽdat carius non exiſtens talis rei negotiator, neque propter aliquem honeſtũ finem, ſed propter cupiditatẽ, turpe lucrum eſt, non tamẽ tenetur in aliquo. De hoc vide in ij. parte ſum. tit. j. c. xxiij. §. xvj.

Si accepit aliquid vt aliquẽ eligeret ad dignitatem aliquam temporalem, vel officium ſeculare, vel vendidit huiuſmodi officia ſecularia, turpè lucrum eſt: non tamen tenetur ad reſtitutionem aliquam.

Si mercator vel alius portauit, vel portari fecit ferrũ, ligna, & quæcunq; mercimonio ad terras infidelium, non habens licentiam à ſede Apoſtolica, eſt excommunicatus excommunicatione Papali, incurritq; alias pœnas: vt habes in iij. parte tit. xxiiij. c. xxx. per totum. Idem de dantibus in hoc auxilium, & conſilium.

Si

Si negotiator exercet negotiationes non ad aliquem finem honeſtum, videlicet gubernationes familiæ, vtilitates patrię. & huiuſmodi: ſed principaliter ob immenſam cupiditatem, committit turpe lucrum: non tamen tenetur de neceſsitate dare lucrum pauperibus, ſed vnam partem de conſilio, & honeſtate.

De ludo multiplici.

Cap. V.

Si luſit ad taxillos vel chartas, vel ad aliũ ludum fortunæ. Si vicit per fraudem vel p falſos taxillos, vel mendacioſè, tenetur illud quod ſic vicit reſtituere amittenti: vltra mortale cõmiſsũ niſi eſſet quid paruum.

Si vicit ab eo, qui alienare non potuit, vt ſeruo, religioſo, vxore, filiofamilias, & huiuſmodi: tenetur reſtituere his qui habent curam illorum, & eſt mortale: ſi eſt quid notabile, & ſi ex cupiditate acquirendi ludit.

Si per multam importunitatem traxit alium, qui non intendebat ludere, vel retinuit volentem recedere, vltra mortale tenetur illi, ſi eſt quid notabile.

Si acquiſiuit. ſeu vicit per ludum huiuſ-

modi,

modi, in locis vbi prohibetur ludus, & mãdatur fieri reſtitutio, ſiue legibus imperialibus, ſiue municpalibus, & ſeruatur quantum ad vtrũque, debet tunc fieri reſtitutio illi qui amiſit. Secus ſi leges illæ ſunt abrogatæ per contrariam conſuetudinem.

Si vicit per ludum in aliis caſibus exceptis prædictis non tenetur illi reſtituere, qui amiſit: quanuis poſsit eleemoſynaliter, ſi ſit pauper elargiri, ſed debet pauperibus erogare de honeſtate, & cõſilio, ſecũdum aliquos tenetur de neceſsitate, quod tutius eſt. Non oportet tamen tales reſtringere, ita ad certã reſtitutionẽ ſicut in furtis, vſura, & huiuſmodi. Secũdum verò Ray. ſunt quædam perſonæ, quibus indiſtinctè tenetur quis reſtituere quicquid ab eis lucratus fuerit in aleæ, & taxillorum ludo, videlicet furioſi, prodigi, minores xxv. annorum, & maximè pupilli. Item mente capti, ſurdi, muti, cæci: & qui perpetuo morbo laborãt, quia tales rebus ſuis ſupereſſe, id eſt, prouidere non poſſunt propter quod dandi ſunt eis tutores & curatores. Idem videtur dicendum de ſeruis, monachis, & cæteris clauſtralibus

&

& filijsfamilias, qui non habent peculium caſtrenſe, vel quaſi.

Et de vxore, quæ non habet bona paraphernalia, & ēt de adminiſtratoribus rerũ eccleſiaſticarum, quæ ſunt pauperum: & de ſimilibus perſonis: tamē tales pecunię non ſunt reſtituendæ eas perdentibus, ſed tutori, curatori, patri monaſterij, & domino, marito, eccleſiæ, & huiuſmodi.

De reſtitutione talium, vide plenius in ſumma, in ij. parte, ti. j. c. xxiij. de reſtitutione ludi.

De alijs verò quæ cōtingunt in ludis, vt fraudes, blaſphemiæ, amiſsio temporis, & huiuſmodi, habes in alijs capitulis.

De inquietudine circa temporalia acquirenda, & conſeruanda.

Cap. VI.

SI habuit mēſam ſolicitudinem circa huiuſmodi temporalia, & propter hæc dimiſit aliquid neceſſarium ad ſalutē, vt miſſam, & huiuſmodi, mortale eſt. Si verò non dimiſit neceſſaria, ſed remiſsior fuit quo ad ſpiritualia, veniale eſt. Si habuit nimiã ſolicitudinē circa hōmi ex parua confidētia

tia auxilij Dei. in ſe non eſt mortale:ſed videt veniale: eſt tamen multũ impeditiuum deuotionis, & aliorũ bonorum ſpiritualiũ.

De inhumanitate retinendi tenaciter.

Cap. vii.

Avaritia in retinendo tenaciter, ſeu inhumaniter, non faciendo eleemoſynas corporales indigẽtibus quando poteſt: hoc verſu continetur:ſcilicet.

Viſito,pro,cibo,redimo,tego,colligo,condo.

Si habẽs ſuperflua qđ ad naturã: & quo ad decentiam ſtatus ſui ꝓ ſe & familia ſua, nõ ſubuenit neceſſitatibus aliorũ ẽt nõ extremis,ſed magnis quas nouit,mortale eſt.

Si habens de ſuperfluo quo ad naturam, & non quo ad decentiam ſtatus,pro ſe & familia ſua, non ſubuenit patientibus extremam neceſſitatẽ, quos nouit,mortale communiter iudicatur. Sed hic oportet multa conſiderare ad bene intelligendũ. Vide de hoc in.ij.parte ſum.ti.j.c.xxiiij.§.iiij.& v.

Si non ſubuenit indigentibus de induſtria & arte ſua cùm potuit, vt medicus medendo & viſitando infirmos pauperes ſine ſalario:aduocatus in aduocando, procura-

tor in procurando: & huiuſmodi, videtur mortale. Si quis nō ſubuenit pauperibus non neceſſitates extremas patiētibus, cùm poſſet, vel tardauit dare, & exaſperauit pauperes, veniale eſt.

Si parauit pauperibus nimis ſumptuoſa, vel nimium quæſtuantibus, ſine cauſa vrgente, vel vtentibus malè eleemoſynis, peccatum eſt potius quàm meritum.

Si laborantibus pro eo in quocūq; miniſterio, nimis diſtulit dare eis mercedē vltra cōuentiones factas, cum tñ poſſit ſoluere, poſſet eſſe mortale, ſic incurreret graue dãnũ vel ſcãdalũ. Idē ſi aliquid defraudauit.

De auaritia amandi res inordinatè.

Cap. VIII.

Nota quòd ſi quis res etiã iuſtè acquiſitas ita īordinatè, amat vt inhereat eis vt fini, cuius ſignum eſt quãdo propter eas non amittendas, eſſet paratus facere cõtra aliquod præceptorum Dei, peccat mortaliter, quia plus diligit creaturã quam Deũ.

Si aũt nullo mō vellet facere contra ſalutem ſuam pp hmōi tēporalia: quãuis inordinatè afficiatur, ſeu amet ea veniale eſt.

De

De prodigalitate contraria auaritiæ.

Cap. ix.

I ſuperfluè expēdit ſuā ſubſtantiā vel in ædificijs ſumptuoſis, vel in equis, vel in conuiuijs delitioſis, vel frequentibus, vel palæſtris, vel ludis, vel ornamētis, vel turpitudinibus: & præcipuè: mulierum vel in encenijs, vel hiſtrionibus & huiuſmodi, peccatum eſt: & quando eſt notabilis exceſſus: ſed eſt ſine conſenſu, eſt veniale, vel nullū, etiam de re notabili ſecundùm proportionem ſui ſtatus, eſt mortale: aliàs in modico eſt veniale. Deſcēdere autem ad particulari a, puta determinare quando eſt mortale, vel veniale, non de facili poteſt dari iudicium certum à quo cognoſcatur.

De inuidia quæ eſt ſecundum vitium capitale: & eius ſpecialibus: & habet cap. iiij.

Cap. i.

Inuidia eſt triſtitia de alieno bono inquātum conſideratur vt diminutiuum propriæ excellentiæ: & ſi fit ex conſenſu rationis, mortale eſt: niſi eſſet de aliqua re paruaſicut puer qui inuidet alteri puero quòd habeat plures fructus, & huiuſmodi.

Sed ſi ſit ſecũdum motum ſenſualitatis, & cum diſplicentia rationis, eſt veniale, vel nullum, etiã de re notabili. Interrogãdum eſt ſecundũ ſtatum de huiuſmodi inuidia, ſ. ſi prælatus alteri prælato inuidet de maiori prælatione vel dignitate. Si eſt officialis de maiori & digniori officio. Si doctor, de maiori ſciẽtia, & cõcurſu. Si ſcholaris, de acutiori ingenio alterius ſcholaris. Si ciuis de maiori honore & reputatione alterius. Si ſpiritualis, de maiori fama alterius. Si mulier, de alterius marito, filijs, ornamẽtis pulchritudine, & hmõi. Si artifex, de artificijs artis ſuæ & lucro: & ſic de alijs. Si quis tñ dolet de bono proximi ſui, nõ ex eo qđ ille habet, ſed de defectu ſuo quia ipſe illo caret, contentus eſt tñ quòd proximus habeat, non pertinet ad inuidiã: & ſimiliter ſi doleat de bono inimici, ex hoc ſolùm quia timet inde ſibi nocumentum: non propriè pertinet ad inuidiam. Tho. ij. q. xxxvj. ar. ij.

De odio, & alijs filiabus inuidiæ: & primò de odio. Cap. II.

Si habuit odium ad Deum, quia flagellauit eum vel impediuit mala deſideria

eius,

eius,vel alia de cauſa,mortale eſt.

Si habuit odium ad proximum ſuum, deſiderans malum eius, vt malum: & ſi eſt malum notabile, quod ille appetit ratione deliberata, mortale eſt: ſiue malum ſit in perſona, vel fama, vel ſubſtantia, vel alio modo. Secus autem ſi non conſenſit ratione,vel ſi quid multum damnoſum.

Si verò deſiderauit malũ alterius videlicet infirmitatẽ,in bonũ eius: vt ſcilicet bonus efficiatur, vel ne peior, vel ne alijs noceat,non eſt odium. Interrogandum & inueſtigandum eſt hoc cautè. Nã laici omnẽ diſplicentiam ſolent appellare odium quæ tamen nõ eſt niſi dicto modo. Item odium cõtra vnum reputant tantùm vnum peccatum.Sed nota quòd ſicut in alijs,ſic in iſta. Quoties enim reuocando iniuriam menti de nouo habuit odiũ ad illum cum cõſenſu rationis,toties peccauit mortaliter. Interrogandum eſt etiã de tempore ſcilicet quã tum perſeuerauit, & quomodo frequenter odiuit.Itẽ quòd dimittat omne odium,ſed non oportet, imò non debet illi petere veniã quem odiuit, ſi peccatum eſt occultũ:

niſi publicè cũ verbis, vel alijs modis offen diſſet. In ij. parte ſum ti. viij. c. iij.

De ſuſurratione, quæ eſt ponere diſſenſiones inter amicos propter malã intentionem.

CAP. III.

SI quæſiuit ponere diſcordiã inter amicos vel conſanguineos dicens malũ vni de altero, vel econtrà: vel referens ſtudioſè, quæ poſſunt cauſare huiuſmodi, quia mortale eſt: & nurus erga ſocrum, & ſocrus erga nurum ſolent his vacare. Si dixit aliqua verba: vnde orta eſt diſcordia inter amicos, vel conſanguineos, ſed non hoc intendens, ſed incautę de ſe, non eſt mortale: ſed poſſet eſſe ratione ſcandali.

Si quis intendit diſſoluere malas amicitias, vel conuerſionem alicuius cum alijs, ne decipiatur congruis remedijs nõ eſt malum. Vide in. ij. parte ſum. ti. viij. c. v.

De exultatione in aduerſis.

CAP. IIII.

SI videns damna euenire & mala his quibus inuidet, vel odiũ habeat: lætatur deliberato animo de malo illius mortale eſt. Secus autem ſi non deliberato animo, Læ-

tari autem de malo inimici non inquantum malum eius, ſed inquantum non poterit ei nocere, vel aliàs iniuſtè eum opprimere, poteſt eſſe ſine peccato.

De triſtitia in proſperis.

De triſtitia in proſperis quæ in hoc differt ab inuidia, quia inuidia triſtatur de bono proximi: & propter hoc cogitat quomodo malè habeat, & deſiderat, ſed contingit ſæpe quòd non patiatur ille damna quæ ei appetit: ſed magis proſperatur, & de hoc triſtatur: & eſt mortale, vbi eſt conſenſus rationis. Vide in ij. parte ſum. ti. viij. c. vj.

De ira quæ eſt tertium vitium capitale: & habet cap. j.

Cap. I.

IRa eſt appetitus vindictæ: & vitium capitale: & frequenter miſcetur cum odio. Si propter aliquem defectum in ſe vel in altero commiſſum, deſiderauit vindictam ſeu punitionem quomodocunq; , vt per ſe, vel à Deo vel ab alio intendens ſolùm ſatisfacere animo ſuo irato, eſt mortale: quando ſcilicet ſolum intendit punitionem præter ordinem rationis, ſi notabile malum eſt, &

cum conſenſu rationis, aliàs veniale, vt ira quotidiana in gubernatione familiæ.

Si iratus in ſeipſum propter aliquẽ defe ctum turbatur contra ſe, veniale eſt cõiter,

Si iratus contra Deum propter aliquod flagellũ murmurat in corde vel ore impatienter ferens: & poteſt eſſe mortale & veniale, ſecundum modum impatientiæ.

De indignationibus, & alijs filiabus iræ.

Cap. 11.

SI indignatus contra aliquem nõ valens audire eum, vel videre reputãs eum indignum, eò quod ſibi diſplicuerit, cui debuit ſeruire potius, eſt veniale cõmuniter. Et propter hoc retinet ſibi loquelam, vel aliud ſignum oſtendit diſplicentiæ: quæ auferenda ſunt propter ſcandalum proximorum, & opinione odij poſſet eſſe mortale.

De timore mentis.

Si excogitauit diuerſas vias & modos ad vẽdicandum ſe de iniuria, & his implicauit mentẽ cogitationibus altercatiuis ſecundũ proceſſum, poteſt eſſe mortale, & veniale.

De clamore.

Si ex ira clamauit cõtra aliquem inordinatè,

dinatè,& confuſè, & furioſè loquendo, eſt veniale communiter.

De contumelia.

Si dixit alteri verba cõtumelioſa vel iniurioſa, importãtia vitia vel opprobria, animo iurãdi notabiliter, vt vocãdo eum ꝓditoré, vel inhoneſtã perſonã, & dicédo mala de parentibus, & huiuſmodi: mortale eſt.

Si dixit verba opprobrioſa familiæ ſuæ, vel diſcipulis, vel ſibi ſubditis cauſa correctionis, ſi fit modo debito & honeſto, eſt ſine peccato, vel communiter eſt veniale, niſi infamatoriè diceret, & ſequeretur ſcãdalũ magnũ. Vide in ij. parte ſum. ti. vij. c. vj. §. ij.

De blaſphemia, & maledictione creaturarũ.

Si blaſphemauit animo deliberato aliqué vt ꝑcuteretur tali maledictione in malũ eius, eſſet mortale: niſi hoc affectaret in emendationé eius. Si verò hoc non deſiderauit ſecundum rationé, ſed ſecundum ſubitum motum iræ eius: cuius ſignum eſt, quia ſi hoc contingeret, valde doleret ſicut fit à parentibus; communiter veniale eſt.

Si maledixit creaturas irrationales, quia ſi fecit in deteſtationem Creatoris, vel in

damnum domini eius, eſt mortale: aliàs veniale: & otioſum.

Si blaſphemauit animas defunctorũ ſuorũ parentũ, vel aliorũ, hominũ, videtur mortale: quia videtur intendere notabile malũ.

Item cùm ſeipſum maledixerit cum impatientia.

Si blaſphemauit diabolum, malum eſt: quia otioſum ſaltem. Vide de hac materia in ij. parte ſum. ti. vij. c. v. §. iij. & iiij. De maledictione Dei & ſanctorum dictum eſt ſuprà in primo præcepto.

De rixa.

De rixa per quam ex ira ſe inuicem homines percutiunt, videlicet cùm fit animo nocẽdi vel iniuriãdi, vt in adultis, eſt mortale: in incipiẽte veniale. Idẽ in proſequente animo vindicatiuo: ſecus ſi animo defendẽdi ſe tantùm: vel ẽt ad exercitium vt pueri.

De ſeditione.

De ſeditione quæ eſt quãdo vna pars ciuitatis inſurgit cõtra aliã: ex parte eius quę iniuſte mouet, eſt mortale cũ omnibus dãnis inde ſecutis alteri parti. Ex parte autẽ eius qui reſiſtit ſeditioni iniuſtè motæ cõtra

tra ſe, vel bonũ ciuitatis non eſt ſecundum ſe peccatum:niſi miſceantur odia, & vindicationes,prout communiter accidit.Quãdo ex reſiſtentia alteri parti ſequerentur multa pericula & mala,cedendum eſſet: aliàs non euaderet multa peccata quæ in conflictu partium ſequerentur.

Si quis etiã ita partialis eſt vt guelphus & gebellinus,ſeu aliter partialis, ita obſtinato animo quòd appetit exterminium alterius partis ſeu exilium per fas & nefas, paratus etiam in malis ſequi partem ſuam. non eſt ſine mortali, & in malo ſtatu perditionis.De hac materia vide in.ij. par.ſum. ti.iiij.c.viij.§.iij.

De bello.

Si quis mouet bellum iniuſtum,mortaliter peccat:& omnis qui dat auxilium, conſilium, & fauorem ſimiliter peccat mortaliter.De damnis autem quæ ibi fiunt, & de reſtitutionibus, & quod ſit iuſtum vel iniuſtum bellum, vide in.iij. parte ſum.titu. iiij.c.iij.

De homicidio victum eſt ſuprà in.v. prę cepto.

De

De acedia quæ eſt quartum capitale vitium: & habet cap. v.

Cap. I.

ACedia importat tędium bene operādi. Si ita contriſtatus & tædiatus eſt, quòd habuit in horrorem bona diuina, & in abominationem ſpiritualia, & opera bona ad quæ tenetur: vt præcepta Dei & eccleſiæ & huiuſmodi, quando adeſt conſenſus rationis, eſt mortale. Sed ſi habet talem motum tantùm ſecundùm ſenſualitatem cū diſplicentia rationis, eſt veniale.

Si ita contriſtatus eſt de morte conſanguinei, vel alio caſu, quod pœnitet eum bene feciſſe, vel proponit amplius nón bene facere mortale eſt.

Si ita contriſtatur quod vellet nūquam fuiſſe creatus à Deo; ſeu non eſſe natus in mundo, vel eſſe ſicut brutum animal, vel mori quomodocunq; ſiue bene ſiue malè diſpoſitus dummodo hinc exiret, talis triſtitia cum conſenſu rationis, eſt mortale.

Si etiam ita contriſtatur de aliquo caſu aduerſo, quòd incurrit grandem infirmitatē propter nimiā triſtitiam perdēs ſomnū

dimittens

dimittens cibum & hmõi, videtur mortale quando poteſt ſe iuuare cõtra huiuſmodi.

Si contriſtatur ex cõſideratione bonorũ quæ habẽt alij, quibus ipſe eſt priuatus, vilipendẽs omnia ſibi data à Deo, & inde ſumens tędiũ bene operandi ſecundùm cõſenſum rationis, illa acedia eſt cõmuniter veniale: & in perſonis ſpiritualibus reperitur.

Si contriſtatur ex hoc quod bona propoſita quæ fecit ſæpe frangit: ex hoc incurrit tędium bene operandi quaſi ſibi videatur non poſſe perficere: acedia eſt in ſpiritualibus incipientibus Deo ſeruire.

Si ex frequentia tẽtationem attædiatur in laborando & reſiſtẽdo, veniale eſt, ſi tamen reſiſtat. In incipiẽtibus cõtingit ſępe.

Si attædiatur in bonis operibus, vel benẽ operãdo, audiendo, orando, legendo lectiones, vel prædicationes, aut dicendo officium, & huiuſmodi, non tamen dimittit de neceſſitate fienda, communiter eſt veniale: & ſatis etiam in ſpiritualibus reperitur: ſi triſtatur de aliquo defectu magis ex eo quòd apparet defectuoſus coram hominibus quàm coram Deo, acedia eſt. Et frequenter

quenter veniale procedens ex ſuperbia.

De filiabus acediæ.

CAP. II.

DE filiabus acediæ, in quibus difficile eſt cognoſcere: quando ibi ſit peccatum mortale: niſi quando miſcetur cum aliquo peccato: vt cùm omittitur aliquod præceptum, niſi deprimat ita mentem, quòd tollat charitatem Dei & proximi.

De deſperatione.

Si deſperauit de miſericordia Dei, exiſtimans eum non poſſe vel non velle ei parcere etiam reuertenti ad pœnitentiam: vel non poſſe abſtinere à peccatis cum adiutorio Dei, eſt mortale ſecundum deliberationem & conſenſum: ſecus ſi ſecundum aliquem impulſum tentationis.

Si deſperauit ſe non poſſe euadere aliquas miſerias mundi vel pericula, propter quæ decreuit ſe occidere, eſt mortale. Et ſi aliquid ad hoc facit, multo magis.

De malitia.

Si contẽpſit diuina & ſpũalia bona ex triſtitia aggrauãte mentẽ, miſta cum acedia, mortale eſt. hæc in ij. par. ſum. ti. 9. c. ij. §. ij.

Si

Si autem contẽneret & refugeret ea, per quæ poſſet vitare peccatum, quia tunc pertinet ad blaſphemiam in ſpiritum ſanctũ, vt infrà dicetur in ij. c. de ſuperbia.

De puſillanimitate.

Si ſubtraxit ſe ab illis bonis, ad quæ erat aptus, timore deficiẽdi, vt à ieiuniis, ab ingreſſu religionis: à prælatione iniuncta: ab offõ prędicationis, & audiẽtia confeſsionis iniunctæ: & hmõi, eſt communiter veniale: niſi eſſet præceptum in eo ꝙ dimittitur.

De rancore.

Si habuit diſplicentiã & tædiũ in corrigentes eũ propter correctionẽ, eſt veniale: niſi illos odiret: & tunc odium eſt miſtum.

De otioſitate, quæ procedit ex tædio.

Si ſtetit otioſus: nihil boni operans corporale vel ſpirituale, vnde amittit tẽpus irrecuperabile, videtur veniale: niſi ex otio addatur aliquod vitium, quod frequenter accidit, & quanto tempore ſtetit otioſus.

De corpore ſeu pigritia bene operandi.

Si fuit tardus ad bene operandũ, licet illud fecerit vt tardus ad eccleſiam, ad orandum, ad eleemoſynas dandum & huiuſmodi,

di,communiter eſt veniale: niſi ex tarditate omitteretur pręceptum:vt quia citò non ſubuenit patienti extremam neceſſitatem, cũ tenetur vt infirmo, vnde ſequitur mors & huiuſmodi:tunc eſt mortale.

De euagatione mentis.

Si habuit diſtractionẽ mentis in oratione,& fuit in cauſa,vel cũ volũtate euagatur vel in audiẽdo pdicationẽ & diuina, vel ẽt extra diuina mente cogitauit vana, & inutilia:eſt cõiter veniale,niſi addatur aliquod ſpirituale peccatũ.vel ſi hoc faciat per totũ officium ad quod obligatur ex præcepto.Si audit noua:vel ſi loquitur inutilia,vel ex tędio mutat loca hinc inde, vel diſtrahit ſenſus & mẽbra diuerſimode: ẽ veniale cõiter.

De negligentia,ſeu tepiditate, quæ eſt remiſſio voluntatis circa ea quæ debet facere.

Cap. III.

IN hac quotidie omnes offendunt: ſed venialiter, niſi omittatur aliquod neceſſarium:ſi fuit negligens circa opera miſericordiæ ſpiritualia, quę in hoc verſu cõtinẽtur.

Conſule,caſtiga,dimitte,ſolare,fer,ora.

Nota quòd ſub cõſule, comprehenditur

doctrina,

doctrina,ſcilicet docere ignorantem,præcipuè ad ſalutem vtilia.

Si fuit negligens ad addicendum naceſſaria ad ſalutẽ: vt præcepta Dei & eccleſię generalia: quia huiuſmodi ignorantia non excuſat:vel ad eundum ad prædicationem, & vtile eſt iniungere idiotis vt prædicationes aliquas audiant.

Si fuit negligens ad procurandum ſacramenta ſibi,& ſuæ familiæ. Et ſi ex negligentia & dilatione mortua eſt proles ſine baptiſmo, eſt mortale.

Si infirmus mortuus eſt ſine cõfeſsione, & cõmunione, vel extrema vnctione, cũ ex negligenti a craſſa procedit,videtur mortale,vel graue veniale, ſecũdum quod plus ille indigebat.

Si fuit negligens ad procurandum ſacramentum confirmationis.

Si iterũ feciſſet dare ſacramenta baptiſmi,confirmationis,vel ordinem,factũ ſcienter, eſt mortale & contrahitur irregularitas in ſuſciptente.

Si fuit negligens ad fraternam correctionem, tenetur videlicet de peccato occulto

& mortali, & inde ſperabat emẽdationem illius,tunc eſſet mortale dimittendo omnino illam: veniale verò retardando, vel de his quæ non ſunt mortalia.

Si non ſeruauit ordinem debitum in fraterna correctione,vel nimis aſperè vel tempore vel loco indebito,peccatnm eſt. Vide de hac materia in ij.parte ſum.ti.ix.c.iij.

De negligentia confeſſoris.

Cap. IIII.

SI omiſit ad minus ſemel in anno confiteri,uel ex negligentia, vel ignorãtia mortaliter peccauit.Secus, ſi ex impotentia videlicet quia non habet copiam cõfeſſoris: ſed ſi poſteà cùm habet copiam cõfeſſoris nõ ſuppleuit defectũ,mortale eſt. Vide hãc materiam in ij.parte ſum.tit.ix.c.viij.§.ij.

Si fecit confeſſionem fictam ſcienter, dimittens aliquod mortale, vel quod dubitabat,vel credebat eſſe mortale, etiam ſi non eſſet mortale,mortaliter peccat: & tenetur iterare confeſſionem.

Si dixit ſe eſſe contritũ de omnibus peccatis,& diſpoſitum ad abſtinendũ, & ſatiſfaciendum,cum hoc nõ intẽderet, mortaliter

ter peccauit:& tenetur iterare confeſsionẽ.

Si pœnitentiam ſibi iniunctam pro mortalibus ex negligentia omiſit facere: peccauit mortaliter:& tenetur iterare confeſsionem:ſi eſt illius oblitus pęnitentiæ.

Si ſcienter confeſſus eſt ei quem ſciuit excommunicatum,vel ſuſpenſum, vel non habentem autoritatem:putà quia ſimoniacè accepit beneficium, vel quia intruſus eſt per laicam poteſtatem, peccauit mortaliter,& tenetur iterare confeſsionem.

Si confeſſus eſt in excõicatione maiori exiſtens,quã neſciuit ipſe, nec confeſſor eius,abſolutus tamẽ fuit à peccatis,oportet iterum confiteri:quia non fuit capax abſolutionis tunc propter excommunicationẽ.

Si confeſſus eſt ei qui non habet ſufficiẽtem ſcientiam,peccat. Et ſi fuit adeò ignorans quòd neſciuit diſcernere peccat eius præcipuè cõmunia,tenetur iterare cõfeſsionẽ hæc vide in ij.c.ſum.ti.ix.c. viij.§.iij.

De negligentia circa communionem.

Cap. V.

SI omiſit cõmunicare ſemel in anno, ſ.in paſcha reſurrectionis, poſt annos diſcre

tionis peccauit mortaliter: niſi fuiſſet legitimè impeditus, vt q̃a alteratus ſtomacho, vel excõicatus, quærens tñ abſolutionem, vel de licentia proprij confeſſoris, per aliquot dies differret. Et ĩ huiuſmodi caſibus debet ſupplere defectum quando poteſt.

Si non cõicauit ieiunus, ita. ſ. quod poſt mediam noctẽ aliquid ſumpſit per modũ cibi vel potus, peccauit mortaliter niſi eſſet grauiter infirmus, quia tunc licet.

Si communionem ſumpſit cũ ſtaret cũ propoſito alicuius peccati mortalis, vel cũ eſſet excommunicatus, hoc ſciens, vel ignorans ignorãtia craſſa, peccauit mortaliter.

Si non confeſſus de aliquo mortali peccato cõmiſſo, vel aduertenter ex verecũdia, vel inaduertenter propter indiſcuſſionẽ cõſcientiæ, vel ex ignorantia craſſa & ſupina ſumpſit cõionem, peccauit mortaliter.

Et nota q̃ ſi quis omittit confeſſionem, vel cõionem tempore ſtatuto, conari debet confeſſor vt inducat eũ ad ſupplendum defectũ, niſi ſit omnino non bene diſpoſitus. Vide in ij. parte ſumm. tit. lx. c. ix. §. ij. & iij. Item cũ reperit aliquẽ deditum vitijs turpibus

pibus & alijs,q̃ ſtat vſq; ad finẽ quagra.capi tum vr̃ ne ſubitò admittat eũ ad cõionem, ſed prolõget ſibi tp̃s per aliquas hebdomadas. De alijs verò defectibus qui cõmittuntur circa cõionem & miſſam,vide in iij.parte interrogatorij,in ca.de clericis. & in iij. par.ſum.tit.iiij.c.vj.item.ij.par.tit.ix.c.x.

Si exiſtẽs excõicatus maiori, ſciẽter participauit audiẽdo diuina in eccleſijs, aut ſacramenta percipiẽdo,peccauit mortaliter.

Si participauit in crimine cũ aliquo propter qđ ille cũ quo participauit erat excõicatus,videlicet qui verberauit clericũ: vt c. ſi cõcubinæ.ext.de ſen.exco.vel ſi aliq̃s clericus ſubijcit ſe alicui laico verberandũ,ad placandũ eũ đ iniuria ſibi illata, cleric' ille efficit̃ excõicatus: q̃a participat in crimine cũ verberante,p̄p qđ eſt excõicatus:& mortale eſt,ut c.contingit.de ſen.excommuni'.

Si exiſtẽns excõmunicatus maiori,ſcienter participauit cum alijs fidelibus, etiam extra diuina,præcipuè in his quæ continentur in hoc verſus.

Os,orare,vale,cõmmunio,menſa negatur.

Et ſi fecit ex contemptu contra prohi-

bitionem ſuperiorum, peccauit mortaliter, alias venialiter: & efficitur excommunicatus minori: à quo poteſt abſoluere omnis qui habet eum audire in confeſſione.ij.parte tit.iij.c.vj.§.iiij.Excipiuntur tamen quinque caſus in quibus licet participare cum excommunicatis, qui continentur in hoc verſu. Vtile, lex, humile, res ignorata neceſſe. hæc anathema quidem faciũt ne poſſit obeſſe. Quos vide in iij.par.ſum. ti.xxv.c.j.&.ij.parte.iiij.c.vj.&.iiij.

De inani gloria, & habet.iij.cap.

De eadem. Cap. I.

De inani gloria, quæ eſt quintum capitale vitiũ importans inordinatũ appetitũ laudis humanæ, ſeu inordinatã cõplacentiã eius cui offertur. Et quando fit aliquod opus principaliter propter laudem propriã, amittitur eius merces, & peccatũ incurritur. Et interrogandũ eſt ſecundũ ſtatũ hominũ de diuerſis materijs in qnibus homines quærunt ſibi laudẽ: videlicet à doctore de ſciẽtia & doctrina: a ſcholari de ingenio & diſputatione: à rectore de regimine, à mulieribus de ornatu, & huiuſmodi.

Si

Si quæſiuit laudem & gloriam de opere peccati mortalis, mortaliter peccauit, ſi ſecundum rationem deliberatam hoc egit: ſecus ſi ſecundum modum ſenſualitatis, vel etiam ſi de aliquo veniali gloriatur.

Si opera ſua de genere bonorũ, vt ieiunia eleemoſynas & huiuſmodi quaſi omnia ad laudem humanam facit, mortale videtur, cum ibi conſtituit finem. Putà principalis intẽtio eius eſt: vt laudem acquirat humanã, & nõ propter Deum. Secus ſi aliquid horũ aliquando facit alio fine bono. Si ita inordinatè appetiuit laudem de aliquo tempore, quod propter eam conſequẽdam paratus erat facere contra aliquod præceptorum, peccauit mortaliter, In alijs autem caſibus videtur veniale.

De immodeſtia ornatus. Cap. II.

De immodeſtia ornatus, quæ procedit frequẽter ex inani gloria, licet ex alijs caſibus poſſit procedere: & præcipuè mulieres iuuenes de hoc interrogãdę ſunt, ſcilicet de ornatu capillorum, fucorum, gemmarum, veſtium pretioſarum, & fœderaturis, & caudis earum, & planetis nimis altis

& coronis capitis,& huiuſmodi: in quibus aliquãdo eſt mortale, aliqñ veniale. Si vſus vel vſa eſt fucis, vel alijs ornamẽtis ad oſtẽ tationẽ, & inanem gloriam ſide huiuſmodi ſuperbiuit: vel gloriata eſt mortale eſt.

Si tantam delectationem habuit ad laudem & gloriam illam; quod non curauit tranſgredi mandata Dei,& eccleſiæ.

Si vſus, vel vſa eſt fucis,& alijs ornamẽtis ad inducendum homines ad ſui concupiſcentiam, extrà matrimonium, mortale eſt indubitatum.

Si ita inordinatè delectatur in huiuſmodi, ita quod etiam ſi ſciret homines ex ſuo ornatu ſcandalizari, id eſt, trahi ad ſui concupiſcentiam, non curãs de ruina proximi mortale eſt.

Si ad complacendũ viro ſuo, vel ad inueniẽdum virũ, ſi eſt innupta, vel ne deſpiciatur ab alijs, vel ex aliqua leuitate vſa eſt fucis, vel alijs ornamẽtis ſuperfluis, de ſe non eſt mortale: ſed potius veniale, niſi hic ſit notabilis exceſſus ĩ huiuſmodi vt poſſit iudicari de occaſione data aliorũ ruinæ:& nõ tãtùm accepta, quod eſt difficile iudicare.

Si

Si habuit nimiã diligentiã, & ſtudiũ, & tẽpus ad ornãdum ſe, vel facit exceſſum in portatura veſtiũ vltra ſuum ſtatũ, vel cõditionem, vel non ſecundum morem patriæ, vel veſtibus nimis delicatis peccatum eſt.

De filiabus inanis gloriæ. Et *primo de hypocriſi.*

Cap. III.

SI ſimulauit ſanctitatem habere per ieiunium, orationem, & huiuſmodi: cum malus eſſet; ſi hoc egit ad conſequendã laudẽ humanam, conſtituẽs ibi finẽ, mortale eſt: aliàs veniale: niſi aliud vitium adiungatur.

Si ſimulauit ſanctitatẽ per hypocriſim, intẽdes aliquid quod ſit contra honorem Dei vel vtilitatẽ proximi, vt ſeminare errores, adipiſci indignum eccleſiaſticã dignitatem, decipere enim proximum temporaliter vel ſpiritualiter, mortale eſt.

Si ſimulauit ſanctitatem exiſtẽs malus, vt dentur ei eleemoſynæ ſicut ſancto viro vel procurationes eccleſiarum, vt Cerretani, & ſimilia, mortaliter peccauit.

Si ſimulauit maiorẽ ſanctitatẽ quã habuit, vel occultauit ſuum defectũ ad ædificationẽ proximorum, nõ eſt peccatũ, vẽl leue,

ue,vel veniale eſt:aut ſi hoc facit ob aliquã vanitatem,vel inanẽ gloriam, eſt veniale.

De iactantia.

Si laudauit ſeipſum de aliquo opere pec cati mortalis, mortaliter peccauit. Si autẽ de opere veniali, venialiter peccauit quan tum eſt de ſe.

Si laudauit ſe de aliquo opere bono, videlicet de virtute, de ſcientia, de induſtria, vel diuitijs, vel potentijs & huiuſmodi, ex ſuperbia,& inani gloria, mortale eſt,vel veniale,ſecundum radicẽ ipſius ſuperbiæ,vel inanis gloriæ vnde procedit.

Si laudauit ſe contẽnendo alios, vt Phariſæus publicanum,mortale eſt.

Si autem ex aliqua leuitate vel vtilitate conſequenda,veniale,vel nullum eſt.

De ironea.

Si vilificauit ſe verbis vel factis plus quã ſentiat in ſeipſo in mente dicẽs aliqua mala de ſe,quæ in ſe nõ cognoſcit,veniale eſt, & dicitur ironia.

De contentione.

Si quis contendit aduerſus alium cõtra veritatẽ ſcienter in rebus alicuius impor-

tantiæ,

tantiæ, mortale eſt: ſecus eſt in rebus paruis,& inaduertenter.

Si contédit pro veritate,ſed nimis inordinatè,communiter eſt veniale: ſed poſſet ibi eſſe tãta inordinatio,quòd ratione ſcãdali ſequentis,eſſet ibi mortale.

De diſcordia.

Si habés tractare aliqua cum alijs in cõmuni nolit cõcordare cum alijs de his quæ ordinauit ad honoré Dei,vel proximorum vtilitaté, ex eo quod malè afficitur ad eos: vel vt oſtendat ſe plus ſcire,quàm alij,mortale eſt: ſecus autem ſi non concordat, videlicet, quia ſibi videtur eſſe magis ſecundum Deum & rationem,quod ipſe intẽdit, quia tunc vel non eſt peccatum, vel leue niſi ſit nimis pertinax.

De pertinatia.

Si fuit pertinax in ſentẽtijs ſuis, diſcrepans à communi cæterorum conſilio vel iudicio,communiter eſt veniale, periculoſum tamen,& inductiuum erroris.

De ſingularitate nouitatum.

Si fecit ſingularitates vel nouitates in conuerſatione vitæ uel ueſtibus, uel ceremonijs,

moniis,vel aliis adinuẽtionibus,peccatum eſt.Et ſi adinuenit aliquam malam conſuetudinem,omnia ei impuntantur.

De inobedientia.

Si non obediuit ſuperioribus ſuis ſpiritualibus vel temporalibus,legibus canonicis ciuilibus rationabilibus:& ſi quidẽ trãſgreditur ſuperiorum ordinat iones habentes vim præcepti,vt quando mandatur ſeruari verbo vel ſcripto in virtute ſanctæ obedientiævel ſub pœna excommunicationis vel carceris, vel alijs pœnis grauibus & huiuſmodi æquipollentiis, peccauit mortaliter.In aliisvero ordinationibus ſimpliciter factis, trãſgrediendo eſt veniale:niſi fiat ex contemptu,quia tunc eſt mortale, quãtum cunque de leuibus..

De gula & habet cap.iij.

Cap. I.

GVla eſt ſextum capitale vitium, & importat inordinatum appetitũ ſeu delectationem circa cibum, & potum.

Nota quinq; ſpecies ſeu modos,quæ continentur in hoc verſu:

Præ, propere,laute,nimis ardẽter,ſtudioſe.

Si

Si comedit vel bibit extra horam debitam ſine rationabili cauſa,& vrgente.

Si eſt vſus cibis vel potibus lautis nimis. ſcilicet delicatis vltra conditionem ſui ſtatus. Aliter enim decet comedere infirmũ, quàm ſanum,ciuem,quam ruſticum.

Si comedit vel bibit in nimia quantitate ſecũdum exigentiã ſuę cõplexionis. Quod enim vni parum eſt,nimiũ eſt alteri. Et plus comedere in die ieiunij, quàm altera die, non eſt de ſe malum pro vna comeſtione.

Si comedit vel bibit cũ nimio ardore gulæ,ſeu cum nimia complacentia:contentus magis ſatisfacere delectationi gulæ quàm neceſsitati prouidere.

Si adhibuit,vel adhibere fecerit nimiũ ſtudium,&diligentiam circa cibaria delicata præparãda,vt cum variis ſaporibus,& diuerſis modis,& huiuſmodi

In his omnibus ſpeciebus, vel modis gulæ,tunc eſt mortale,quãdo delectatio gulæ quæritur vt finis,paratus facere contra præcepta, vt ſatisfaciat delectationi gulę,vł cũ comedit vſq; ad crapulã vel vomitũ aduertẽte, ſicut fit a pleriſq; in carniſpriuio: vel

vtitur

vtitur aliquo cibo ex quo veriſimiliter cre dit incurrere magnã læſionem perſonæ. In alijs verò caſibus donimuniter eſt veniale.

Si comedit carnes in quadrageſima, vel in alijs ieiunijs eccleſiæ, vel in ſexta feria aut ſabbato, per totum annum niſi vrgẽte cauſa neceſsitatis, vl' infirmitatis, peccauit mortaliter, ſi ſine conſilio medici.

Si vſus eſt lacticinijs tẽpore quadrageſimæ ſine cauſa infirmitatis, & ſine cõſilio medici peccauit mortaliter. In alijs verò ieiunijs Eccleſiæ ſeruari poteſt mos patriæ, quantùm ad vſum lacticiniorum: qui mos ſi nõ appareat, tutius eſt abſtinere. De hac materia vide in ij. par. ſummæ. tit. vj. c. ij.

De ebrietate. Cap. II.

SI bibit vſq; ad ebrietatem, aduertens ſe nimis bibere, vel potentiã vini ſufficientem ad inebriandum, vel de hoc dubitans probabiliter, peccauit mortaliter: ſecus ſi ignorauit potentiam vini, vt Noe.

Si fuit cauſa inebriationis alterius aduertenter inducendo ad nimiũ potum, vel ponendo ſal in vino, & huiuſmodi: mortaliter peccauit, ſecus ſi fecit cauſa medicinæ.

Si

Si induxit aliquem ad frangendum ieiunium eccleſiæ ſine cauſa legitima ſuis perſuaſionibus, peccauit mortaliter: ſi induxit pueros & iuuenes ad lambacitates, & tabernas, huiuſmodi vt peruertat ad turpia. Si frequentauit tabernam ſine cauſa rationabili vel conuiuia diſſoluta, peccatum eſt.

De inſenſibilitate.

Si abſtinuit ſe nimis à cibo & potu, & alijs neceſſarijs vitæ, propter quod incurrit infirmitatẽ, cõiter eſt veniale: niſi fiat notabilis exceſſus, & addatur obſtinatio contra admonitiones in hmõi defectibus, qa tunc vř mortale ratione periculi inde ſequentis.

De filiabus Gulæ, & primò de hebetudine.

Cap. III.

SI ex fumoſitatibus inordinatę comeſtionis & potus, incurrit obſcuritatem, ſeu groſsitiem intellectus, ex hoc ineptitudinem intellectus, vel ineptitudinem legendi orandique, eſt veniale communiter.

De loquacitate.

Si nimis locutus eſt, ſeu dixit verba otioſa & ſine neceſsitate & rationabilitate, cõmuniter eſt veniale.

De

De ſcurrilitate.

Si fecit actus ſeu geſtus inordinatos, & ſi ſint prouocantes ad libidinem extra matrimonium, eſt mortale. Si vero ad diſſolutionem vel leuitatem, vt ventoſitatem, & huiuſmodi, veniale eſt.

De inepta lætitia.

Si habuit ineptam lætitiam, & vanã in ludis & iocis, communiter veniale eſt: niſi addatur aliquod vitium.

De choreis.

Choreæ, quæ fiunt cum inordinata lætitia, ſunt mortalia quinq; modis. Primò cũ fiunt ex libidine. Secundò cum fiunt in eccleſijs, quia ſacrilegiũ eſt. Tertiò cum fiunt à clericis & religioſis cum mulieribus, ratione ſcandali. Quartò cum fiunt ex inani gloria vel vana lætitia tã inordinata, quod ibi conſtituatur finis. Quintò cùm tales chorizantes non curant. In ſcandalo proximi eſt mortale. In alijs autem caſibus communitere ſt veniale. Poſſet tamen quãdoque eſſe mortale, nec de facili de huiuſmodi poteſt dari iudicium.

De

De immunditia.

De immũditia quæ poteſt intelligi,cùm quis immũdè comedit,& eſſet veniale: præcipue ſi ex hoc conturbat alios,vel quia vomitũ facit.Et ſi hoc facit, quia nimium comedit, vel vt audius comedat, peccatũ eſt: ſecus ſi cauſa medicinæ,vel poteſt intelligi de immũditia pollutionis,quę cùm accidit in ſomnis non imputatur ad peccatum,ſed peccatum poteſt eſſe in caſu eius,ſcilicet ſi proceſſit ex crapula vel turpi cogitatione præcedẽti, vel ex negligentia vel etiã poſt vigiliam recolens de ipſa immunditia habita in ſomnis turpibus delectatur, & ſi eſt conſenſus rationis de huiuſmodi turpi delectatione,eſt mortale, vel veniale,vel nullum,ſi fit ex alienatione naturæ. De immũditia ſeu pollutione procurata.Nota,quòd ſi quis agit hac intentione principaliter vt pollutionem habeat: ſiue vigilando, ſiue dormiendo, mortaliter peccat etiam ſi facit cauſa ſanitatis.

Si autem ipſa pollutio ei cõtingat in vigilia præter voluntatem, & ſine procuratione,non eſt mortale.

T De

De luxuria, titulus ſeptimus, & habet duo capitula.

Cap. I.

LVxuria eſt.vij.capitale vitium, ſed quia ſuprà in præceptis dictũ eſt ſatis de ſpeciebus eius in opere, ac etiã in cogitatione omnibus illis omiſſis, videndum eſt de quibuſdam alijs pertinentibus ad ipſam luxuriam, & delectationem moroſam, & primò.

Si tetigit aliquam, vel aliquem, vel oſculatus eſt libidinosè extra coniugium, mortaliter peccauit: etiam ſi nõ ſequitur turpis actus: nã talia exercitia in opere ipſo pro vno peccato habentur cum opere ipſo, ſed tanto grauius quanto in huiuſmodi cõcurrunt plura: ſi autem fiant diuerſis temporibus, diuerſa ſunt peccata. Si ſcripſit literas, vel portauit, vel miſit, vel recepit continentes amatoria, & prouocantia ad laſciuiam aduertenter, mortaliter peccauit.

Si fecit cãtationes, vel cãtauit, vel legit, vel audiuit verba laſciua, vel turpia delectabiliter ad prouocandum ſe vel alios ad laſciuiam, mortale eſt.

Si aſſociauit aliquem quem ſciuit ire ad

prouocan-

prouocandum,vel turpiter agendum,vel faciendum ſerenatas vel matutinas,peccauit mortaliter.

Si fuit mediator inter aliquos ad hmõi turpia,vel poſuit aliquos mediatores inter ſe & ĩter alios,& huiuſmodi, peccauit:mortaliter. Item ſi recipit encenium, vel donũ quodcunq;,vel miſit ex amore libidinis.

De delectatione moroſa.

DE delectatione moroſa, quod vitium reperitur in tepidis, & multum negligẽtibus, nam feruidi ſubitò cogitationes expellunt noxias, & frigidi deſiderijs operis acquieſcunt.

Si habuit cogitationes immundas & carnales,in quibus trahit morã poſtquàm ratione perpẽdit propter delectationẽ ipſam cogitandi hmõi,peccauit mortaliter. Non ſolùm quando quis cogitationibus luxuriç ratione conſenſit:deliberans facere malũ ſi adeſſet comoditas,ſed ẽt nolendo opus perpetrare, ſed non curãdo ipſas cogitationes libidinoſas expellere,poſtquàm perpendit, ſed in eis voluntariè immorando,peccauit mortaliter. Hęc vide in.ij.parte,ti.v.c.j.§.v.

De filiabus luxuriæ.

CAP. II.

DE filiabus luxuriæ, de quibus non oportet multum interrogare, quia difficile eſt intelligere, niſi cum miſtura aliorum vitiorum, prima eſt cæcitas mentis.

De cæcitate mẽtis, ſi fuit ita mẽte occupatus circa mundana & carnalia, q̃ neſciuit de Deo cogitare, vel de reb. ſpiritualibus.

De præcipitatione.

De præcipitatione, ſi fuit præceps & ſubitus in operibus ſuis, ſine conſilio & examinatione mentis debita, agens.

De inconſideratione.

De incõſideratione, ſi fuit in cautus ĩ factis ſuis nõ bene iudicans circa occurrẽtia

De inconſtantia.

De inconſtantia, ſi in eo quod deliberauit boni agere, fuit inconſtans, & mutabilis ex paſsione.

De amore ſui, ſi nimis ſeipſum dilexit quærendo corporis delectationes, & commoditatem, & huiuſmodi.

De odio Dei.

De odio Dei, ſi habuit Deum vel legem

eius in diſplicentia,quia prohibet concupiſcentias,& huiuſmodi.

De amore vitæ præſentis.

De amore vitæ præſentis, ſi nimis amauit vitam iſtam præſentem propter voluptates carnis,quibus eſt deditus:ita amare vitam præſentem quod aliquis vellet hic perpetuari,ſecundum Pe.eſt mortale.

De horrore futuri ſeculi.

De horrore futuri ſeculi,ſi horrorem habuit ad vitam futuram , de aliis vero quæ pertinent ad vitium luxuriæ & circa coniugium,vide infrà in iiij.parte interrogatorij in c.j.de couiugatis.

De ſuperbia,& habet capitula duo.

Capvt i.

SVperbia ſecundum Græ.eſt regiona omninm capitaliũ vitiorum,& eſt vitiũ multum ſubtile & difficile ad cognoſcendum & conſiſtit in appetitu inordinato propriæ excellentiæ, & habet quatuor ſpecies ſiue modos, de quibus poteſt interrogare prout videbitur expedire ſi tamen pœnitens intelligat. Si bona naturalia, ſpiritualia, vel temporalia quæ habuit, ſibi attribuit,

& à Deo non recognouit.

Si bona ipſa meritis ſuis à Deo recognoſcens principaliter ſe accepiſſe æſtimauit, videlicet propter ſua ieiunia, orationes & huiuſmodi. Si ea bona quæ non habuit, ſibi attribuit, vel plus quàm habuit cum æſtimauit ſe habere multum humilitatis, charitatis, patientiæ: & huiuſmodi cum non habet.

Si reputauit ſe meliorē eſſe cæteris alios contemnens in quolibet horum modorum poteſt eſſe mortale, vel veniale, ſecundum quod rationi cōſentitur vel non, vide diffuſius hanc materiā in ij. parte ſum. tit. iij. c. j.

De filiabus ſuperbiæ. c. ij. & primò de deriſione.

DE deriſione, quæ aliquando procedit ex ſuperbia. Si irriſit ſacramenta, & alia diuina vilipendens ea, aut ſanctos viros, aut prælatos, aut Deo ſeruire volentes, vt ſic retrahat eos peccauit mortaliter. Si irriſit aliquem, intendens ex hoc iniuriam vel vilificationem, vel notabilem perturbationem eius, mortaliter peccauit: ſed ſi ex leuitate, vel cauſa loci, ſecus.

De

De ambitione.

Ambitio procedit ex ſuperbia, & importat inordinatum appetitũ honoris, & multum reperitur in prælatis,& dominis.

Si deſiderauit aliquã dignitatẽ, vel beneficium curatum ratione deliberata principaliter propter honoré vel dignitatem, vel vtilitaté tẽporalẽ, peccauit mortaliter.

Si deſiderauit dignitatem vel beneficiũ eccleſiaſticum, vel ſeculare ad quod eſt indignus vel ineptus, videlicet quia criminoſus,& huiuſmodi, peccauit mortaliter.

Si deſiderauit vel quæſiuit ad hmõi peruenire, faciẽdo contra pcepta, mortale eſt.

Si quæſiuit honoré de quacunq; re, ita quod inordinatè ibi conſtituat finẽ, mortale eſt: in illis verò caſibus videtur veniale.

De præſumptione.

Præſumptio quæ procedit ex ſuperbia, conſiſtit in hoc quòd homo ponit ſe ad ea quæ ſunt ſupra vires ſuas, vel non pertinẽt ad conditionem ſuam, vt ſeculares ad iudicandum clericos, vel eos qui non ſunt ſibi ſubiecti, vel de his de quibus non habet poteſtatem, peccauit mortaliter: de preſumptione

ptione vide in ij.parte ſum.tit.iii.c.v.& vj.

Si poſuit ſe ad faciendum ea exercitia ad quæ non erat aptus. Vnde poteſt ſequi ſpirituale vel temporale damnum alteri: vt medicus ignarus medicinæ, vel aduocatus ignarus ad aduocãdum, iudex ad iudicandum, confeſſor ad audiendũ confeſſiones, & huiuſmodi peccauit mortaliter: ſecus autem ſi competẽter in arte illa peritus erat.

Si præſumens de virtute ſua expoſuit ſe periculis peccatorum, vt vadens ad loca inhoneſta, vel frequentans conuerſationem mulierum leuium, & huiuſmodi, vbi de facili poteſt labi in mortali peccato, mortale videtur. Si nimis de ſe præſumens, non prouidet neceſſitatibus, vel periculſs occurrentibus, ſpiritualibus, vel temporalibus, expectans effectum miraculoſum à Deo ſcilicet, vt eum ſanet infirmum ſine medico, & medicinis, vel miniſtret ei cibum ſine laborare, eſt mortale, & dicitur tentare Deum.

De temeraria iudicatione.

Si facta alterius quæ dubia ſunt, quo animo fiant, in malam partem interpretatus eſt, ſeu iudicauit, & ſine ſignis ſufficienti-

bus

bus iudicantibus malitiam alterius,delibe ratè iudicauit aliquem de peccato mortali,mortaliter peccauit.

Si verò iudicauit de veniali, venialiter peccauit. Idem ſi iudicauit de mortali, ſed deliberato animo.

De curioſitate.

Si fuit curioſus circa cognitionē intelle ctiuam, vt quærendo ſcire quæ ſunt ſupra capacitatē ſuam, videlicet de trinitate, de prædeſtinatione,vel quęrẽdo ſcire à quibus non debet,vt à dæmonijs,vel per ſortes,vel quærendo ſcire parum vtilia, & dimittendo magis neceſſaria, vel quærendo ſcire ſolùm ad ſciendum & non ad Deum cognoſcẽdum vel aliquam vtilitatem, peccatum eſt quandoque mortale,quandoq; veniale.

Si fuit curioſus circa vſus ſenſuum,ſcilicet, oculis aſpiciendo, auribus audiendo, naribus ad odorandum, guſtu ad guſtandũ,tactu ad tãgendum ſine neceſſitate vel vtilitate,ſed ſolũ delectatione ſenſuali,peccatum eſt cõiter veniale, & quandoque poteſt eſſe mortale.in ij.parte ſum.ti.iij.c.vij.

Si reperit ſe in ſpectaculis ad vidẽdũ, vt

tornea-

torneamenta, palæſtra, currere ad brauiũ, & huiuſmodi:nã ſi in hoc ſit periculũ mortis ſpiritualis,vel temporalis,vt quãdo ſunt ſpectacula repræſentantia turpitudinẽ, vel cũ reciperet notabilẽ læſionẽ corporis, eſt mortale: & multo magis in exercẽte & prębente occaſionẽ in huiuſmodi ſpectaculis, alias eſt veniale, niſi ꝓpter hoc aliquis ita delectaretur quòd mens eius auerteretur à Deo,ita videlicet, quòd paratus eſſet tranſgredi mandata Dei & eccleſiæ vt illa aſpiceret vel faceret. Et hoc idem intelligo de quocunq; peccato quod de ſe eſt veniale: quia per hunc modũ poteſt effici mortale.

De ingratitudine.

INgratitudo reperitur in omni peccato mortali, ſed vt circunſtantia aggrauant ipſum:quia vbi homo debet ſemper ſeruire Deo,cum offendit.Et etiam vnum ſpeciale peccatum inquantum ſcilicet recipiens bęneficia à Deo, vel ab homine ea non recognoſcit,recogitat, & regratiatur & ſe recõpenſat,vel quod peius eſt,vilipendit beneficia recepta, vel murmurat de ſe, vel iniuriatur benefactori, communiter autem reperitur

peritur miſtũ cum aliquo genere peccati, quandoq; mortale, quandoq; veniale.

De ſcandalo.

DE ſcandalo quod quandoque non eſt peccatum ſpeciale, ſed circunſtantia aggrauans peccatum, inquantum videlicet ex dicto vel facto alterius nõ recto, datur alteri occaſio ruinæ ſpiritualis: & hoc eſt ſcandalum: & ſi hæc nõ intendat, eſt circunſtantia aggrauans peccatum, & nõ mutans ſpeciem vnde eſt neceſſaria confiteri quando eſt tale quid veriſimiliter trahens ad ruinam peccati mortalis: & præcipuè cum hoc ſequitur Tho.ij.ij.q.xliij.

Si autem hoc intẽdat, ſcilicet ducere aliquem ex dicto vel facto ſuo ad aliquam ruinam, eſt mortale & ſpeciale peccatum, ſi intendat inducere mortale: alias veniale: de hoc vide in ij.parte ſum.tit.vij.c.iiij.

De adulatione.

ADulatio quæ communiter eſt ſcandalizatiua, & cõſiſtit in hoc quòd quis verbis vel factis ſuis inordinatè quærit placere alijs ad beneuolẽtiã captandã, & ſi malo adulatus eſt criminaliter: puta laudans

aliquem

aliquẽ de vindicta facta, vel turpitudine & huiuſmodi, eſt mortale. Si adulatur vel laudat aliquem intendens eum decipere notabiliter in tẽporalibus, vel ſpiritualibus, eſt mortale: ſecus, ſi aliquid iuſtum intẽdit ab eo habere, vel quid paruum recipere per modum doni vt hiſtriones. Si nimis laudauit aliquem, ex quo ille ſumpſit occaſionẽ ſuperbię, vel inanis gloriæ, communiter eſt veniale: & poteſt eſſe aliquando mortale. Si verò laudauit aliquem ad eum excitandum magis ad virtutem, vel ad confortandum eum in tribulationibus, & tentationibus obſeruatis debitis circũſtãtijs, eſt virtuoſum & meritorium, & alias veniale.

De blaſphemia in ſpiritum ſanctum.

Blaſphemia in ſpiritum ſanctũ quæ procedit ex malitia, videlicet inquantum quis contemnit, vel refugit ea cogitare mẽti occurrentia, per quæ poſſet retrahi à peccato, & habet ſex ſpecies, ſ. præſumptio, deſperatio, inuidentia fraternæ gratiæ, impugnatio veritatis agnitæ, obſtinatio: impœnitentia. De his verò interrogandum eſt prout videtur & communiter nõ reperitur

nisi

niſi in multũ ſceleratis. Præſumptio autem dicitur hic cum quis præſumit de Dei miſericordia, exiſtimãs quòd parcat ſibi ad beneplacitum ſuum, vel quòd ſaluet eum perſeuerantem in peccato. Deſperatio autem, cùm credit Deum non poſſe, nec velle ſibi parcere etiã pœnitenti, vel volenti ſaluari. Impugnatio veritatis agnitæ dicitur tùm quis cõtradicit veritati fidei, quam nouit. Inuidentia fraternæ gratiæ eſt cùm dolet quis de gratia Dei, & gloria creſcẽte in hominibus. Obſtinatio, cùm firmat voluntatem ſuam in peccatis commiſſis. Impœnitentia autem dicitur, cùm quis proponit firmiter etiam in futurum non pœnitere.

De ſchiſmate.

De ſchiſmate, hoc peccatum cõmittitur cùm quis recedit ab obedientia Romanæ eccleſiæ ſumens ſibi aliud caput vel ſequens aliquem canonicè vel electum, & ſemper eſt mortale, & excommunicatio contra tales: niſi fortè cùm eſſent duo: quorum quilibet habetur pro ſummo põtifice à ſuis ſequacibus, & neſcitur clarè quis ſit canonicè electus, in hoc enim videntur po-

Incipit tertia & vltima pars: in qua tractatur de modo interrogandi ſtatus diuerſos perſonarum, & habet xvj. cap.

De coniugatis. Cap. I.

NVnc verò formandæ ſunt interrogationes pertinentes non ad omnes, ſed ſolùm ad quoſdam ſtatus hominum. Et primò ad coniugatos, interrogandi ſunt nõ omnes de omnibus, ſed prout videtur. Si de facto contraxerunt in aliquo caſu prohibito, mortale eſt, quia contra prohibitionem niſi ignorantia facti probabilis eos excuſaret. Sed eſt ſciendum, quòd ſunt quædam impedimenta quæ impediunt matrimoniũ contrahendũ, & dirimunt iam cõtractum, quia nullum eſt; quod intelligendum eſt qñ dicta impedimenta prius inter eos inueniũtur, quam ſit contractum mattimonium & ea continentur in iſtis verſibus.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus diſparitas, vis, ordo, ligamẽ, honeſtas.
Si vis affinis, ſi forte coire nequibis.
Hæc aſſociãda vetãt, cõnubia facta retractãt.

Pro horum aliquali breuiſsima declaratione, nota quòd error intelligitur de perſona,

ſona,non de fortuna vel bonitate,cùm ſci-
licet quis contrahit cùm Berta,credēs eſſe
Catharinam, cum qua ſcilicet intendebat
contrahere. ff.Qui erat non conſentit. Et
C.Errantis voluntas nulla eſt.Cōditio,in-
telligitur de cōditione ſeruili, ſcilicet cùm
quis contrahit cum ſerua credens eam eſſe
liberam. Nam ſi liber contrahit ſcienter
cum ſerua, tenet matrimonium, & ſimili-
ter ſi contrahit ſeruus cum libera, credens
eſſe ſeruam. Item videtur ſi ſeruus cum ſer
ua, licet crederetur aſſe libera. Votum ſci-
licet ſolenne, per profeſsionem tacitā vel
expreſſam alicui religioni approbatæ. ta-
lis etiā eſſet excommunicatus. Cognatio
quę eſt triplex ſcilicet naturalis,ſpiritualis
& legalis naturalis dicitur cōſanguinitas,
& hæc habet tres lineas ſcilicet, aſcenden-
tium vt pater & auus,& huiuſmodi deſcēn
dentium,vt filius, nepos,& huiuſmodi col-
lateralium,vt fratres, ſorores, & huiuſmo-
di,& habet quælibet linea quatuor gradus
excluſiuè,præcipuè collaterales.nam inter
aſcendentes, & deſcendentes videtur eſſe
perpetua prohibitio, hic eſt ēt excommu-
nicatio.

nicatio. Cognatio ſpiritualis habet ẽt tres gradus,& contrahitur in baptiſmo, & confirmatione.Primus eſt inter tenentẽ ad baptiſmum,vel confirmationem, & eam quæ tenetur:& dicitur paternitas vel filiatio.

Secũdus eſt inter patrem & matrem carnalem eius qui tenetur, & eum qui tenet cum vxore eius, & dicitur compaternitas.

Tertius eſt inter naturales filios eius qui tenet,& illam quæ tenetur, & dicitur fraternitas. Cognatio tertia.ſ.legalis quæ fit per adoptionem,habet tres lineas, vel gradus.

Primus eſt inter ipſum adoptantem,& filiam quam adoptauit, ac etiã filiam ipſius adoptantis.

Secundus eſt inter vxorem adoptantis, & ipſum adoptatum, ac etiam vxorem adoptati & ipſum adoptatum.

Tertius eſt inter filios naturales & legitimos adoptantis,& ipſum adoptatũ: & hoc tñ cũ ipſi filij ſunt in poteſtate patris. Crimen iſtud quod habet dirimere contractũ, & impedire contrahendum,intelligitur tm̃ de duobus criminibus in duobus caſibus.

Primum eſt quòd cùm mulier machina-

tur cum effectu in mortem vxoris alterius, vt habeat illũ in uirũ, uel ecõtra, vir in mortẽ alterius viri, vt habeat illã in vxorem &c.

Secundum, cùm quis dat fidem alicui cõiugatæ ducere eam in vxorem poſt viri ſui mortem: & cum iſta promiſsione ſequitur adulterium. Cultus diſparitas: vt ſi fidelis cõtrahat cum Iudæa, vel Pagana permanente in infidelitate, ſecus ſi cantraheret cũ hæritica, nam tunc tenet: ſed cohabitare non debet, ſi eſſet ei periculum cohærendi in hæreſim: & peccat mortaliter contrahens cum tali. Vis, id eſt, violentia, ſcilicet abſoluta, impedit & dirimit, & ſimiliter violentia per metum, qui poteſt cadere inconſtantem virum, & continẽtur in hoc verſu.

Stupri, atque ſtatus, verberis, atque necis.

Niſi poſteà de inuitio efficiatur voluntarius. Quando intelligitur de ordine ſacro, id eſt, ſubdiaconatus, vt ſupra, & talis contrahens eſſet excommunicatus.

Græci in ſacris vti poſſunt contracto ſed non poſſunt contrahere. Ligamen, id eſt, ſi ſit alteri ligatus per coniugium etiam ſi per verba de præſenti nondum conſummatum.

tum. Nam talis nullo modo poteſt alteri matrimonialiter copulari, niſi ille cũ quo cõtraxerat profiteatur in aliqua religione. Et ſi recederet vnus coniugũ ita quòd mul tos annos alter nihil audiret de eo, nõ licet alteri contrahere niſi ſciret de morte eius.

Honeſtas, id eſt publicæ honeſtatis iudi cia, quæ oritur ex ſponſalibus cõtractis cũ aliqua, cum qua poſtea nõ ſequitur matrimonium propter mortẽ, vel aliam cauſam. Nã cum nulla cõſanguinea illius vſque ad quartum gradum contrahere poterit. Affi nitas eſt proximitas quæ cõtrahitur per eũ qui dixit vxorem, & omnes cõſanguineos vxoris vſque ad quartũ gradum, & vxorem ipſam, & oẽs conſanguineos viri eius vſque ad quartum gradũ, nec illa mulier põt contrahere cũ aliquo. Ray. Conſanguinitas eſt vinculum perſonarum ab eodem ſtipite deſcendentium carnali progenie cõtractum. vocatur ſtipes illa perſona à qua aliqui du xerunt originem, vnde cõſanguinei dicuntur quaſi de vno ſanguine procedentes. Et nota quòd affinitas contrahitur etiam per fornicarium coitũ, ita quòd ille qui forni-

catur cũ aliqua, non poteſt contrahere ma trimonium cum cõſanguinea aliqua eius, vſque ad quartum gradum: neq; illa mulier poteſt contrahere cum aliquo conſanguineo fornicantis cũ ipſa vſq; ad quartũ gradum & ſcienter contrahens in huiuſmodi gradibus affinitatis eſt excommunicatus. Item no. ſicut dixit Pe. de pa. quòd inceſtus qui committitur à pueris non habentibus vſum rationis non eſt de reſeruatis Epiſcopis, nec propter hoc tollitur virginitas, nec cauſatur affinitas hæc ille in iiij: di. ij. art. j. in conclu. ij. Si fortè coire nequibus. In potentia exercendi actum coniugalem qui poteſt peruenire vel ex frigiditate naturali, vel ex maleficio vel indiſpoſitione membri genitalis viri vel mulieris.

De his omnibus impedimentis habes plenè in. iij. parte ſum. ti. j.

Sed nota quòd non oportet nec expedit interrogare omnes coniugatos ſigillatum de his impedimentis: ſed de illis tãtùm, de quibus poſſit præſumpto haberi, & præcipue de impedimento criminis, vel cognationis, vel publicę honeſtatis ſed multò magis

gis de affinitate. Si tamen quis cognoſceret conſanguineam eius cum quadã contraxit per verba de præſenti, & multomagis ſi iã conſummauit matrimoniũ: matrimoniũ quidẽ tale non diuiditur ſed admittitur petẽti debitũ:ita quod petere non poteſt abſq; mortali peccato, tenetur tamen reddere exactus. Idem de muliere quæ permittit ſe cognoſci à conſanguineo viri ſui. Si verò antequàm contraxit per verba de pręſenti cum aliqua, cognouit conſanguineam eius, ita quòd ſemen admiſit intra clauſtra pudoris,non poteſt iam habere illam:& ſi iam cõſummaſſet cum illa, non tenet matrimoniũ: nec in hoc poteſt diſpenſari cũ illa, niſi per Papã. Vnde ante diſpenſationem ſemper peccat mortaliter exigẽs & reddẽs debitum, ſciens dictum impedimentum. Alter verò coniugũ neſciẽs excuſatur de peccato ex ignorantia facti probabilis de his & omnibus alijs quando caſus occurrit,vide plenius in ſummis Si contraxit matrimoniũ clandeſtinè, quia mortale eſt ꝑꝑ prohibitionem eccleſiæ.Si habẽs votum ſimplex cõtinentię,cõtraxit matrimo-

niũ peccauit mortaliter; niſi ſit diſpẽſatus à Papa prius, & tenetur adimplere votum vſque ad cõſummationem matrimonij nã ipſo cõſumato impotẽs ſit ad implendũ, & exactus omnino tenetur reddere expreſsè vel interpretatiuè petenti: ſed exigere non poteſt ſine diſpẽſatione, aliter peccat mortaliter. Si contraxit cum aliqua, vel mulier cum aliquo per verba de futuro, & poſt matrimoniũ cũ aliqua cõtraxit vel de futuro, vel de præſenti, mortaliter peccauit propter fractã fidem, niſi de cõmuni conſenſu mutuo ſe abſoluerint, quod fieri debet per iudiciũ eccleſiæ. Vel niſi aliquis de ſeptem caſibus ſuperuenerit, quibus ſolui poſſunt ſponſalia quos habes in ſummis videlicet in.iij.part.ſum.tit.j.c.xviij. diffuſius in ſum. hoſt.ti.iiij.de ſponſa. & ma.vij.col. Si poſt matrimonium cõtractum per verba de præſenti contraxit cum aliqua, mortaliter peccauit, nec tenet matrimonium: & etiam ſi eſſet conſummatum, & filios genuiſſet, ſed oportet redire ad primũ, niſi ille cum quo prius contractũ eſt, ingreſſus eſſet religionẽ, & ibidem profeſſus, vel niſi cum eo pa-

pa

pa diſpenſaſſet: in ſecundo tamen ſecundũ theologos diſpenſare non poteſt ſed quia difficile eſt diſputare de poteſtate Papæ, ſi ſine ſurreptione obtẽta eſt, forſitã tranſiri poteſt. Si cõtraxit matrimonium, vel filios vel ſilias iunxit matrimonio ante ætatem legitimam, quia prohibitum eſt. Aetas autem legitima ſecundum iura. eſt in duodecimo anno ſi eſt fœmina, ĩ quarto decimo, ſi eſt maſculus: ſcilicet ad conttahendum per verba de præſenti, & ad conſummandum matrimonium. Si conſumauit matrimonium ante benedictionem nuptiarum, eſt mortale, vbi ſcilicet conſuetum eſt benedici nuptias: quia contra prohibitionem eccleſiæ: & hic aduertendum eſt quanuis ſponſi non conſumment matrimoniũ cum ſponſis ante benedictionem, in multis tamen locis multas turpitudines & corruptalas faciunt cum eis, illas viſitando: vnde interrogandum eſt de his vbi iſta reperiuntur. de hoc vide Pe. de pa. in iiij. di. xxxij. q. j. ar. iiij. in. ij. iij. & iiij. conclu. Si celebrauit nuptias tẽpore prohibito ab eccleſia, quia mortale eſt. Tempora autem prohibita

ſunt iſta, ſcilicet ab Aduentu vſq; ad Epiphaniam, & à Septuageſima vſq; ad octa. Paſche, & à tribus diebus ante Aſcenſionē vſq; ad octauam Pentecoſtes excluſiuè.

De actu coniugali & peccatis commiſsis in eodem.

SCiendum eſt quòd in actu hoc cõiugali aliqua fiũt vbi eſt dubiũ vtrũ ſint mortalia an venialia. Aliqua vero ſunt quæ ſunt manifeſtè mortalia. Aliqua in quibus ē veniale. Aliqua in quibus nullũ peccatum eſt Primò quidem mortale eſt, ſi exerceatur talis actus extra vas debitũ, vel etiã ſi intra vas debitum: tamen nõ ſuſcipitur ſemē ad euitandum generationē. Si ex tactibus impudicis extra actum matrimonij ſequitur pullutio in altero ipſorum. Si exercēs actũ cõiugalem habet appetitum deliberatum ad aliam. Si ſe habet ad eam ita inordinato affectu in actu coniugali, ac ſi non eſſet vxor eius, etiam opus carnale ageret cum illa vel alia, difficile tamen eſt hoc diſcernere & cognoſcere. Si alter altari omnino exigenti denegat debitum ſine cauſa legitima, propter quod exigens incurrit incõtinentiam,

tinentiam,vel graue ſcandalum. Eſſet autem cauſa legitima, ſi notabiliter timeret notabile nocumentum perſonæ vel coniugis,vel prolis in vtero, vel quia ex adulterio commiſſo perdidit ius petēdi debitum, vel etiam in loco ſacro peteret, quia ſic locus violaretur. vel eſt in publico quia contra debitam honeſtatem. Non eſt autem legitima cauſa omnino denegandi debitum petēti in die ieiuniorū vel feſtorum ſolennium,vel ira, quam habēt adinuicē per paruum tempus. Dubium de mortali quando quidē ſeruātur vas debitum, ſed modus indebitus,putà ſi lateraliter vel à parte poſteriori accedatur ad vas debitum, vel mulier ſupergrediatur virum: in quibus modis, & præcipuè in vltimo aliqui dicūt eſſe mortale. vide Pe. de pa.di.xxxj.q.iij.ar.ij. con v.alij verò vt Th. & Alb. dicunt quod non eſt mortale de ſe:ſed poteſt eſſe ſignū mortalis concupiſcentiæ. Nec per hoc impeditur generatio, etſi nō ita aptè procreentur. vnde in huiuſmodi noli præcipitare ſententiam,nec denegare abſolutionem perſeueranti in huiuſmodi. Sed deteſteris, & prohibeas

hibeas quantũ potes quando vero hoc ét fieret primo & ſecũdo modo propter periculum abortus, fortè tunc eſſet ſine peccato. Dubium etiam de mortali eſt,tempore menſtruorũ:& præcipuè in exigente ſciente talem defectum, quem quidam ponunt eſſe mortale,præcipuè quãdo non eſt quaſi continuus,ſed conſuetus vt menſatim.

Alij dicunt contrarium, vt Pe.de pal.Et hæc opinio eſt cõmunior,vnde nec propter hoc deneges abſolutionem,ſed prohibeas quantum potes exactione exigenti,& exactum admoneas vt non aſſentiat exigenti niſi ex hoc timeatur de eius incontinẽtia.

Dubium eſt etiam de exigente debitum à coniuge permanente in adulterio,ſiue occulto ſiue manifeſto, quod ipſe nouit. Hoc quidam dicũt eſſe mortale in exigẽte:quia facit contra cõſtitutionem eccleſiæ: vt notatur. xxxij.q.j.c.Si quis vxorem. & hoc firmatur in ſumma Piſana. Sed in ſumma cõfeſſorum,& archidiaconus in roſario mitigant hũc rigorem excipientes caſum,videlicet cùm hoc faceret exigẽs ad prouidendum incontinẽtiæ ſuæ; ſed Pet.de pa.multomagis

tomagis mitigat hunc rigorem vt cùm nõ ſperatur emẽdatio ex hoc permanentis in adulterio, ſed potius deterioratio, non peccat exigens, ſaltem mortaliter. Veniale autem eſt cum exigitur actus coniugalis, & ſi debito ſeruato vaſe & modo, tamen principaliter intentione delectationis conſequendæ: ita tamen, quod ſimul ſtat intentio infra limites matrimonij, ſi exerceatur actus coniugalis propter ſanitatem corporalem, peccatum eſt: quia non ad hunc finem ordinatum eſt veniale, tamen puto eſſe peccatum in ſolennitatibus & ieiunijs exigere debitum aliqua infirmitate, ſcilicet concupiſcentiæ ductus, ſine contemptu tamen ſacri temporis, vel eccleſiaſticæ exhortationis, veniale eſt ſecundum Tho. in iiij.di.xxxij.ar.v.q.iij.& Raimun.ſed reddens non peccat cùm timet de incontinentia, vel ſcandalo coniugis: peccaret autem ſi negaret omnino. In tempore verò prægnationis exigere. veniale eſt, ſi tamen non eſt periculum abortus, reddere verò nullum peccatum eſt. Ante purificationem poſt partum exigere ſeruatis

alijs circunſtantijs non videtur mortale, ſecundum Gul. Reddere vero non voluntariè, nullum. Exigere etiam vel reddere debitum ante ingreſſum eccleſiæ poſt partum, de ſe non videtur peccatum: & poſſunt mulieres intrare eccleſiam ante quadrageſimum diem abſque peccato, in quo tamen eſt ſeruanda conſuetudo patriæ. Actus impudici qui ibi exercentur non pertinẽtes ad opus: ſed ad delectationem exercentis, vt tactus, & oſcula, & huiuſmodi inordinatè, communiter ſunt venialia, quã uis ibi poſſet eſſe tanta actuum inordinatio, quòd poſſet eſſe peccatum mortale. ſine peccato autem exercetur actus coniugalis cùm ſit cauſa prolis ſuſcipiendæ vel etiam cùm ſit cauſa reddendi debitum, ſeruatis tamen aliis debitis circunſtantiis. Debet tamen exactus omnino reddere, & præcipuè vir vxori, non ſolum expreſsè, ſed etiam per ſigna petenti: nec vir debet vxorem auertere ne petat, propter periculum. Fit etiam tertio modo ſecundum aliquos ſine peccato, ſcilicet cùm ſit cauſa vitãdæ fornicationis in ſe, vel coniuge ſua.

Interrogationes fiedæ circa ſtatum matrimonij.

Cap. I.

CIrca prædicta ſic poſſunt fieri interrogationes:& primò,ſi vſus eſt matrimonio extra vas debitū. Si aliquid fecit ad euitandum prolē,ſi modo indebito,licet in vaſe debito, & huiuſmodi.Si vtendo matrimonio habuit intentionē ad aliā.Si tempore menſtruorum exigit,vel reddit. Si in diebus feſtorū,vel ieiuniorum. Si tēpore prægnationis præcipuè prope partum vel ante purgationem poſt partum.Si exigit vel reddidit à permanente in adulterio.Si principaliter cauſa delectationis,aut alia, & qua cauſa, & circa huiuſmodi iudicandum eſt de peccato mortali vel veniali iuxta prædicta:vt patet in ſummis. Si omnino negauit debitum petenti.Si extra actus cōiugij per tactus ſecuta eſt pollutio in altero ipſorū. Si excommunicatus aliquo vinculo contraxit matrimonium,ſcilicet,excommunicatione maiori,peccauit mortaliter, & præcipuè quando ſciuit, & hoc quia participauit in diuinis ſcilicet ſacramento matrimonij.Idē videtur de minori excōmunicatio-

ne.

ne, ſi eam nouit: quia ſeparat à ſuſceptione ſacramentorũ, & matrimonium eſt vnum ex ſacramentis eccleſiæ. Si exiſtens in peccato mortali contraxit matrimonium, videtur mortale, quia ſacramentum ſuſcipit in mortali ſcienter, præcipuè verò videtur mortale, cõtrahendo per verba de pręſenti: quia ibi eſt eſſentia ſacramẽti. Si cõtraxit cum aliqua perſona per verba de præſenti, vel de futuro, non intendens habere illum vel illam in coniugem, ſed tantũ copulam carnalem extorquere, mortaliter peccauit, quamuis nõ ſit ibi realiter matrimonium; cogendus ſi eſt in foro conſcientiæ, illã ducere, vel aliter illi ſatisfacere maximè ſi eſt ſecuta copula. In quo tamẽ caſu iudicaret matrimoniũ, & cogeret illũ cui obedire tenetur. Si vir nõ prouidit vxori & familiæ, & de neceſſarijs nõ tamẽ ſuperfluis. Si nimis eã exaſperauit verbis vel factis. Si zelotypus ex hoc nimis ſuſpectuoſus contra eam fuit, vel nimis remiſſus in cura eius. Si vxor inobediẽs, & cõtentioſa, & ſui ſenſus fuit erga virũ. Si nimis inculta, & negligens circa gubernationem domus. Si irreuerens, & di

ſcola

ſcola ad ſoceros & cognatos. Si nimis dedit de rebus viri parĕtibus ſuis, vel pauperibus pluſquã debuit. Si dedit licentiã viro coeundi cũ alijs mulieribus cũ peregrinaretur, eſt mortale. Si mulier non vult ſequi virũ transferentẽ domicilium ad quod tenetur, niſi eam traheret ad peccatum, aut dubitaret de morte ſua, aut eſſet vagabundus. Si vterque filios educauit in timore Dei, & inobedientia mandatorum eius.

De Principibus, Rectoribus & Baronibus.

Cap. II.

Circa Principes, Rectores, & Barones ſeculares ſic poſsũt fieri interrogationes, prout fuerit expediens ſecundũ conditionẽ perſonarum, primò: Si per vſurpationem & iniuſto titulo obtinuit dignitatem, regimen vel dominum ciuitatis, vel caſtri: quia mortaliter peccauit, & ſemper in ipſo manet dũ tenet in huiuſmodi vſurpationẽ: niſi poſtmodum titulum ſibi iuſtificaſſet, nec ibi ante iuſtũ titulũ poteſt exercere iudicia ſine mortali. Si ambitioſus fuit ad dignitates, & ad regimen nimis aſpirans, & ſi intẽdit negligere iuſtitiam ad acquirẽdum

amicos,

amicos,vt & ſic in dominio ꝑmaneat,mortaliter peccat. Si prælatis eccleſiaſticis vel aliis ſuperioribus ſuis non fuit obediens,& admonitiones & correctiones ab eis factas non ſuſtinuit patienter,& ſi contēpſit, mortaliter peccauit.Si ſentētias excommunicationis vel interdicti non curauit, aut ſic ligatus diuinis ſe ingeſsit,quod eſt mortale. Si propter crimen eius ciuitas eſt interdicta,quod eſt ſibi ad maius iudicium.

Si propter excōmunicationem latā in ſe iudices vel actores,vel miniſtros grauauit: quia vltra mortale, eſt excōmunicatus. Si de factis aut defectibus eccleſiaſticarū perſonarum ad eum non pertinentibus ſe intromiſit, vel trahendo ſuum iudiciū & huiuſmodi, peccauit mortaliter. Et cepit vel capere fecit,vel percutere, vel incarcerare clericos, vel religioſos etiam dilinquētes,eſt excōmunicatus, ſi non habuit prius licētiam à prælato ſuo.Si electionem alicuius malitiosè impediuit,vel per violētiam aliquam intruſit, vel ſi grauauit aliquod monaſterium,vel collegium, eo quòd nolebat illū eligere pro ꝙ rogabatur, eſt excōmunicatus.

municatus vltra mortale. Si prohibuit ſub ditis ne vẽderent clericis neceſſaria, vel eis panẽ non coquerent ex quo non habuit ab eis quod voluit. Si patronatus eccleſiarum de nouo ſibi vſurpauit, vel bona vacãtium eccleſiarum, aut monaſteriorũ, vltra mortale eſt excõmunicatus. Si impoſuit tallias vel collectas, vel alia grauamina clericis, vel alijs perſonis eccleſiaſticis, ſine licentia Papę, ſi nõ deſiſtat poſt admonitionem, eſt excõicatus. Si fecit ſtatuta vel leges contra libertatem eccleſiaſticam, vel iudicauit ſecundum ea, vel dedit conſilium, ad huiuſmodi, vel non remouit ſi potuit, vltra mortale peccatum, eſt excommunicatus.

Si noua pedagia inſtituit, nõ habẽs autoritatẽ à principe ſuper hoc, vel antiqua ſeu noua pedagia augmentauit excommunicatus eſt: ſecus ſi fecit hoc cũ licẽtia principis, & cauſa rationabili, & nõ tenuit ſtratam publicam ſecurã vt debuit, peccauit mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem. Si à clericis & religioſis theloneũ, pedagium ſeu gabellam accepit pro his qui deferunt vel deferri faciunt non cauſa negotiatio-

ñis,grauiter peccat, & eſt excommunicatus. Quanuis aliqui,vt Ioan. cald.hanc nõ admittãt,quia non eſt recepta:& Papa ſcit & tolerat,imò ipſe facit in terris ſuis:ſed tutius eſt vt obſeruet. Si publicos vſurarios alienigenas, & nõ inde oriundos ad fœnus exercendum in ciuitatibus ſuis admittit, vel admiſſos inde infra certum tempus nõ expellit,eſt excõmunicatus. Et idem ſi ciuis exiſtens dedit ad hoc conſilium,vel fauorem hocverũ eſt,ſi talis eſt perſona eccleſiaſtica, habens ſcilicet dominium temporale, nam dominus ſecularis non eſt excõmunicatus,ſed excommunicandus,ca.vſurarũ.de vſur.lib.vj. tamẽ Epiſcopi,vt ſuprà non incurrũt,ſed alij. Item ſi ciuis exiſtẽs, dedit ad hoc cõſilium vel fauorem. Si naufragãtes indiſtinctè deprædatus eſt,vel deprædari facit, vel hoc factum nomine ſuo ratum habuit, vt pirata, excõmunicatus eſt,excõmunicatione Papali.Si naufragantes expoliauit,vel res eorum ad portus terrarum ſuarum à mari delatas, ſibi appropriauit, quod eſt rapina,& excõmunicatus eſt,ſecundũ aliquos.Si incẽdia fieri feeit,di

ruit,

fuit, vel fregit eccleſias, vel loca religioſa; eſt excommunicatus, & ſi eſſet denuntiatus, eſſet caſus Papalis: ſi immunitatem eccleſiarum violauit, videlicet faciendo capere omnes in eis propter debita, aut maleficia in Eccleſia, vel locis priuilegiatis, ſacrilegium committit, & poteſt excõmunicari, & eſt mortale, ſecus eſſet ſi combuſtores eccleſiarum illud fugentes, vel violatores eccleſiarum: quia tunc propter hoc non gaudent immunitate eccleſiarum.

Si eccleſias, vel perſonas ecclaſiaſticas ſiue priuilegiã earum violauit, vt multi tyrãni faciũt; ſi fecit repræſalias vel permiſit fieri, vel fecit contra perſonas Eccleſiaſticas, eſt excõmunicatus, niſi alias reuocarit infra mẽſem. c. & ſi pignorationes. de iniuriis & dam. da. lib. vj. Vtrum autẽ liceat facere repræſalias cõtra laicos, vide in tertia parte ſum. ti. iiij. c. iiij. ſi ad Eccleſias n quibus patronus fuit non poſuit idoneos, vel non repræſentauit, ſed ineptos & idiotas, vel cõcubinarios, & alios malos præſentauit, vel ſubditos ſuos eccleſiarum patronos tales eligere, aut ſuos præſentare perſuaſit, ſic

 mortaliter

mortaliter peccauit: ſi accepit pecuniã vt aliquẽ præſentaret,cum eſſet patronus,vel ſupplicaretur Papæ, vel epiſcopo pro beneficio alicui conferendo,ſimoniam cõmiſit, vel etiam abſq; pecunia ſi porrexit preces pro indigno, eſt mortale: & ſimoniacus, ſi fuit fautor vel defenſor hæreticorum, aut etiam ſchiſmaticorũ, peccauit mortaliter, & eſt excommunicatus.

Si impediuit volentes recurrere ad forũ Eccleſiaſticum,ſuper cauſas quæ ad ipſum forũ pertinent, ne ſcilicet coram Eccleſiaſtico iudice huiuſmodi cauſæ agitẽtur, vel ad hoc dans conſilium,auxilium,vel fauorem,eſt excommunicatus,ſi bellum aſſumpſit iniuſtè, vel fuit adiutor iniuſtè bellantis,quia omnia mala quæ inde ſequũtur,ei reputantur ad culpã, & tenetur ad reſtitutionem omnium damnorum inde ſequentium,& hoc niſi ad adiuuandum eum tenẽretur,& ſeruiendum, videlicet quia eſt miles aut eius vaſallus, talis enim adiuuans cùm eſt dubium an bellũ ſit iuſtum, excuſatur.xxiiij.q.j.ca. quid culpatur, non autẽ excuſaretur ſi ſciret bellum eſſe iniuſtũ. Si

conſuluit

conſuluit exiſtens in officio communitatis,quòd ſcilicet aſſumatur iniuſtũ bellum, tenetur ad omnia mala, & dãna, niſi fortè proponeretur in cõſilio materia, modo falſo,tanquã eſſet iuſtum,tunc enim ignorantes videntur excuſari. De materia belli, & quando iuſtum dicatur,vide in ſum.in tertia parte,tit.iiij.cap j.& ij. Si indiſcretos & tyrannos officiales fecit,ſeu præpoſuit terris ſuis,tenetur de damnis & malis eorum, ſi ſciebat eos eſſe tales: ſecus ſi ignorabat, niſi cum audiſſet non remouerit eos ſi potuit. Si iniuſtas exactiones vel collectas impoſuit,rapinam commiſit, & quæ dicantur iniuſta talia,vel collecta,& quomodo ſatiſfacere debeat,vide in tertia par.ti.iij.c.iiij. §. iij. Si poſuit Iudæos in officijs publicis, quod prohibetur xviij. q.iiij.c.cõſtituit. Si ea quæ ſunt cõmunitatis, appropriauit ſibi,videlicet ſyluas,ſcilicet & campos,& huiuſmodi,mortaliter peccauit,& tenetur ad reſtitutioné. Si liberos homines in ſeruos ſibi ſubiecit, Chriſtiani enim non poſſunt redigi in ſeruitutẽ ratione belli: vel etiam capti non poſſunt licitè emi in ſeruos, vel

empti vendi & emi ab aliis nō poſſunt, ſed infideles bene rediguntur in ſeruitutem, & emi & vendi poſſunt capti in iuſto bello: qui ſi poſtea efficiantur Chriſtiani, non tamen ex hoc liberantur à ſeruitute, quanuis ſit pium hoc facere, ſi à decedentibus ſine filiis accipit bona ipſorum, non permittēs eos teſtari, & delegate ad placitum niſi talis patria heberet talem ſubiectionem a tēpore cuius nō eſt memoria in contrariū. Si nimis vindicatiuus fuit. Si homicidia, mutilationes, incarcerationes vulnera, & huiuſmodi ſæua ſine iuſtitia vel cum iuſtitia, ſed ex odio & vindicta fecit, ꝓcurauit. vel permiſit, & huiuſmodi grauia, ſunt mortalia; ſi torneamenta vel duella fieri fecit vel permiſit, vel ludos vel ſpectacula periculoſa animæ vel corpori, vt proiicere lapides ad inuicem, vel repræſentationes turpitudinum fieri fecit, vel permiſit, & nō prohibuit, ſi ſine graui ſcandalo potuit remouere, mortaliter peccauit. diſt. lxxxij. c. error. Si leges ſtatuit quas nō debuit, vel potuit, quia ſcilicet iniquas, mortaliter peccauit. Si nimis durus fuit ad diſpenſandū, vel par-

cendum in quibus potuit, vel ecōtra nimis facilis ad parcendum delinquentibus in præiudicium iuſtitiæ & vtilitatis communis. Si feuda vaſalli ſuis abſq; iuſtitia denegauit, vel ſeruitium indebitum ab eis exigit aut fidem ſeruauit. Si ipſe exiſtens vaſallus, alterius non fuit fidelis domino ſuo vt debuit, ſecundum quod in iuramento fidelitatis exprimitur, vel obſequium debitum non præſtitit, vel aliquam iniuriam fecit domino, ſcilicet, alienando feudum, aut diminuendo, vel aliquod huiuſmodi, mortale eſt, & tenetur de dānis. Si tutelam alicuius ſibi commiſſam nō fideliter egit, ſed bona illius conſumpſit & diſsipauit, mortale eſt, & tenetur de dānis. Si in terra ſuæ iuriſdictionis ſuſtinuit iniuſtas menſuras, aut iniuſta pondera, aut iniuſta pretia rerū venalium ſcienter, mortale eſt, & teneri videtur, ſi cōmodè poteſt obuiare. Similiter peccat, ſi inducit vel ſuſtinet malas conſuetudines, aut corruptelas. Si tolerauit aut ſuſtinuit plublicos vſurarios, inde propter hoc recipiēs certam quotam, vel ſummam annuatim, mortale eſt, & tenetur il-

lud ſic acceptum reſtituere non vſurario, ſed creditoribus eius, à quibus vſuræ ſunt extortæ: ſecundum Thom. in opu. xxj. Si pignus aliquod habuit, cuius fructus non cōputauit in ſortem vſura eſt: & de alijs ſpeciebus vſuræ, ſi in aliqua offendit vel fuit particeps, vide in ij. parte ſum. tit. j. c. de vſuris. & hic ſuperius, videlicet in vij. præcepto. Si pœnas vel emendas in pecunia propter cupiditatem vel odium non propter correctionem delinquentium accepit vltra debitum, vel extorſit, vel pœnas corporales aut mortis in pecuniariam propter auaritiam contra iuſtitiam commutauit, mortale eſt. Si permiſit in terris ſuis latrones inualeſcere, vel malitioſè eis fauens, vel ex auaritia, nolens expendere ad ſecurandam patriam, mortale eſt, & tenetur de damnis & rapinis factis, ſi commodè poterat obuiare. Si iuſtitiam vendidit, vel munera iniqua accepit, ſcilicet pro adminiſtratione iuſtitię, vel aliàs iniuſtitiam fecit in iudicando, vel fieri fecit, mortale eſt. Si fidem promiſſam violauit etiam inimico, niſi prius ille violaſſet, mortale eſt. Si obſides

des ſuos non liberauit, mortale eſt. Si viduas & pupillos contra oppreſſores nō defendit cum potuit. Si treugas non ſeruauit. Si nimis ſumptuoſus fuit, & curioſus ſcilicet in veſtitu, & apparatu equorum familiæ cum canibus, & auibus, ædificijs, conuiuijs, nam vt poſſint facere huiuſmodi pompas, emungunt populos vſque ad ſanguinem, facientes multa iniuſta, ſi fecit ædificare domos ſuas, vel laborare in agris ſuis, vel vineis, vel ligna portari per ruſticos vel colonos, & non ſoluit eis plenè de labore ſuo, niſi ad hoc ex debito tenerentur: & ſi diebus feſtiuis fecit pro ſe laborare, mortale eſt: ſicut in primo caſu, quod tamen multi faciunt & malè, nec ſubditi debent obedire ſi nimis ſe occupauit in venationibus, & aucupijs, vel quod peius eſt ſubditos in hoc grauando, inducens ad huiuſmodi, & quod peſſimum in diebus feſtiuis, & non auditis diuinis, vt miſſa, propter quod eſt Dominus peccat mortaliter, & omnes, & ipſe reus eſt omnium. Si propter diſcurſus huiuſmodi deſtruxit ſegetes aliorum, tenetur eis de damno, vel

fecit,

fecit,vel permiſit accipere de blado, & fœno aliorum à ſuis propter equos ſuos, tenetur de damno. Idem & de alijs fructibus. Si hiſtrionibus ſuperfluè dedit numos, vel nimis turpia repræſentantes in curia nutriuit, vel concubinam, vel ludentes ad aleas, & huiuſmodi, quæ omnia ſunt damnabilia. Si de caſtitate familiæ ſuæ non curauit, ſed inhoneſtè ſe habẽtes cũ fœminis & maſculis, retinuit, nec correxit eos cũ poſſet, mortaliter peccauit. Si verò ſit coniugatus, interroga de his quæ habentur in capite præcedenti, prout videbitur fore expediens.

De iudicibus. Cap. III.

Circa iudices ſeu quemcunq; habentem poteſtatem ordinariam, vel delegatã, inquirendum eſt: primò, ſi iuriſdictionem aut poteſtatem recepit ſimoniacè: vt iudex eccleſiaſticus, aut vſurpatiuè: quia vſurpata poteſtas non dat autoritatem: vnde iudicando peccat mortaliter. Si exceſſit fines mandati ſiue poteſtatis ſuæ, peccat mortaliter: ſi ſcienter vel ex ignorantia craſſa. Si officialis vel iudex alius timore, odio cupiditate, vel amore, vel alia cauſa, iniquam tulit

ſententiam aduertenter, mortale eſt, & tenetur ad omne intereſſe parti læſæ, & ſcilicet ſi ille pro quo dedit ſententiam nõ vult ſatisfacere, vel non poteſt quoniam principaliter ipſe tenetur. Rayn. Si per ignorantiam craſſam ipſe tulit iniquam ſententiã in iudicio animæ tenetur, & peccat vt prius Ray. quia debuit ſcire ſe inſufficientem, & non iudicare.

Si per negligẽtiam: quia ſufficiens erat ſi laboraſſet ad inquirendum & legendum, veritatẽ inueniſſet: ſed neglexit hoc agere, tenetur vt prius. Mitius tamen agitur cum eo qui ex ignorãtia craſſa, quàm cũ eo qui ex malitia, & hoc habet locum in iudice ordinario non delegato. Si delegatus iudex iudicauit bona fide, & de conſilio peritorũ tulit iniquam ſententiãm, non videtur peccare, aut teneri ad reſtitutionem læſo: tum quia neceſsitate obedientiæ iudicauit, tum quia ſæpe ex certa ſcientia delegantis aſſumitur: qui eſt ignarus iuris: quia bonus vir, quod eſt verum, niſi inquirendo conſilium fuiſſet negligens, aut culpabilis: tunc enim peccat & tenetur ad reſtitutionem. Gui. Si

aſſeſſor

aſſeſſor inducit iudicẽ ad ferendã iniquam ſententiam, excuſatur quidem index, ſi ſimplex eſt, & habet bonam conſcientiam, ſcilicet credens ſententiam eſſe iuſtam, & ſi non fuit in culpa eligendo aſſeſſorem: quia bonus, ſufficiens communiter credebatur: ſed aſſeſſor peccat mortaliter, & tenetur ad ſatisfactionẽ læſo, ſiue doloſè, ſiue ignoranter inducat iudicem ad iudicandũ iniuſtè. Ray. Si iudex ignarus iuris ſecum ducit aſſeſſorem, qui communiter non reputatur ſufficiens vel iniquus, ſi de cõſilio eius fert iniquã ſententiam, licet credat iuſtã vterq; mortaliter peccat, & tenetur ad reſtitutionem inſolidum. Si accepit pecuniam in iudicio, quod põt eſſe quinq; modis, & ſemp videtur mortale. primò, ſi accepit vt malè iudicaret contra iuſtitiam & contra conſcientiam: & tũc illa pecunia debet dari ei in cuius iniuriam data eſt. j.q.j. cap. iubemus. ſecũdò ſi accepit vt bene iudicaret vel vt iudicaret, & daret ſẽtẽtiã, vel ſi accepit vt non iudicaret cũ deberet iudicare: vel vt nõ malè iudicaret, in his quinq; caſibus debet reſtitui ei qui dedit. ij.q.iij.c. non licet

hoc

hoc Ray.& ſecundũ Gul.in foro pœnitẽtiæ poteſt pauperibus erogari, ſicut & alia tur pia lucra: de conſilio tñ.Si iudex nullo mo do voluit ferre ſentẽtiam cum deberet pp quod aliquis amittit ius ſuũ, mortale eſt, & tenetur illi reſtituere litis æſtimationẽ. Ray.xxiij.q.v.c.aminiſtratos.Si iudex acce pit aliquid à partibus, vnde nota ꝙ ordina rius nihil põt accipere etiam expenſas,niſi moderata encęnia ſpõte oblata:eſculentũ, & poculentum.di.xviij.c.de eulogijs. Dele gatus poteſt excipere moderatas expẽſas, quãdo ſcilicet eſt pauper, vel quãdo opor- tet eum exire & equitate pro examinatio ne cauſę,vel pro aſſeſſore,ſecundum glo.Si autem papa alicui cauſam delegauit, non videtur quod aliquid poſſit petere, nec ẽt expenſas,ſi ſua ſibi ſufficiunt: niſi oporteat eum exire,vel plus quàm domi expendere. Ray.& Gul. Si iudex eccleſiaſticus ordina- rius vel delegatus contra conſcientiam & contra iuſtitiam, & in grauamen alterius partis in iudicio quicquã facit, per gratiã, vel per pecuniã, incurrit ſuſpenſionem ab executione officij per annũ condemnãdus

ad

ad æſtimationē litis, de qua vide in iij.parte ſum.ti.ix.c.ij.& in ij.par.ti.j.c.xix. §.iiij.

Si iudex eccleſiaſticus excõmunicationis ſententiam, ſuſpenſionis, vel interdicti nimis de facili fulminat,aut ſine præmiſſa admonitione,vel ſine ſcriptis,vel alias contra ordinē iuris, grauiter peccauit, de his in iij.parte ſum.ti.ix.c.j.

Si iudex quicunq; dilationes aliquas cõtra ius fecit, etſi ordinem iudiciarium non ſeruauit. Si partem alteram contra iuſtitiam grauauit. Si reo fecit quæſtiones ſeu poſitiones, ſeu inquiſitiones ad quas reſpõdere non tenebatur. Si appellationes legitimas non admiſit. Si doloſè locũ appellandi dedit: ſi poſt appellationem legitimam nihilominus in cauſam proceſsit. Si in dubijs magnis peritos nõ conſuluit. Si allegationes friuolas admiſit. Si pauperibus, viduis, orphanis non ſubuenit, & in aduocatione non prouidit, in quolibet iſtorum videtur eſſe mortale cum ſcienter deliquit.

Si iudex illicitè relaxauit pœnã debitam reo,quod fit tripliciter. Vno modo,quia nõ erat ſummus iudex:ſcilicet princeps, nec ei

publica poteſtas eſt plenariè commiſſa: ſed vt iudicet ſecundum leges & ſtatuta ciuitatis. Secũdo modo, quia & ſi habet plenariã poteſtatem tamen qui paſſus eſt iniuriam, non aſſentit ſibi remitti: ſed vult reum puniri. Tertio modo eſt quãdo, etſi iudex habet plenariam poteſtatem, & læſus vult remittere, tamen non eſt cauſa iuſta, Reipu. vtilis, ſed nociua: ſcilicet præbens incentiuũ delinquendi, & in quolibetis hæc Tho.ij.ij. q.lxvij.arti.iiij.& peccat mortaliter. Nota quod qui fingit fraudulenter caſum: aliquẽ per quem iudex aliquis vadat, vel mittat ad aliquã mulierem pro teſtimonio ferẽdo eſt excommunicatus.c.mulieres.de iuri.lib.vj. Si debitam pœnam auxit, vel minuit, cum non poſsit, vel non deberet, quando poſsit, vel non vide in ij.parte ſum.tit.xix.ca.ij.Si etiam mutare poſsit, vide ibi.tit.xxix.ca.j. Si iudicauit ſecundum allegata & probata condemnans quem nouit innocentem, qui tamen vtrum peccet vel non, vel excuſetur, vide in tertia parte ſum.tit.ca.xcij.Si miniſter iudicis exiſtens executus eſt iniquam ſententiam & iniuſtam: ſi pro certo ſcit innocentem,

nocentem,

nocentem, non excuſatur à peccato Ray. Secus ſi dubitat, quia tunc excuſatur propter obedientiam. De pertinentibus verò ad iudicium, habes in iij. parte tit. ix.

De aduocatis, procuratoribus, & notarijs.

Cap. IIII.

CIrca aduocatos, procuratores, & notarios interrogandũ eſt primò ſi poſuit ſe ad aduocandum cũ prohiberetur in iure ſciẽter hoc faciẽs, videtur peccare. Prohibetur aũt infidelis, & excõicatus excõicatione maiori, necnõ religioſus, niſi pro monaſterio, & de mãdato ſui ꝑlati, ſed & clerici in ſacris, vel etiã in minoribus, ſed beneficiati prohibẽtur aduocare ĩ iudicio ſeculari: niſi in cauſa propria & pro eccleſia ſua, vel ꝑ cõiunctis vel miſerabilibus perſonis: ſunt & aliæ perſonæ prohibitæ: de quibus habetur. iij. quæſtio. vij. §. iij. Et inter alios ꝓhibetur ſodomita, præcipuè notorius de iure, vel de facto. Iudex vel aſſeſſor ẽt non poteſt eſſe aduocatus in cauſa in qua eſt iudex, nec clericus pro extraneis cõtra eccleſiam ſuã. Ray. Si aduocatus, vel procurator ſciẽter defendit cauſam iniuſtã peccat mortaliter,

taliter, & tenetur alteri parti de omni damno habito. Tho.ij.ij.q.lxxj.ar.iij. Niſi ſatisfaciat clientulus qui principaliter tenetur & ſcit iniuſtitiam, quando ſcilicet obtinet omnem victoriã cauſæ. Si verò ignoranter iniuſtã cauſam defendit, ſcilicet putans iuſtam: excuſatur, ſecundum modum & conſuetudinem regionis, quod ignorãtia excuſare poteſt. Tho. vbi ſuprà Et ſi ex ignorantia craſſa, peccat mortaliter. Si in principio credebat iuſtã, ſed in ꝓceſſu cauſæ videt iniuſtam, debet deeſſe vel deſerere, & non vlterius proſequi, alias enim peccaret, & ſi obtinet victoriã cauſæ tenetur læſo ad ſatisfactionem, non tamen debet prodere aduerſario, vel ſecreta ſuæ cauſæ reuelare.

Sed inducere clientulum ſuum ad ſedandum vel componendũ cum aduerſario ſuo ſine damno aduerſarij. Tho. vbi ſuprà. dũ autem eſt ei dubia vſq; ad finem, licet proſequi ſemper illam ſine peccato. Gul. Si in aduocãdo vſus eſt indebito modo, videlicet ſecundũ Ray. Si produxit falſos teſtes, vel ꝓduci fecit, vel corruptos, ſi induxit falſas leges ſeu alias probationes falſas iuris, vel

facti. Si mentitur, vel mẽtiri fecit. vel doce ret clientulum ſuũ in iudicio. Si dilationes nõ neceſſarias quęrit in grauamẽ partium ſi opponat ſciẽter contra iuſtam ſententiã, in quolibet horum videtur mortale. Idem ſi non fideliter cauſam foueat quantum iuſtitia ſuadet omittendo de contingẽtibus ex negligẽtia, vel notabili ignorãtia, ĩ quo poſſet eſſe mortale. Si procaciter aut dicendo cõuitia, vel uociferãdo. Si ꝓdidit ſecreta aduerſario ſuo, & ſi per prædictũ modũ uicit iniuſtã cauſam, tenetur læſo de omni dãno inde ſecuto. Si amittit iuſtã cauſam propter ſuam infidelitatẽ, uel negligẽtiam vel ignorantiam, tenetur clientulo ſuo de omni damno. Si aduocatus nõ præſtitit patrocinium in iuſta cauſa pauperũ, & miſerabilium perſonarũ: nam ſi nouit talem caſum, & ſcit illũ per ſe non poſſe iuuari qui non habet ad ſoluendum, nec alium videt qui velit eum iuuare, propter quod amittit cauſam, tenetur gratis iuuare, ſi poteſt: alias videtur mortale. Tho. ij. ij. q. lxxj. ar. j. & Ray. Si immoderatum ſalarium accipit de ſua aduocatione: nam mederatũ petere

poteſt,

poteſt,& aduocatus & Iuriſconſultus, vt dicit Aug.xiiij.q.v.c.non ſanè. quòd moderatum ſumitur ex quatuor, ſcilicet ex quātitate cauſæ:ex labore aduocādi, ex ſcientia & facundia aduocandi, ex cōſuetudine regionis, & ſecundū hoc magis & minus poteſt accipere ſecundū Ray. vel ab initio cū facit pactum,vel ex poſt facto cōpleto.Sed ex quo cauſa eſt incepta necdum finita,nullum debet facere pactū cum litigatore quē accepit in propriam fidem,quia poſſet eſſe occaſio magni periculi.iij. q. vij.§. prætereà. Itē nō licet paſciſci de quota cū aduocato,videlicet decima vel centeſima,ſed de quota licet moderatè tamen ſecuudū iura. de hac materia vide plenè in tertia parte ſummæ tit.vj.ca.ij.in ij.parte.tit.i.cap.xix. Si iuriſperitus exiſtens in cauſa quā nouit iniuſtam conſuluit quomodo obtineretur, mortale eſt, & ſi vincitur ex conſilio eius, tenetur læſo de omni damno. Si ex ignorātia craſſa malè conſuluit, ſi non conſuluit pauperibus non habētibus ad ſoluendum, ſi nimis petijt, idē dicendū eſt ſicut de aduocato,ſi procurator exiſtēs defendit ſciē-

ter iniuſtã cauſam, ſi nõ fideliter & ſolicitè fouet iuſtam: ſi pauperibus non pręſtitit patrocinium, ſi nimium petijt ſalarium, idem dicendum videtur, quod de aduocato. Si notarius exiſtens aduertenter falſauit inſtruméta, peccauit mortaliter, & tenet̃ de omni dãno ſecuto. Si malitioſè occultauit iura aliorũ, ſeu inſtrumenta, & non aſſignauit, aut deſtruxit vel alijs dedit, vltra mortale, tenetur de omni damno. Si ex ignorãtia notabili, vel negligentia malè dictauit inſtruméta, vel teſtaméta cũ defectibus vnde oriũtur litigia vel perdũtur bona aliorum, peccat mortaliter, & tenetur de omni dãno læſo exinde. Si fuit rogatus in teſtamentis eorũ qui non erant ſui ſenſus ſcienter tanquàm vſum rationis liberum habentium. mortale eſt: & tenetur de omni dãno læſis. Si in inſtrumétis ſuis nõ eſt vſus ſolennitatibus legalibus vnde validãtur contractus, quia mortale eſt, & tenetur de omni dãno. Si fecit inſtrumenta in fraudem vſurarum ſciéter, mortale eſt, & eſt periurus. Si notarius in officio eſt ſalariatus ſufficiéter à cõmunitate, & accipit etiã ab his pro quibus

ſcribit

ſcribit gratas literas & huiuſmodi, vel non ſalariatus à cōmunitate accipit de cōſuetudine pro labore ſuo, vltra debitum & ęquitatē, peccauit & tenetur ad reſtitutionem. Si diebus feſtiuis ſine neceſſitate, ſed ex cupiditate fecit inſtrumenta, vel copiauit vel extendit ſcripturas cū poſſet differre, mortale videtur. Si fuit rogatus vel dictauit vel redegit in ſcriptis ſtatuta cōtra libertatem eccleſiaſticā, mortaliter peccauit, eſtq; excommunicatus. Si notarius exiſtēs Epiſcopi pro ſcribēdis nominibus ordinādorū, vel literis ordinationū, accepit pecuniam quia ſi ſalariatus eſt ab Epiſcopo, ſimoniā commiſit, ſi verò non ſalariatus ſatis accepit vt de lucro participet ordinato, ſimonia eſt, de qua vide plenius in ij. parte ſum. ti. j. c. v. §. xvj. Item in iij. parte. ti. xxj. c. ij.

De doctoribus & ſcholaribus.

Cap. v.

Circa doctores & ſcholares inquirēdum eſt, & primò ſi docens publicè leges vel phyſicam, admiſit ad lectioné ſuam ſciēter religioſos vel ſacerdotes ſeculares, vel alios clericos nō ſacerdotes ſed in dignitate cō-

ſtitutos quia excommunicatus eſt quando aliquem prædictorum aduertenter admittit ſimul cum illis:c.ſuper. Specul.extra ne cle.vel monachi. Si docens aut legens in quacunq; facultate, etiã in ſacra teologia, admittat religioſum exeuntem de monaſterio cum habitu ad audiendum ſine licẽtia prælati ſui ſcienter: eſt excõmunicatus cum eo:quia participat in crimine. Item ſi cum licentia prælati ſui, ſed ſine habitu ad lectionem recipit ſecundò lapſum. Si magiſter vel ſcholaris exiſtens Bononiæ, tractat cum aliquo ciue Bononienſi de conditione hoſpitij irrequiſitis inquilinis,niſi tẽpus conditionis fuerit elapſum,excommunicatus eſt,extrà de loca.c.ex reſcripto. Et hæc excommunicatio non habet locum niſi Bononiæ. Si quis eo pacto receptus eſt in canonicum,vt ſcholas teneat, ſimoniacus eſt, vnde & mortale: ſed vacante præbenda poteſt ei annecti hoc onus docendi licitè.Hoſtien.& Bernardus.Si aliquid exigatur vel promittatur pro licentia docẽdi quanuis ſecundum Hoſtien. non ſit ſimoniã,eſt tamen contra iura.Vnde & morta-

le eſt quod patet ex pœna propter hoc impoſita: quia exactum reſtituitur, & debent exactores officijs & beneficijs expoliari, extra de magiſtris, capitulo primo. Si magiſter habet beneficium vel ſalarium ſufficiens pro docendi, ſi exigat à ſcholaribus, ſimoniam committit præcipuè à clericis & pauperibus exigendo: quia vendit doctrinam, & tenetur ad reſtitutionem hæc Hoſt en. & Raimondus. Si autem non ſufficit ſalariũ eius, poteſt exigere: ſi tamẽ ſit idoneus in docẽdo: aliàs non, à pauperibus aũt non debet exigere, oblata verò gratis ſemꝑ poteſt accipere: & multo magis ſi nullũ habet ſalariũ, poteſt recipere collectã pro labore. Si magiſter feſtũ colendũ de iure vel de cõſuetudine nõ vult concedere, niſi per pecuniã, vel econtrà, nõ colendum concedit colendum pro pecunia, ſimoniã cõmittit. Rai. Si magiſteriũ inde quærit ineptus & valde ignorans, vel recipit, videtur eſſe mortale propter periculum quod ſequitur: quia ratione magiſterij datur fides, in quibus requiritur. vnde nocumẽtum proximo ſequitur ex conſilio malo, & hoc præcipuè

in theologica facultate, & admittens tales ſciẽter ad magiſterium etiam videtur mortaliter peccare. Si quærit gradus vel magiſterium non ad vtilitatem animarũ, & Dei honorẽ, ſed ad ſui oſtentationẽ & honorẽ, pertinet ad ambitionẽ, ideò vide de ambitione quãdo mortale eſt, vel veniale, in ij. parte ſum.ti.iij.ca.v. Si inde quærit exemptionem vel diuitias, vel libertatem, totum eſt dãnabile, prǣſertim in religioſis. Si docuit publicè in theologia exiſtẽs in mortali notorio, peccauit mortaliter. Tho.in iij. d.xix. q. ij.ar.ij.q.ij. Si ſcientias prohibitas legit, vel didicit nigromantiam, vel artem notoriam, & huiuſmodi, mortale eſt, vel ſi notabiliter ignorans ſe ad docendũ poſcit, & errores notabiles docuit, eſt mortale.

Si nõ adhibuit diligentiam ad profectũ ſcholarium in ſcientia & moribus quã debuit, faciens nimias vacationes, vel nõ vtilia, ſed curioſa docẽs, vel de moribus eorũ nõ curans, nec compeſcens in quo potuit, in huiuſmodi negligentiã notabiliter committens, mortale eſt. Si vniuerſitatis iuramenta nõ impleuit, mortalę eſt peccatum.

Si

Si ſe iactauit de doctrina, vel alijs detraxit ſe præferēdo, vel eis inuidit, vel ſectas nutriuit īter ſcholares vel ſcholares alterius doctoris ad ſe traxit iniuſtè, vel ſi pōposè indutus eſt: de quibus vide ſupra de hmōi grauitate. Si ſcholares non fuerunt obediētes doctori in his in quibus tenētur, ſi rixas inter ſe fecerunt, ſi minus aptū elegerunt ad legendum, ex cauſa iniuſta, ſi demiſerunt ieiunia eccleſiaſtica cùm ieiunare poſſent, vel miſſæ auditionē in feſtis vel alia ſacramēta, ſi cotēdunt in diſputatione cōtra veritatē ne videantur ſuccumbere: ſi ſuperbiunt ex ſcientia: ſi aliquē malum finē, intēdunt ex ſciētia ſua, vt lucra iniuſta, curioſitates, ambitiones, & huiuſmodi. Si ſunt negligētes in ſtudio: ſi prodigi in exponendo, & de alijs inquirēdi ſunt, prout videbitur expedire de dictis ſuprà in prima parte interrogatorij, & in ſecūda. Si nimis ardēter ſtuduit in libris gētilium ꝓꝑ ornatū, minus vacās ſtudio vtiliori vel neceſſario, vel ſacrę ſcripturę ꝑcipuè quo ad religioſos, vel ī poeticis propter materiā turpē: quia iſtud eſt mortale. xxxvij: diſt. c. ideò prohibetur.

De

De medicis.

Cap. VI.

A Medico quære ſi poſuit ſe ad practicam in medicina, ſine ſufficienti peritia quia ſi parum, vel nihil ſtuduit, videtur mortale: quia expoſuit ſe periculo occidendi homines. ſi peritus & ſufficiẽs exiſtens omiſit aliquid de contingentibus circa infirmos quos habet in cura ex negligentia, quia ex negligentia notabili, vnde ſecutum eſt magnum nocumentum infirmo, vel ſequi potuit malè: poteſt excuſari à mortali ſi verò ex vna negligentia, eſt veniale, vt ſi nõ viſitauit infirmos ſolicitè, & huiuſmodi vbi tamen nõ eſt periculum. Si dedit medicinam vel cõſilium pro ſalute corporis in periculum animæ propter quę veniat quis ad peccatum, id eſt cõtra præcepta, puta vt fornicetur quis vt euitet certas infirmitates, vel medicinã dat prægnanti ad occidendũ puerum pro cõſeruatione matris, vel potũ inebriantem & huiuſmodi mortaliter peccat. Et hoc prohibetur in. c. cũ infirmitas. extrà de pœ. & re. Si ſeruauit præceptũ factũ medicis ſcilicet quòd inducãt infirmos quãdo

primò vacatur ad viſitã cũ eos ad cõfeſſionẽ faciẽdã: quia omittẽdo hoc, ſecundũ doctores peccat mortaliter. v. di. c. cũ infirmitas. de pœ. & re. Si pauperes infirmos quos nouit nõ valenter ſoluere nõ viſitauit gratis: quia ad hoc tenetur & etiã ſoluere pro eis medicinas ſi põt, aliàs mortale eſt: diſt. lxxxiij. c. j. & in glo. ſuper verbo, inſertas. ſi nimis largus fuit ad inducendum debiles ad frangendum ieiunia eccleſiæ ſine rationabili cauſa quod frequenter faciunt, non eſt ſine peccato. Si verò etiam ſanis diſſuadet ieiunia eccleſiæ dicẽs nociua eſſe, & ſic inducit ad frangendum ieiunium ſine cauſa: mortale eſt de pœ. diſtin. j. c. noli. Si dedit medicinã dubiam ſanationis, vel mortificationis, videtur mortale, & vt dicit c. cum infirmitas. extrà, de pœ. & re. potius debet dimitti in manibus Dei quàm exponi periculo medicinæ. De æmulatione verò & detractatione quam faciunt medici, interrogandum eſt prout habes ſuprà.

De aromatariis.

Si in componendis medicinis nõ ponſit quæ ordinat medicus cùm non habent, vel

ita bona vt eſt neceſſe in quo offendũt me-
dici non facientes ante ſe componi nam ſi
ex hoc ſequitur graue periculum infirmo,
vel nõ operatur ſanitatẽ quã feciſſet, ſi be-
ne feciſſet illã mortale eſt, & etiã in medi-
co ſi hoc diſſimulauit. Si docẽt vel vẽdunt
ea quæ procurãt abortũ ad illud faciẽdum,
vel vẽdunt venena his quos credũt abuſu-
ros, peccatũ mortale eſt. Si ſophiſticãt aro
mata, quod freqũẽter faciũt ponẽtes in eis
vnũ pro alio, vel in electuarijs ſi rupis ſpe-
ciebus & confectionibus, in cereis faciẽtes
malas miſturas & vendẽtes pro puris: quia
vltra peccatum, tenentur ad reſtitutionem
illis ad quos tales res vendunt, ſeu erogare
pauperibus cum incerti ſunt.

De nimijs pretijs periurijs, & mẽdacijs,
& diminutis ponderibus, & alijs peccatis q̃
faciunt interrogandum eſt prout ſupra. j. c.
de fraudulentia, & alijs vitiis. in j. parte. c. j.

De mercatoribus, cãpſoribus, & proxenetis.

Cap. VII.

A Mercatoribus, cãpſoribus, & proxene-
tis quærendum eſt. Si miſit non ſolum
arma & ligamina, ſed etiã quæcunq; mer-

cimonia

cimonia ad Alexādriā, vel partes Aegypti, vel terras Sarracenorū Soldano ſubiectas, quia excōmunicatus excōicatione Papali: ſi non habuit licentiā à Papa, dicitur quod Veneti habēt. Si negotiantur non propter aliquem finem honeſtum, putà ſuſtentationem familiæ ſuæ ex lucro moderato, vel propter ſuſtentationem pauperum, vel prouiſionem eorum pro vtilitate neceſſariorum, & huiuſmodi ſed negotiantur propter auaritiam & ad theſaurizandum, eſt mortale peccatum ſi in lucro conſtituunt finē, vel ſi intendunt lucrum per fas & nefas, ſi poſſunt hæc vide in iij. parte ſum. ti. vij. ca. iiij. Si compoſuit ſe cum alijs mercatoribus quòd non vendat de aliquo minori pretiæ quam conuentum fuit inter eos, quod eſt exceſſiuū, vt ſic cogātur perſonæ emere caro pretio peccatū eſt, & legibus prohibitū: Hoſt. Si vendunt merces pro maiori pretio quàm valeant, & ex eo quòd non ſoluit fecit ei terminum: ſed etiā mutuat ei pecuniā aliquā, vſurā cōmittit. Si vēdendo mercantias ſuas, puta lanā vel pānos recipiendo pro pretio alia mercimonia, putà ſericū

pro

pro aromatibus, vel alia, qui vulgariter dicitur barator, multo maiori pretio vendẽs quàm ſi reciperet pecuniã, peccatũ eſt iniuſtitiæ, & mortale: niſi ille cui vendit ẽt lõge maiori pretio tradat res ſuas: tunc poteſt vnus exceſſus cõpẽſari cũ alio ſi ſunt quaſi æquales. Si vẽdendo ad terminum plus iuſto pretio vẽdit ratione dilationis tantum, & diuerſis ſpeciebus cambiorum, & varijs modis cambiorum, vſurarum, & fraudulentijs in quantitate & qualitate, & ſubſtantia rerum, interrogandum eſt prout habes ſuprà in c. de vſurpatione rei alienæ. ſi fraudauit vel fraudari fecit, vel aliàs pro eo iuſta pedagia ſeu gabellas, mortale eſt, & tenetur ad reſtitutionem: ſecus ſi de iniuſtis, vel cùm non tenentur loca illa tuta à latronibus, propter quod hæc ſoluuntur propter defectum dominorum. Si dedit falſas monetas, vel diminutas ſciẽter pro bonis, vel eas diminuit, eſt peccatum, & tenetur ad reſtitutionem: ſecus ſi accepit monetas valentes in loco pro eo quod valent, ibi, & mittens ad aliũ locum vbi plus valẽt, plus petit ſi faciens ſocietatẽ cum alijs nõ fide-

liter

liter ſe habuit aliqua occulta lucra ſibi ſoli retineus, tunc ad ſatisfactioné tenetur, niſi certus eſſet quòd ſocij tantundem occultè ſubtraxiſſent: ſi fecit pro alijs ſecuritaté cũ fraudibus: nam ſine fraude aſſecurare merces per mare, vel per terram, & in die quærere emolumentum plus & minus, ſecundum quantitaté periculi, non videtur illicitum, cùm ſubſtet periculo magno. Aſſecuratio verò pecuniæ ꝑ modũ ſatisfactionis quæ vulgariter dicitur ſcripta, vbi nullum eſt periculum & dãnum, non eſt tutũ quantum ad cõſcientiã, ſecus ſi ſibi eſt periculũ ibi. Si accepit pecuniã aliquã ſub nomine depoſiti, recipiens ſex vel octo pro centenario, & cũ illis pecunijs lucratur ipſe mutuando, vel alijs illicitis contractibus ad rationem x. pro cẽtenario, & huiuſmodi, cõmiſit duo mortalia: vnum enim accipiẽdo, aliud mutuãdo, & tenetur de vſura. Si ſe intromiſit in barocholis, rintrancholis, achiſinis, quæ vocabula non declaro ob breuitatem: ſed de his vide in ij. parte ſum. tit. j. ca. viij. §. v. quid malitiæ ſit in eis. achiſinũ dicitur, quãdo quis gerit negotia ſtipẽdia-

norum.

norum, Idem ſi dominorum, laborans pro eis,& cum mutuat eis pecunias:cum expédit recipiens inde certum lucrum,vel ſalarium: & quantum meretur labor pro iuſtis cauſis poteſt accipere, vnde pro bellantibus iniuſtè nihil plus poteſt accipere ratione mutui:aliàs vſura eſt:ſi vſus eſt periurijs & mendacijs,emendo & vendendo quæ ſolent eſſe in his, cibus & potus de his dic vt ſuprà in. j.parte interrogatorij. ſcilicet in ij.præcepto. c.ij.in locis ſuis,& cum ſtat in tali propoſito vtendo mendacijs, & periurijs,& dolis qñ occurret,ſemper eſt in mortali.Vnde nõ eſt abſoluendus:niſi diſponat abſtinere ab illis,vbi eſt mortale.Item ſi emit res raptas vel furatas per mare,vel per terram dic vt ſuprà in j.parte ca.ij.ſi emit vel vendidit diebus feſtiuis abſque neceſſitate:ſed pro cupiditate,vel fecit raciocinia librorum vel fecit fieri ſuis diſcipulis : dic vt ſuprà de obſeruatione feſtorum. Si fuit proxeneta ſeu mediator qui dicitur ſenſuale contractuum fraudulentorum ſcienter, mortale eſt:& tenetur læſo ſatisfacere. Si fuit mediator contractus vſurarij, intendés

vtilitatem

vtilitatem vſurarij,& ſuam magis quàm accipientis ſub vſura,mortale eſt,& ſi ipſe induceret ad mutuãdum alios ad vſuras: qui hoc non cogitabant,videtur teneri ad reſtitutionem. Si mediator exiſtat in alijs contractibus,vt vẽdendo domos,equos,& alia animalia,& malè cõſuluit emptori in eius damnum, vel ſui vtilitatem, & venditoris, peccat mortaliter: & tenetur læſo ad omnem ſatisfactionem: & econtrariò tenetur ſi in damnum venditoris conſuluit. Si in fiendis matrimonijs vtitur mẽdacijs,& huiuſmodi, in notabile damnum contrahentium,peccat mortaliter. Hęc vide in iij.parte ſum.tit.viij,cap.iiij.

De artificibus, & mechanicis.

Cap. VIII.

SI fecit artem cuius opus eſt cũ peccato, vel ad peccatum mortale vt plurimũ ſicut facere taxillos, ſeruire vſurarijs in illa arte,militare in bello iniuſto,nauigio,piratarum,lenocinio, in tenendo baratariã, & huiuſmodi, oportet quòd dimittat ex toto artẽ,aliàs non eſt abſoluẽdus. Si artẽ facit, cuius artificium pót eſſe ad bonũ & malũ

 finem,

ſint,& vſum,vt gladios, baliſtas aut lāceas venena, & huiuſmodi, ſi veriſimiliter pōt æſtimari,ꝙ emptor velit ad malum vſum, non poteſt facere vel vēdere facta: vt puta iniuſto bello,ſecus ſi dubitat. Si qua etiam facit.quæ ſunt ad malum vſum, quaſi ſemper, vt facere ſuccos & ſerta,& huiuſmodi, debet dimittere.Si mendaciis vtitur, periuriis,dolis, malis menſuris, vel ponderibus. Si feſtiuis diebus laborauit: ſi non ieiunauit cùm poſſet moderando laborem: De quibus dic vt ſuprà in.j.parte interrogatorii.videlicet in iij.præcepto.

De lanificibus.

SI vendidit pannum lanæ lanifex minus prętioſè pro pretio lanæ magis prætioſè, & ſub vno pretio vel vnius tincturæ prò alia, vel cùm aliquem defectum habentem ac ſi non haberet nihil minuens de pretio: vel ſi in feſtis fecit lanā tēdere ſine neceſſitate.Vel cùm non plenè ſoluit laborantibus,& huiuſmodi,in his enim magis & minus eſt peccatum ſecundum materiam.

De

De ſetariolo.

SI textoribus ſerici pretium ſui laboris dat non in pecuniam, ſed rebus diuerſis, putà panno, ſerico, tritico, & huiuſmodi, & cum illi non indigeant, illis oportet ea vendere minori pretio quàm ille receperit, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem de damno, niſi à principio cum eo ſic conuenerit, quod daret de huiuſmodi tali pretio; tunc autem non videtur deceptio.

De tabernario & hoſpite.

Si vendidit vnã ſpeciem vini pro alia, vel limphatum vinum pro puro, vel ad clarificandum vinum fecit aut miſit aliqua nociua corporibus, vel non dedit plenas menſuras, vel in taberna tenuit meretrices & ribaldos, vel luſores ad taxillos; vel aduertenter dedit his, quos vidit inebriari, peccauit in quibuſdam, & tenetur de damnis.

De macellario.

Si vendidit carnes corruptas, pro ſanis,

quod eſt mortale, ſi vnā ſpeciē pro alia, vt caprā pro caſtrato,& huiuſmodi, vel diminutum pōdus, vt duas vncias pro libra, peccauit mortaliter,& tenetur de damnis.

De piſtore.

Si fecit panē minus ponderoſum, ex aliqua ſophiſticatione, ita ꝙ emētes ſint decepti, vel minoris pōderis, q̃ debet, vel farinam bonā alterius accepit cùm fecit panē, & poſuit minus bonam, vel cum nimio fur fure, peccauit, & tenetur ſatisfacere.

De *ſutore pannorum.*

Si quod reſtat ſibi de ſerico vel panno, vel tela, vel alijs ſibi datis pro fiendis veſtibus retinet ſibi, furatur illud, quod ſi ſit qd notabile, niſi ille diminutias dediſſet ſibi in mercede laboris. Et illud capit ſibi ad ſupplendū tantum, vel vbi eſſet in pacto. Si noctibus vel diebus ſolennibus abſq; magna neceſſitate laborat, vel ſi facias nouas intentiones vanitatum.

De *aurificibus.*

Si vtitur vel ſi vendit aurum vel argentum alchimiatum pro vero, vel aurum minus purum pro magis puro, peccat, & tene

tur

tur de damno. Si emit calices ſacros non conflatos pro ſe, quod prohibetur.

De cerdonibus.

Si vendidit vnam ſpeciem corij pro alia minus bona in ſotularibus.

De fabris.

Si ferrum pro calibe, vel malum ferrum.

De locatoribus equorum.

Si ſcienter locauit equum defectuoſum, vel periculoſum, & huiuſmodi: cuilibet tenetur vltra peccatum de damnis: & ſic diſcurrendum eſt per alias artes.

De hiſtrionibus.

Si hiſtrio fecit repręſentationes & iocos in verbis, vel factis turpia continentes, vel in eccleſijs, vel diuinis officijs, vel tempori bus indebitis, eſt peccatum plus vel minus graue ſecundum quantitatem.

De citharizantibus.

Si muſicus citharizauit ad congregationes illicitas, vel in Eccleſia in organis pulſauit ballatas, puto mortale in pulſante, & procurante.

De ſeruitutibus, & laboratoribus.

Si infideliter laborauerint, id eſt, non

bono modo, ex incuria & negligentia, vel non tantũ quantũ commodè potuerunt, peccatum eſt.

De Agricolis, & Ruſticis.

Cap. IX.

SI credit explicitè myſteria quæ cõmuniter ſolennizat eccleſiæ, vt incarnationẽ, paſsionem, & reſurrectionem. Si ſcit dominicam orationem. De obſeruatione feſtorum, & ieiuniorum, ſi tamen poteſt. De auditione miſſæ in feſtis. De confeſsione & communione ſemel in anno ſienda.

Si recipit ſacramentum confirmationis vel non, quia tenetur, ſi poteſt.

Si tenuit proprios filios ad baptiſmum, vel confirmationem quod eſt prohibitum.

De mendaciis verò & periuriis, & blaſphemiis, & ebrietatibus interroga.

Si ad meretrices acceſsit, quod aliqui nõ credunt eſſe mortale, nec tamen talis ignorantia excuſat eum.

Si decimas non ſoluit, ſaltem ſecundum cõſuetudinem loci illius, quia peccauit, & tenetur ſatisfacere de præterito: ſi ſacerdos non remittit, vel etiam oblationes ſecundum

dum conſuetudinem loci non dedit.

Si de excommunicatione non curauit, ſed ingeſsit ſe diuinis vel contempſit vitare excommunicatos, quod eſt mortale peccatum. Si nocuit per ſe, vel per familiã ſuam vel animalia, putà diſcurrẽdo ꝙ prata aliorum, vel mittendo vel permittendo animalia intrare ad paſcendum, vel ſi mutauit terminos poſſeſsionum, vel arãdo adunat de terra proximi vicini agro ſuo, in his peccauituit ſecundũ quantitatẽ damni, quod intendit facere, & tenetur ſatisfacere. Si dolum commiſit in agriculutura, vel notabilẽ negligentiã in damnũ patroni, vel non firmãdo terras, vel cultiuãdo vel ſeminãdo uel recolligendo fructus debito tempore, propter quod deperierunt, vel boues nimis fatigando, vnde deſtruũtur. & præcipuè ad lucrum habendum ſuum, peccat: & tenetur de damno. Si tenens poſſeſsionem ad affictum, malè tractauit, vel ſi partiarius non reſpondet dominis de quantitate tota debita, fingens ſe minus recolligiſſe, tenetur dominis de damnis: ſi animalia tenens ad ſoccidam non reſpondet ex integro danti

de lana, caſeo, & fœtibus, & huiuſmodi: In his eſt peccatum mortale, vel veniale ſecũdum quantitaté damni; & tenetur ſatisfacere: ſi diebus feſtiuis laborauit, & p̃cipuè tempore meſſium & vindemiarum abſque magna neceſſitate, vel detulit ligna vel victualia dominis ſuis, mortale eſt. Si vacauit ludis, choreis, & alijs vanitatibus. Si gubernauit familiam ſecundũ præcepta Dei, & eccleſiæ. De ſuperſtitionibus & falſis opinionibus, quæ ſolent abundare in eis: ſi habet vota, quæ impleuit, vel nõ. De vitijs diuerſorũ artificum, vide diffuſius in iij. parte ſum. tit. viij. cap. iiij.

De *Pueris, & Puellis*. Cap. x.

INquirendum eſt de mendacijs, periurijs. De votis nõ impletis, quæ tamẽ non obligãt, ſi irritantur à parẽtibus ante annos pubertatis. De miſſa nõ audita in feſtis de cõfeſſione, & communione fiẽda ſemel in anno. De irreuerentia ad parentes, & maiores. De rixis. Si verberauit clericũ, quia eſt doli capax, excommunicatus eſt. De furtis factis, de rebus parẽtum vel magiſtrorum ſuorum. De detractionibus, & turpibus ver-

bis auditis, vel dictis libenter. De contumelijs adinuicé. De inuidia, & alijs, prout, videtur plus & minus ſecundum ætatem, & ſenſum, præcipuè de vitijs carnalibus cum maſculis & fœminis, vel per ſeipſos commiſſis, vel adinuicem, quæ hodie abundant in ipſis propter malas ſocietates, & occultas. Interrogandi ſunt cũ magna cautela, & à longe vt nõ addiſcãt, quæ ignorãt. Multo magis hoc ſeruandũ eſt erga puellas de omnibus prædictis ſi credũt tunc habuiſſe vſum rationis, iudicãdũ eſt de mortali aut veniali, ſecundum regulas datas in prima & ſecunda parte interrogatorij de illis.

De clericis in communi.

Cap. XI.

Circa clericos in communi, à quolibet clerico poteſt interrogari, cùm videtur expedire, vt quando talis clericus eſt ignotus, ſi accepit aliquem ordinem per ſimoniam: quia per hoc, peccauit mortaliter, & eſt ſuſpenſus, ſecundum iura antiqua: nec poteſt exequi ſuſceptum, vel promoueri vlterius, niſi priùs per Papam diſpenſetur, quod verum eſt ſi ipſe fuit conſcius ſimo-

niæ:quia ſi ignorante eo, poteſt per alium etiam diſpenſari:aliàs enim ſemper peccaret mortaliter exequẽdo: nec excuſat eum iuris ignorantia. Hæc Ray. in ſumm. lib. iij. c. xxxix. de lapſis, & diſpenſationibus. Si accepit aliquem ordinem, licet non per ſimoniam, tamen à ſimoniaco in ordine vel dignitate, ſiue occulto, ſiue manifeſto, eſt ſuſpenſus, & indiget diſpenſatione Papæ: ſed dum ignorat factum, ſcilicet eum eſſe ſimoniacum, excuſatur à peccato, exequendo officia ſua: ſed cùm certificatur non poteſt exequi ſine diſpenſatione. Si ſuſcepit ordinem à ſimoniaco in ordine conferendo, vel beneficio notorio, ſimiliter eſt ſuſpenſus: ſecus ſi ſimonia non eſt notoria, dum verò neſcit, excuſatur modo prædicto, ſed non poſtea quando certificatur, ſed indiget diſpenſatione Papæ: aliàs non poteſt axequi. Ray. Si recepit ordinem habens aliquam irregularitatem vt homicidij, mutilationis illegitimationis, & huiuſmodi, ſi abſque diſpenſatione peccauit mortaliter, nec poteſt exequi abſque diſpenſatione: aliàs peccauit mortaliter. Si recepit ordinem, exiſtens

ſtens excommunicatus, vel ſuſpenſus, vel interdictus, peccauit mortaliter, & nõ habet executionẽ. Si exequitur officium alicuius ordinis, vt cantãdo epiſtolam, vel legẽdo euangeliũ vt diaconus in aliqua prædictarum irretitus ſententia peccauit mortaliter niſi ignorantia facti eũ excuſet, & eſt irregularis Ray. Si accepit ordinẽ in aliquo peccato mortali ſcienter, peccauit mortaliter. hæc Ray. in ſum. lib. iij. c. xix. de lapſis & diſpen. & quotieſcunq; exequitur officiũ alicuius ordinis in mortali, vt acolytatum, ſubdiaconatum, diaconatum, miniſtrando aliquod ſacramentum ſolenniter: vt baptizãdo, cõmunicando cõfeſsiones audiendo, & huiuſmodi. Tho. in. iiij. diſtin. xxiiij. q. v. ad iiij. mortale eſt, ſi extitit publicus cõcubinarius, vel alias notorius fornicator eſt ſuſpen ſus ab executione officiorum ſuorum, præcipuè celebratione miſſæ: & ſi exequitur ſic ſuſpenſus, officitur irregularis indigens diſpenſatione Papæ, alias non poteſt exequi. Hoſti. Si non portauit tõſuram ex lenitate & laſciuia, mortale videtur. Si ſe exercuit in negotiis ſecularibus negotiãdo

&

& huiuſmodi, vel ſi tenuit tabernas ibi miniſtrans, vel ſi luſit ad aleas & taxillos, vel ſe immiſcuit enormantibus, vel turpibus, vel tripudiis cũ fœminis. Si vſus eſt officio ordinum ſine debitis ornamẽtis, vt faciẽdo ſubdiaconatũ ſine manipulo, diaconatum ſine ſtola, celebrando miſſam cum defectu alicuius ſacræ veſtis ordinatæ, ſcilicet caſula, amictu, alba, & huiuſmodi: vel etiã lapide ſacrato, aut etiã ſine lumine, vel ſine adiutorio, & ſine miſſali, & huiuſmodi, qa in quolibet horũ ẽ mortale peccatũ, ſi ſciẽter dimittit, nec excuſat iuris ignorãtia. Si exiſtẽs in ſacris, ſcilicet ĩ ſubdiaconatu, & ſupra, omiſit horas canonicas: quia in quolibet die, quo omiſit aliquam horam etiã beatæ virginis, cùm poſsit peccauit mortaliter: ſi ex negligẽtia omiſit, ſecus ſi ex obliuione, & tunc tenetur dicere quãdo recordatur: aut ſi omiſit ex impotẽtia infirmitatis: & huiuſmodi de cauſa. Si dicẽdo horas aliis exercitiis ſe occupauit manualibus, vt faciendo coquinam, & huiuſmodi, videtur mortale: quia non ſatisfacit precepto eccleſiæ. Si mens circa alia vagatur voluntariè

non curans, & ſic quaſi per totũ officium, videtur mortale: ſecus ſi proponit velle attendere, & diſtrahitur: ſed cùm aduertit diſplicet ei. Petrus in iiij. diſt. xv. arti. ij. q. v. Si recipit ordinẽ ſacrum ante ætatẽ legitimã, ſcilicet ſubdiaconatum ante. xviiij. annum Diaconatũ ante xx, & ſacerdotiũ ante. xxv ſufficit tamen annus inchoatus, peccauit mortaliter: nec debet exequi ante ætatem legitimã, ſi tamen faciat officiũ non efficitur irregularis, ſecundum communem opinionem: ſed peccat ſi ſacerdos exiſtẽs commiſit aliquam ſimoniã, puta audiendo confeſsiones pro habendo peccuniã, aliàs non auditurus, baptizando, communicãdo, iniungendo, vendendo ſepulturas, & huiuſmodi: mortale eſt. Si in confeſsione, cõmunione, vel in collatione ſacramentorum omiſit debitam materiã vel formam, vel ritum in quolibet horum eſt mortale, ſiue ex certa ſcientia faciat, ſiue ex ignorantia craſſa, vel notabili negligẽtia nã inde ſequitur magnum periculum, & irreuerentia Dei. Interrogandum eſt enim de formis, ſcilicet baptiſmi, Euchariſtiæ & aliorũ ſacramentorum

torum

torum, quæ ſunt maioris ponderis, ſi ſciunt eas quas habes ĩfra c. vltra. Si notorijs peccatoribus dedit euchariſtiam, vel alia ſacramenta nõ pœnitentibus. Si occultis peccatoribus, quos ipſe ſciuit denegauit publicè euchariſtiam, vel alia ſacramenta, quod in vtroque videtur mortale: ſcilicet etiam ipſi peccent petendo, & ſumẽdo. Si celebrauit cum mortali non confeſſo; licet contritus mortaliter peccauit, niſi aliqua neceſſitate inſtante, & ſacerdotis copiam nõ habente, tunc ſufficit contritio: ſed ſine hac celebrauit, mortaliter peccauit. Tho. in iiij. di. xvij. q. ij. art. v. q. j. ad iij. Idem Pet. de Pal. di. ix. q. ij. art. j. Si celebrauit nõ dictis matutinis, mortale eſt. Si dicendo miſſam, non conſecrauit, putans ex hoc euadere peccatum, mortale eſt, & grauiſſimum: ſi celebrauit ad faciendum beneficia ſeu maleficia. Si non dixit ex integro, ſed dimiſit notabile; & partes miſſæ ex ignorantia, ſeu feſtinatione, præcipuè canonis. Si dicẽs verba nõ intendit conſecrare, ſi non ſumpſit ſacramentum, ſi nõ ieiunus. Si plures miſſas in vna die dixit in caſu non conceſſo, ſi non

in

in azymo, ſed fermentato accepit. Si cum hoſtia quaſi corrupta, vel vino acetoſo, vel quaſi putrido: ſi ſemper in miſſa occupatus in varijs cogitationibus voluntariè, vel nõ curans fuit de a ttẽtione ſi non poſuit aquã cum vino in calice ex ignorantia, vel certa ſcientia, in quolibet horum prædictorum eſt mortale, ſi non diligenter ſeruauit eucharistiam ſub ſera, propter quod aliquid perditur vel à muribus deuoratur. Si non defert infirmis, apertè, & cum lumine modo debito, ſi euomuit ſacramentum propter ebrietatem, vel ex voracitate. Si non renouauit, vt debet propter quod efficitur putrida, vel marcida, vel vermes generãtur. Si dedit infirmo patienti vomitũ ſcientes. Si ſtilla ſanguinis cadit in terram, & in his frequẽtet eſt mortale, licet nõ ſemper. Si nimis rarò celebrauit, præcipuè ſi nõ celebrauit in magnis ſolennitatibus, videtur mortale, ſecũdum Tho. in iij. par. ſum. q. lxxxij. Item in iij. di. xiij. q. j. ar. ij. q. j. Si ꝓmiſit alicui dicere miſſas recipiens eleemoſynas, & nihil intẽdit facere, videtur mortale. Si habens pollutionem nocturnam die præce-

denti immediatè ex cauſa vbi fuit mortale vel dubitat fuiſſe mortale: celebrauit etiã confeſſus, videtur mortale ſecundũ Tho. in iiij.di.xx.ar.iiij.q.ij.ad.ij. Itẽ Pet.de Pa.in iiij.di.x.q.iij.ar.j.vel ſecũdum eundẽ Pe.de Pal.quando ſic incõtritus accedit ad celebrãdũ. Veniale autẽ ſi ex cauſa vbi fuit veniale, niſi ſubſit neceſsitas. Si audiuit cõfeſſionẽ alicuius nõ habens autoritatẽ ab aliquo. Si abſoluit à caſibus à quibus nõ potuit, vt à reſeruatis, ſiue ex certa ſcientia, ſiue ex ignorantia craſſa. Si intromiſit ſe de diſpenſatione votorũ, vel abſoluit ab excõmunicatione maiori abſque ſpeciali cõmiſſione. Si poſuit ſe ad audiendũ cõfeſsiones ominino ignorans & neſciẽs diſcernere inter mortale & veniale, & cõia mortalia eſt mortale. Si abſoluit quem inuenit excõmunicatum maiori à peccatis: quia nõ poteſt. Si abſoluit eum qui non vult à peccatis diſcedere vel ſatisfacere quibus debet. Si reuelauit peccaũ auditũ in confeſsione cognoſcenti confeſsũ illũ ſine licẽtia illius, in quolibet prædictorum vr̃ mortale, nec excuſat ignorãtia. Si nimis feſtinauit in audiendo

diendo,non ſufficienter interrogãdo. Si in perplexis caſibus peritiores non conſuluit.
Si incautus in iniungendis pœnitentijs quia vel nimis paruas dedit.
Si interrogatur de his quibus nõ debuit: videlicet nomen perſonæ cũ qua peccauit vel incautè in turpibus. Si ꝑdicauit in peccato mortali exiſtens, peccauit mortaliter & toties quoties ſic ꝑdicat. Tho. in iiij. diſ. xxiiij.q.j.ar.iij.q.v. Si prædicat aduertẽter mẽdacia, mortale eſt. Tho. Idem videtur ſi ſcandaloſa, vnde cõcitat ſeditiones in populo. Si prędicauit ꝑꝑ pecuniã ſibi promiſſam vel dandam, ſimonia eſt, vnde mortale. Si prędicat propter inanẽ gloriã ibi conſtituendo finẽ, mortale eſt. Si prędicauit ſine licentia. Si dixit curioſa nimis allegando poetas & philoſophos frequenter. Si fabuloſa & prouocantia ad riſum, & ab hmõi ſe non ſubtraxit cum poſſet, & iniungeretur ei peccauit. Si nimis familiaris eſt cũ mulieribus, conſeruando & uiſitãdo eas extra neceſſitatem, ꝑꝑ quod multi ſcandalizãtur & ipſe nouit, hoc poſſet eſſe mortale. Si uiſitauit monaſteria & qua de cauſa. Si co-

gnouit carnaliter illam quam audiuit in confeſſione, vel quam ſuſcepit ad baptiſmum, vel confirmationem, commatrem, quod maximum & grauiſsimum eſt ſcelus communiter reſeruatum Epiſcopis.

De alijs verò inhoneſtatibus interroga prout videbitur expedire. Si veſtes ſacras, calices, exterſoria, & alia pertinētia ad cultū diuinū non tenuit mūda, & decēter apta ta pp magnam irreuerntiā, poſſet eſſe mortale. Si benedictionē menſę & gratiarū actiones non dixit, quod dicere debet. xliiij. diſt. c. non liceat. Si nō fuit bene modeſtus aſpectu, aſpiciendo hinc inde mulieres, & varia, quod multū ſcandalizat pſonas, ſimiliter inceſſu, ſtatu, habitu, auditu, & hmōi actibus. Si nō obediuit mandatis iuſtis ſuorū ſuperiorū, & ſentētijs, & ſic contēpſiſſet, mortale eſt. De alijs verò peccatis mortalibus, de quibus habes in prima & ſecunda parte interrogatorij, interrogandū eſt ꝓut expedit ſecundū qualitatem perſonarum.

De beneficiatis canonicis.

Cap. XII.

BEneficiati canonici de omnibus iā dictis

ctis in ca. præcedenti, poſſunt interrogari: prout credi pōt ipſos in illis eſſe inuolutos & ēt de notatis in hoc. c. Si beneficiū ſimplex ſiue curatū obtinuit per ſimonia, cuius ipſe fuit conſcius, nō poteſt niſi per Papā diſpenſari, ꝗ retineat. Si verò ignorante eo, ſiue ſciente, ſimoniam cōmiſit: talem oportet renuntiare tali beneficio, ſed non diſpēſatur, aliàs furtiuè tenet. vnde continuè ſtat talis in peccato mortali poſtquā hoc ſciuit quouſq; renuntiet. nec facit fructus ſuos, ſed tenetē reſtituere, deductis expēſis factis in vtilitatem beneficij, & hoc maximè de ſimonia per munus a manu. Si autē ignorāte eo poſſet ēt per alium diſpenſari, nō tamen per eum cū quo cōmiſſa eſt. Sed ſi ſimonia eſt notoria, eſt ēt ſuſpenſus quo ad executionē ordinū, ſed diſpēſari poteſt per Epiſcopū: ſi cum eo nō eſt commiſſa ſimonia, non aūt ſi eſt occulta, eſt ſuſpenſus quo ad ordines, ſed dum tenet tale beneficium, eſt ſuſpēſus quo ad ſe: quia ſine mortali peccato nō exequi poteſt. Si recipit beneficiū ſimplex vel curatū per preces carcales, id eſt, ꝓ indigno porrectas cū eſſet ma-

læ vitæ & huiuſmodi, vel per obſequiū tem
porale factum Epiſcopo, vel alij confer&ti,
peccauit mortaliter. Si bñficium curatū per
preces ſuas recepit, ét ſi aliàs dignus ſit, qa
tales preces æſtimãtur pro indigno tanquã
ambitioſo, & præſumptuoſo, cõmiſit ſimo-
niam. Vnde mortale eſt ſecundum Tho. ij.
ij. q. centeſ. ar. v. ad iij. fortè tamen non tene
tur renuntiare: pro beneficio aũt ſimplici
licet porrigere preces pro ſe, ſi aliàs eſt di-
gnus, vel etiam pro beneficio in generali, &
hoc intendens ad ſui ſuſtentationẽ, non ad
curã, nec magis curatū petens, quàm aliud.
Si quærit, vel habet beneficium non inten-
dens clericari, ſed vxorari, & intendens gau
dere de frūctibus beneficij, videtur vſurpa-
tio terū Eccleſiaſticarum; & contra inten-
tionem dotantiū Eccleſias, & ideo grauius
peccatum eſt. Si nõ fuit electus à patronis,
vel à collegio, & confirmatus per ſuperiorẽ
ad quem ſpectat, ſiue per Epiſcopos inſtitu
tus, ſed de mandato, vel manu domini tem
poralis, vel per potentiam accepit, & dr in-
truſus: quia fur eſt & latro, nec põt aliquid
diſponere in tẽporalibus, vel ſpiritualibus:
vnde

vnde nec abſoluere, nec ſacramenta poteſt dare parochianis illius Eccleſiæ, ſed in quo libet huiuſmodi actu, peccat mortaliter. Si renuntiauit alicui beneficio, quod habet, eo pacto quòd detur cõſanguineo, vel propter pecuniã propter hoc ſibi datã, ſimonia eſt, & mortale in vtroq;, nec poteſt ipſe ſibi retinere tale beneficium ſic ſibi collatũ. Si permutationem ſui beneficij vel eccleſiæ fecit cum beneficio alterius conueniendo inter ſe, & abſq; iudicio ſuperiorum, ad quos ſpectat collatio beneficiorum, ſimonia reputatur, de his vide plenius in.ij. parte ſum. tit. j. c. iiij. & v. Si recipit beneficium exiſtens illegitimus abſq; diſpenſatione quia contra iura, ideo tenere non poteſt. Poteſt autem cũ eo diſpenſare de ſimplici beneficio Epiſcopus. De curato verò vel dignitate, ſolus Papa. Si fuit electus per ſimoniam non valet electio, vel ſi ipſe aliquẽ elegit per ſimoniam, vel ad Epiſcopatum, vel canonicatũ. Vel ad aliam eccleſiam: vt clerici collegiatarum Eccleſiarũ, vel ſi aliàs indignũ ignorantem, & publicè malum elegit ad prælaturam ex amicitia, & huiuſmodi, mortale,

 & gra-

& grauiſſimum eſt,& omnia mala quæ ſequuntur ei imputãtur. Si malè tractauit beneficium ſeu eccleſiã,permittens eccleſiam vel ædificia, rura vel poſſeſsiones incultiuari, & alias res de perire, mortaliter peccauit,& tenetur ad reſtitutionem, ſeu ſatisfactionem:ſi cõmittit notabilẽ negligentiã,& dãnum ſit notabile. Si fructus beneficij nõ bene expendit, videlicet vltra ſubuentionẽ ſuam ſubueniendo pauperibus,ſed diſcipauit in conuiuijs & turpibus,vel etiam dedit cõſanguineis nõ indigentibus, mortale eſt: ſecus ſi conſanguinei indigent, quia tũc poteſt dari eis. Si plura beneficia habentia curã tenet abſque diſpenſatione, fur eſt & latro. Nam habens beneficium cum cura,ſi recepit ſecũdum cum cura ipſo iure vacat primũ.c.de multa.extrà de præben.& hoc poſtquàm habuit pacificam poſſeſsionem ſecũdi, vel habere potuit, & fructus eius percepit: aliàs non vacat primum,videlicet ſi fructus ſecundi beneficij conceduntur alteri per Papam,pro illo tempore non vacat: primum.extrà de præben.lib.vj.ca.ſi tibi conceſsio. Si habens præbẽdam habẽtem dignitatem,

gnitatem,& ſi non curam animarum,ſi reci pit ſimiliter vacat prima extrà de præb.ca. de multa. & in iſto caſu, & in priori tenetur ad reſtitutionem fructuum, ſi recipit. Si habens beneficium vnum, violenter occupat ſecundum,vel ſi ſcienter ſe intrudit, ſimiliter perdit primum, & ſi quod habebat ius in ſecundo, etiam perdit: & vacat illud ſecũdum, de præben.c.eum qui.lib.vj. Item non poteſt quis habere dignitatem cum prebenda abſq; diſpenſatione Papæ.

Quicunq; recipit perſonarum, vel dignitatem,vel officium,vel beneficium cui cura animarum ſit annexa, ſi antè obtinebat ſimile cum ſit priuatus primo, vt dictum eſt ſi non dimittit primum abſq; mora in manus ordinarij in cuius Epiſcopatu eſt, ipſo iure eſt etiam priuatus ſecundo, & eſt inhabilis ad ſacros ordines, & ad quodcunque aliud beneficiũ per extrauagantem Io. vigeſimiſecundi. Item abſque diſpenſatione non poteſt quis tenere plures eccleſias, vel præbendas, quæ tamen non habeãt curam animarũ, niſi in quinque caſibus. Primus, quãdo ſunt ita tenues quòd neutra illarum

ſufficiat ad ſuſtētationem. Secūdus, ſi vna depēdet ab altera. Tertius, ꝓpter raritatē clericorum. Quartus, ſi Eccleſia eſt annexa præbendæ, vel dignitati. Quintus ſi habet vnam intitulatam, & aliam commendatã. Sed talis commēdatio de parochiali eccleſia fieri nō poteſt, niſi ei qui attigerit vigeſimumquintum annum, & ſi ſacerdos, & talis non poteſt cōmitti niſi vna ex euidenti neceſſitate, vel vtilitate, & nō durat niſi per vj. menſes. extrà, de elec. c. nemo. li. vj. Si habet plures Eccleſias vel prębendas habētes curam animarum abſq; diſpenſatione Papæ, fur eſt & latro, & continuè in mortali, nec Epiſcopus poteſt diſpenſare in hoc. Si etiam habet per diſpenſationem Papæ ſed ſurreptitiè, putà quia petendo vnum, tacuit de alio quod habebat, vel dixit ſe habere legitimam ætatem cùm non haberet, & huiuſmodi, idem iudicium eſt. Si per diſpenſationem Epiſcopi habet plura beneficia ſimplicia, ſed ad ſuperfluitatem, vel etiam per diſpenſationem Papæ ſimplicia, vel curata, cùm vnum ſibi ſufficeret ſecundum ſtatum ſuum, non videtur tutus in conſciē-

tia

tia ſua quia diſſipatio eſt, & nō diſpēſatio. Si accepit Eccleſiam parochialem à quocunq; cùm non attigiſſet.xxv.annū abſque diſpenſatione Papæ.circa ętatem,nulla eſt diſpenſatio,& nullum ibi ius habet.c. licet canon.de elec.lib.vj.ſi infra annum computandum à die aſſignati ſibi regiminis Eccleſiæ,non fecit ſe ad ſacerdotium promoueri, eſt ipſo iure priuatus eo.ca.licet canon. Itē tenetur perſonaliter reſidere in Eccleſia.Poteſt tamen Epiſcopus cauſa rationabili diſpēſare ad tempus tantū.Sed de promotione ad ſacerdotiū infra annum,nō extenditur ad Eccleſias collegiatas habentes cura, nec aſſumptos ad earundē regimen, de elec.c.ſtatutum.lib. vj.Poſſunt etiam Epiſcopi diſpenſare cum ipſis,qui habēt, vel habebunt Eccleſias parochiales vt vſq; ad ſeptennium literarum ſtudio inſiſtētes, promoueri non teneantur,niſi ad ordinē ſubdiaconatus : quem niſi infra annum ſuſcipiant,ſunt ipſo facto priuati tali beneficio, & medio tēpore per vicarios illis Eccleſijs prouideatur,de electio.lib.vj.c.cū ex eo. Si habens quodcunq; beneficium ſimplex, &

quantum-

quantumcunq; pauũ niſi dicat horas omnĩ die, peccat mortaliter omittendo ex negligentia, ẽt ſi non ſit in ſacris conſtitutus. Si canonicus vel alius clericus recipit quotidianas diſtributiones, quæ dantur intereſſentibus horis cùm non interfuerit, furtum committit, & tenetur ad reſtitutionem. Si cum non poſsit per ſe curam exercere eccleſię, ſi non poſuit & ibi loco ſui idoneum qui bene officiaret, ſed malũ, & ignorantẽ qui ex ſuo malo ſcandalizat vt notorius fornicator, & luſor, & hmõi, vel qui neſcit miniſtrare debitè ſacramẽta, & cõfeſsiones audire, peccat mortaliter: qm̃ oĩa mala quæ ſequuntur ei imputantur. Si verò non põt inuenire idoneum, per ſe exerceat, vel ſi non põt aliter prouidere, renũtiet. Itẽ non licet prælato ſub pretio, vel annuo cẽſu cõcedere vices ſuas, ſeu iuriſdictiones, q a ſpirituale eſt. extra ne prȩlati vices ſuas. c. j ij. & iij. videlicet ſi diceret, cõcedo quod exerceas vices meas, vel talẽ iuriſdictionẽ, & totũ lucrum ſit tuũ, & dabis inde mihi tantũ, illicitũ eſt: ſed cõmittendo purè vices ſuas, licet conſtituere ei ſalariũ. xij. q. ij. c. charitatem

tuam.

tuã.videlicet dicẽdo dabo tibi tm̃ pro ſalario tuo, & totũ lucrũ erit meũ. hæc Inno.Si alienauit res Eccleſiaſticas, videlicet mobilia bona,vt res ſacras,vel immobilia,vt poſſeſsiones ſine neceſsitate , vel maiori vtilitate , vel non ſeruata forma iuris, & huiuſmodi, grauiter peccauit. Item de exercitio curę animarum quomodo ſe habuit in audientia confeſsionũ , in collatione aliorum ſacramentorum, in viſitatione infirmorum ne præcipuè deficiãt eis ſacramẽta cùm expedit . In admontiione ſubditorũ in correctione vitiorum,præcipuè quo ad notorios peccatores,concubinarios, tenẽtes inimicitias,& huiuſmodi . ſi nõ admonuit non confitentes , & non communicantes annuatim , quantũ potuit, ſignificando Epiſcopo cum potuit; & huiuſmodi:nã oues ex negligẽtia perditæ ab eo requirentur. De quibus & alijs ſupradictis & huiuſmodi,habes ſatis in iij.parte ſum.ti.xv.c.j.Si alienos parochianos audiuit, non habẽs autoritatem ſpecialẽ ipſe,vel ipſi,quia non poteſt eos abſoluere.Si emit aliquas res immortales de fructibus eccleſiæ:quia tales debẽt remanere ec-

cleſiæ. vnde ſi emit nomine alterius vt ſic poſſet dare,& legare cui vellet, fraus eſt, & furtum,& ad reſtitutioné tenetur. Si indulgentias per ſe dedit cum nõ poſſet, vel plures dixit habere eccleſiã ſuam quam habebat ob quæſtum, eſt mortale. Si reliquias nouas exhibuit populo venerandas, non approbatas ab eccleſia. Si nimis facilis fuit ad diſpenſandum in ieiunijs eccleſiæ. Si eleemoſynas extorſit à populo, & à ſubditis, ad quas nõ tenebatur. Si queſtores dicere mendacia in eccleſia ſua permiſit, & qđ peius eſt, ſi fecit pactum cum eis de quota.

Si ſecũdas nuptias benedixit ſi permiſit chriſtianas nutrices ſeruire in domo Iudęorũ. ſi ſuſtinuit ſortilegas,& diuinatrices in ſua parochia: ſi permiſit ludos vel malas conſuetudines, non obuiando quantũ potuit. Clerici verò qui manifeſtis vſurarijs alienigenis, aut aliàs nõ oriundis de terris ipſorum ad fœnus exercendum domos locant, vel alio titulo concedunt, ipſo facto ſunt excõmunicati, niſi ſint Epiſcopi. de vſuris. c. vſurarum, lib. vj. Clerici archidiaconi, plebani, decani, præpoſiti, cantores, & alij

clerici perſonarum habentes, ac etiã ſacerdotes qui audiũt in ſcholis leges, vel phyſicam, poſt duos mẽſes ſi non dimittunt huiuſmodi lectiones, ſunt excõmunicati c. ſuper Specula. extrà ne cle. vel mo. Clerici, & religioſi qui inducunt aliquem ad vouendum, vel iurãdum, vel fidem interpoſitam, ſeu aliàs promittendum vt ſepulturã apud eos eligat, vel iam electã non mutet, ſunt excõmunicati nec poſſunt abſolui niſi per Papã, niſi in mortis articulo in cle. cupientes. de pœnis. Item de ſepultu. lib. vj. Clerici qui ſcienter, & ſpontè participauerunt cum excommunicatis à Papa, & ipſos in officijs receperunt, ſunt excommunicati & abſolutio Papæ reſeruatur. ca. ſignificauit. extra de ſententia excom. Falſantes literas Papæ, vel falſis ſcienter vtẽtes, vel remouẽtes etiã vnam literam de bullis Papæ, ſunt excommunicati & abſolutio Papæ reſeruatur Clerici ſepeliẽtes in eccleſijs vel cœmeterijs eorum excommunicatos à iure, vel vſurarios manifeſtos, vel nominatim interdictos, tempore interdicti in caſibus non conceſſis ſunt excommunicati. in clemen.

de

de ſepul.c.j.§.eos. Hæc vide in iij.part.ſum. tit.xxiiij.capit.xxiij.Sepelientes verò ſe occidentes, vel in torneamentis morientes, & huiuſmodi, peccant mortaliter, nec tamen ſunt excommunicati.

De religioſis. Cap. XIII.

CIrca religioſos & religioſas.Si ſunt clerici vel ordinati,interrogari poſſunt de his,de quibus ſuprà dictum eſt in ca.de clericis. in cõmuni ꝓut erit expediẽs. Si verò ſunt beneficiati in eccleſijs curatis, de his habes in c.præcedenti.ſed etiã vltra prædicta etiam de infrà ſcriptis quę ſunt propria eorũ dicendũ eſt, & primò. Si fuit receptus ad monaſteriũ per ſimoniã, mortale eſt. ſi verò fuit ſimonia mentalis tantũ pœnitentia abſoluetur. ſi verò pactionalis, quia ſcilicet monaſteriũ exigit tantum: aliàs nolebat eum recipere & ingrediens, vel propinqui eius tantũ dederunt vel minus pro ipſo ingreſſu:niſi forte cum monaſterium eſt ita tenue, quòd non ſufficit illi prouidere:nam tũc obligatis ſpiritualibus gratis, id eſt, ingreſſu licet petere & paciſci de temporalibus de quibus debeat viuere, vel dicere illi

porta

porta tecum ſi vis comedere mecum, ſm Hoſt.& alios, ſecus ſi monaſterium eſt pingue & poteſt illi prouidere, non poteſt fieri aliqua pactio, vel exactio abſq; vitio ſimoniæ tũc vltra peccatũ, recipiẽs vel receptus, vel recepta debent expelli de illo monaſterio:extra de ſimonia.c.quoniã.Poteſt tamẽ Epiſcopus in huiuſmodi diſpenſare.ſcilicet vt non expellantur de monaſterio ſecundũ Ray.& Gul.præcipuè reperitur talis ſimonia in monialibus vbiq; terrarũ. non ſic verò eſt de viris religioſis. Si ingreſſus eſt religionẽ non pura intentione, ſcilicet ſeruiendi Deo,ſed alia de cauſa,videlicet nõ laborandi, vel ſi eſt monialis, quia non potuit nubere,& quia poſuerunt parẽtes ipſam inuitã licet malè fecerint, tamen põt & debet mutare intentionem, ſcilicet vt ibi manere velit ad ſeruiendum Deo,& ſic erit in bono ſtatu aliàs erit in mortali. Sed ſi reperit ſe in monaſterio diſſoluto non viuẽre regulariter ,quærat ſi poteſt mutare locũ cũ diſpẽſatione ſi indiget: qđ tñ in moniali erit difficile. Quod ſi nõ põt,ſequatur turbã,id eſt, alios vel alias immalam.ſed ſeruet ipſa or-

diuem

dinem ſuum ſi ad bonum non poteſt reducere alios, vel alias. Si ingrediens monaſterium reticuit impedimenta quæ habuit ad illum ſcienter, videlicet qui erat ſeruus, vel habebat occultam infirmitatem vel alterius religionis profeſſus, coniugatus, debitor in multis, & huiuſmodi, peccauit mortaliter, præcipuè ſi ſciebat tale impedimentum, & per illud non poſſe recipi ad religionem. vel de his interrogatus mendaciũ dixit, & poteſt, & debet de monaſterio expelli, ſi aliter prouideri non poteſt.

Si habet votũ religionis arctioris, antequàm intret latiorem, prius debet quærere diſpenſationem, ſi et eſſet bona, & multo fortius poſt profeſsionem in vna religione non poteſt ad aliam trãſire æqualem vel latiorem, & de medicante ordine ad mendicantẽ vel de medicantibus ad monachalẽ tranſire nõ poteſt ſine diſpẽſatione Papæ, niſi ad Carthuſienſes. Si induxit aliquẽ ad religionem per ſimoniam, vel per fraudes, puta aſſerẽdo ipſi obſeruari regulam, quod non fit, dicendo ſe ad nihil obligari, & reticendo auſteritates religionis, quas ille non

intendit

intendit ſeruare, & huiuſmodi, peccauit mortaliter. De his quæ ēt volentes ingredi religionem aliquam, in qua bene viuitur, auertunt, vt trahant aquam ad ſuū molendinum, infamantes illos, & crimina imponentes, ſuas aūt vſq; ad tertiū cœlum extollentes non euadere damnationem certum eſt: quia contra charitatem agunt, contra iuſtitiam, & contra ſacram ſcripturam.

De voto paupertatis.

SI in religione exiſtēs obſeruauit paupertatis votū, nihil retinēs vel retinere deliberans: quia eſt mortale propriū habere, & toties quoties illud proponit. Dicitur autem proprium quod celatur ſuperiori ſuo: vt ſi habeat, & teneat pecuniam, vel veſtē neſciente prælato, vel ſi ſciat tamen contra voluntatē eius & abſq; licentia, vel ſi de licentia eius, & voluntate, non tamē paratus ſibi tradere ad petitionem eius, ſed recuſare ſi poſſet de facto: & multo peius ſi non ſolummobilia, ſed etiam immobilia: vt reditus, & poſſeſſiones retinet, vt propria, dans, vendens, & diſſipans, vt placet, nec Prçlatus poteſt dare licentiam ſic retinen-

di, nec Papa poteſt in proprio diſpenſare. extrà de ſta.mona.c.cum ad monaſterium. Si dedit bona monaſterij ſiue conuentus abſq; ſuperiorum licentia habita, vel præſumpta. Si aliquid occulte recepit, vel tenet mortale eſt,& ꝓprietas. Si reperiens ſe in locũ vbi non viuitur in cõmuni propter quod oportet eũ ſibi prouidere de neceſſarijs, habet aliqua veſtiméta, vel pecuniã, & aliquid huiuſmodi cum bona licétia, & be neplacito prælati, aduertat diligenter, quia quatuor adhuc obſeruare debet.

Primò quidem, vt per eum non ſtet quin omnia velit ponere in communi, ſi alij vellent: Et ad hoc operetur quantum poteſt.

Secundò, ſi hoc non poteſt, ſi ſemper paratus ſimpliciter ponere omnia, & dimittere in manibus Prælati.

Tertiò, vt de huiuſmodi conceſſis nihil det ſine licentia ſuperioris ſui generali, vel ſpeciali, etiam in eleemoſynas, niſi in extrema neceſſitate.

Quartò, vt nõ theſaurizet, nec ſuperflua teneat: nec delitioſa quærat, nec multum inquirédo ſollicitet, nec habeat inordina-

tum affectum in huiuſmodi, & ſic poterit transire. Si in alijs bene ſe habeat, ſecus agendo non religioſè, ſed laicaliter viuit. Sed cum prædictis ſi poſſet locum inueni-re vbi in commune viuitur melius ei eſſet.

De voto caſtitatis.

SI ſeruauit votũ caſtitatis non ſolùm ab omni carnali opere, & contractu vene-reo ſe abſtinendo, ſed etiam ab omni locu tione turpi, & amatoria, & ab omni cogi-tatione immũnda deliberata, & delectatiõ ne moroſa: quia in quolibet horũ eſt mor-tale: vt dictum eſt ſuprà circa ſecundum & nonum præceptum. Eſt etiam ſacrilegium quod grauius eſt; & quia ad iſta deuenitur per cõuerſationem & familiaritatem: ideo inquirendũ eſt ſi habet domeſticitarẽ cum aliquo ſimoniali, vel cum aliqua. Si religio ſus, & ſi hoc reperitur eſſe extra caſum ne-ceſsitatis, prohibendus eſt aliàs, non abſol uendus: quia quaſi impoſsibile eſt, quod ta lis non incidat in ruinã, diſt. xxxij. c. hoſpi-tiolũ, di. lxxxj. per totum. Scãdala etiã mul ta, & oblocutiones ſequũntur in populis, & huiuſmodi: & ideo prohibendus eſt, & con-

ſanguincorum etiam rarus fit acceſſus.

De voto obedientiæ.

SI fecit contra votũ obedientiæ quod eſt mortale,& nota quòd nõ ſemper quãdo quis agit aliquid contra regulã ſuam, trãſgreditur regulam, vel conſtitutiones, facit contra obedientiam, ſed quando facit contra præcepta contenta in regula, & conſtitutionibus ſuperiorũ. Vel quando aliquid trãſgreditur ex contemptu quantũcunq; illud ſit minimum. Quãdo verò prelatus,vel prælata iniũgit aliquid fratri præcipiendo, vel mandando in virtute ſanctæ obediẽtiæ vel ſpiritui ſancti,vt facias hoc:vel ſub pœna excõicationis, & huiuſmodi, illud dicitur præceptum cuius tranſgreſſio eſt mortale peccatum.Idem etiam quando prælatus aliquid mãdaret ſubito quomodocũq; loqueretur, declarãs ſibi quod intẽdit obligare illũ ſub peccato mortali ad faciẽdum illud, intellige ſi mãdat quod non ſit illi cibus, & tale quid quod teneatur ſubditus ei obedire. Similiter quãdo regula vel conſtitutionibus eſt aliquid præceptoriè mandatũ,vel ſub pœna excommunicationis vel

ſub

ſub pœna carceris, vel ſub pœna grauioris culpæ, vel per ſimilē locutionē communiter cenſetur obligare ad mortale. aliàs autem faciendo contra ceremonialia, vt frangere ſilētium, tardè venire ad chorū, & huiuſmodi, eſt veniale: niſi quis faceret ex cōtemptu: quia tunc mortale. Cōſuetudo autem quāuis non ſit ipſe contemptus, eſt tamen inductiua contemptus: & ideò caue ne aſſueſcas alicui tranſgreſſioni.

De officio diuino.

Si nō dixit horas canonicas, & officiū defunctorū quando debet dici. Nā religioſus ēt ſi non habet ordinē ſacrum, tenetur ex præcepto ad officiū, præcipuè ſi eſt profeſſus. vnde omittendo aliquā horam peccat mortaliter, & omni die qua omittit ex negligentia, non autem ex præcepto, tenetur dicere iſtud vel illud, quanuis nec debeat ad placitū ſuum mutare officium: ſed debet dicere ſecundum ordinem ſuum. Si non ſeruit cū alijs in eccleſia, & nimis tardauit ad dicendū officium. Si ſomnolenter vel ibi dormiuit, redicat, vel aliquid loco eius dicat: ſed ſi pro maiori parte dormi-

uit, totũ reiteret. Si ibi incõpoſitus fuit, & oculis vagis, ſi riſit vel ridere fecit, vel aliquam leuitatem vel locutionem fecit non neceſſariam. Si mente diſtractus, præcipuè quãdo non aduertit. Si malè legit, vel cantauit, vel inclinauit ex negligentia, in quolibet horum eſt peccatum veniale cõmuniter. Si elegit prælatum per ſimoniã, vel etiã & ſi non ſimoniacè, tamen indignum ſcienter, ſi non illum quem iudicauit meliorem ad officium illud, ſeu alium ratione amicitiæ vel alia intentione mundana, mortale eſt. Si accuſauit calumniosè prælatum, vel ſocium de aliquo criminali, vel teſtificatus eſt; vel deſiſtit ab accuſatione iniuſtè, vel aliàs infamauit prælatum vel ſubditum dicendo criminalia de eis etiam ſi eſſent vera intentione infamandi, mortale eſt. Idem ſi ſecreta ſui ordinis reuelauit ſine cauſa iuſta & rationabili, & quomodo quis teneatur ad reſtitutionem famæ, habes in ſummæ, in ſecunda parte diffusè titu. ij. cap. ij. §. iiij. Item ſi in viſitatione prælatorum non reuelauit dicenda quæ ſunt contra honeſtatem religionis de Prælatis

&

& ſocijs, & præcipuè quando communiter ſic ſeruatur, & fit præceptum à viſitatore, vt dicāt qui indigēt correctione: tunc.n. omittere aduertenter, quæ dicenda ſunt, eſt mortale peccatum: debet tamen intelligi præceptum, ſeruato ordine fraternæ correctionis. vnde omnino occulta, de quibus poteſt præſumi emendatio, dici non debēt, vbi autem non ſperatur emendatio, & præſumitur recidiuatio, vel aliquod magnum ſcandalum; dici debet: non tamen accuſando, ſi ſufficienter probari non poteſt: quia tunc grauiter peccaret: ſed ſimpliciter denuntiando prælato vt patri, ſi ſperatur, quod inde prouidebitur, ſi fecit vel cooperatus eſt, & aliquam conſpirationem contra Prælatos, vel inuenit aut ſectatus eſt partialitates, & ſectas in monaſterio, aut cōuentu, aut diuiſiones, quia mortale eſt, & crimina mundanorū, vel dæmoniorū potius quàm religioſorū. Interrogādi ēt ſunt de duodecim abuſionibus clauſtri, ſecundū Ray. quæ ſecundū Hugonem ſunt iſtæ. Prælatus negligens, diſcipulus inobediens, iuuenis otioſus, ſenex obſtinatus, monachus curialis, mona-

chus cauſidicus, habitus pretioſus, cibus exquiſitus, rumor in clauſtro, lis in capitulo, diſſolutio in choro, irreuerẽtia circa altare. in his quandoq; eſt mortale, quãdoq; veniale, ſecundum qualitatem facti, & intentionem. Magna etiam eſt abuſio religioſorum iurare in cõmuni locutione, etiã ſi dicat veritatem, & etiam maledicere, & blaſphemare, etiam ſi ex leuitate. Interrogandum etiam eſt præcipuè de ceremonijs principalibus, & de eſu carnium extra infirmitatem. De lineis non vtendis ad carné, de lectis non plumeis, de ieiunijs regulæ vel conſtitutionum, de obſeruantia ſilentij in certis horis, & locis. Ad quæ omnia obligãtur omnes monachi, & etiam plures religioſi, & monachi ſancti Benedicti, extra de ſtatu monac. ca. cùm ad monaſteriũ. & plures religioſi aliorũ ordinum ex conſtitutionibus ſuis. Et licet in his prælatus poſſit diſpenſare, non tamen poteſt diſſipare, quod eſt ſecundum Bernardum, quando fit abſq; cauſa rationabili & vrgẽte, aliàs peccatum eſt diſpenſanti: & diſpenſato plus & minus, ſecundum trãſgreſſioné. Si in obediendo

diendo malè ſe habuit,videlicet quia obediuit in malo, putà dicendo mendaciũ, vel ex negligentia dimiſit cõe mandatum,vel tardus fuit ad obediendum , vel non affectuosè, ſed querulosè, vel diſſolutè , & non cũ maturitate.Si irreuerens circa maiores ægrè ſuſtinẽdo reprehenſiones , & cum indignatione,communiter veniale eſt.

De exercitio.

SI vacauit otio , quod eſt ſentina omniũ malorũ,& quantum : ſi inutiliter expendit tempus faciendo ea quę ſunt nullius valoris.Si fecit exercitia mundanorum,vt faciendo burſas,veſtes, opere polymito,recamationes,vel linea reticulata, & huiuſmodi, vel cõfectiones nimis pretioſas vel alia guloſa,quia magnum peccatum eſt,& abuſio ac occaſio multorum malorum,& ideò prohibendum eſt, hoc malum etiam reperitur in monialibus modernis,

De conuerſando cum alijs.Si cõuerſando fuit nimis leuis,vel alios inducẽs ad leuitatem,vel riſum,verbis,geſtibus, vel ſolatijs , quæ licet aliquando ſine peccato fieri poſſint ad recreationẽ , vel ſubleuãdum ſe,

vel

vel alios ab acedia, rarò tamen decet huiuſmodi religioſos. Si aliquando irriſit, vel geſtiuit, quod nimis congrit & hiſtrionibus, nō religioſis. Si murmurauit circa victum, & veſtitum. Si impatienter tulit graues mores aliorū. Si ſe grauem alijs reddidit. Si ſingularitatē quæſiuit in cibo, veſtitu, dormitu, & alijs. Vnde frequenter oritur in ipſis ſuperbia, & in alis murmuratio, & indignatió. Si fratrem delinquentem non fraternè admonuit, vel defectus aliorū Prælato non ſignificauit, vt adhiberet remediū, ſeruato tamen ordine fraternæ correctionis, in his cōmuniter eſt veniale. Si murmurauit contra ſibi committentē, tāquàm indiſcretum. Si impatienter ſe habuit durè loquendo cū quibus ſe non habet intromittere. Si nō diligenter tractauit res monaſterij. Si nimis tenax fuit in dando, vel ſi nimis prodigus, vel acceptator perſonarū ſine cauſa rationabili, dās magis vni quàm alteri de rebus communibus. Si dedit quibus nō potuit, videlicet, quia non habeat licentiam. Si permiſit recipere ex negligentia, vel nimis ſollicitus fuit propter hoc parum vacando ſibi

propter

propter multiplicationem rerum temporalium, quod vitium multum hodie regnat: ſi nō fuit ſollicitus ad addiſcēdum ea ad q̄ tenetur ſecundum regulā, & cōſtitutiones, peccat ex ignorantia, verumetiam tranſgrediens non excuſatur à peccato. Si eſt ſacerdos debet quærere, & ſcire quæ pertinēt ad debitè celebrandum, ſi confeſſor, quæ pertinent ad illud officiū. Si in his eſt negligens, præcipuè cùm poteſt, grauiter peccat, debet etiā frequentare, & legere ſcripturā, vel doctores exponentes, vel alios libros deuotos & vtiles, vnde inſtruatur & confortetur ad bonum. Si legit curioſa & inutilia propter quod retrahitur à magis neceſſarijs, vel doctores gentiliū, vel fictiones poeticas, & huiuſmodi, quia peccatum eſt curioſitatis. De pertinentibus verò ad religionē habes diffuſè in iij. parte ſum. ti. xvj. c. vj.

De oratione, & confeſſione.

SI nō orauit, vltra officium diuinum priuatim pro ſe, pro alijs conſanguineis benefactoribus viuis, & defunctis, præcipuè recommendatis, vt debet ſollicitè, ſi non frequentauit confeſſionem & communionem

ſecun-

ſecundum regulam ſuam, & morem. Monachis verò nigris præceptum eſt, quòd cõmunicent ſemel in mẽſe. in cle.ne in agro. de ſtatu mona. ſi non vacauit meditationi quæ maximè inducit deuotionem.

Si fuit tepidus in dilectione Dei, & proximi, nõ ardẽter affectãs honorẽ Dei, & ſalutẽ animarũ vt decet: ſi ingratus ad recogitandũ, & cognoſcendũ ſua beneficia, & recompenſandum deuotè ipſi Deo ſeruiẽdo: ſi nõ præparauit ſe ad diuina vt debuit: hęc ſunt peccata in quibus quotidie offenditur Deus, & impeditur profectus religionis.

De amore parentum.

SI nimis carnaliter dilexit conſanguineos nimis affectãs eorũ proſperitatẽ, vel gaudens de ea, aut cõtriſtatur nimis de aduerſitate. Si nimis eos viſitat, vel q̃rit vel gaudet viſitari. Si cum eis loquitur de ſecularibus, quæ non expediunt, vel etiam cum alijs de guerris, & huiuſmodi frequẽter interrogat & audit: ſi pro eis procurat beneficia Eccleſiaſtica vel temporalia, non aptis beneficijs in quibus poſſet eſſe mortale. De alijs verò vitijs cõmunibus ſcilicet ira, ſuperbia,

perbia,inuidia,& huiuſmodi, vide ſuprà in prima, & ſecunda parte interrogatorij.De his verò', quæ pertinent ad regulā ſuā ipſemet videat per ſe,& dicat:ſi pœnas, aut pœnitentia taxatas vel iniunctas à regula vel cōſtitutionibus,vel à Prelato non fecit,peccauit.Si ex negligentia, ſi nullo modo eſſet paratus facere etiam Prelato præcipiente, eſt mortale:ſi non intendit proficere in vita,ſed quæ ſeruat inuitus facit,& malè contentus eſt eſſe in religione, hypocrita eſt, & in ſtatu damnationis.Tho.ij.ij.q.lxxiiij. art.j. Qui vocantur ad dirigendas moniales in electionibus, niſi abſtineāt ab his per quæ poſſet oriri diſcordia inter eas, ſunt excommunicati. Religioſi & clerici indecentes ad vouendum, iurandum, vel promittendum de eligendo apud eos ſepulturam, vel vt eam vlterius non mutent iam electam,ſunt excōmunicati excommunicatione Papali.in clemen.c.cupientes. de pœnis.Religioſi, qui abſque ſpeciali licentia proprij ſacerdotis ſolennizarent matrimonia,aut miniſtrarēt ſacramentum Euchariſtię vel extremę vnctionis excommunicati

ſunt

ſunt excõicatione Papali clemen.prima de priui.relig. Religioſi qui excommunicatos à canone abſoluunt in caſibus non conceſſis, aut qui abſoluunt à ſentẽtijs per ſtatuta ſynodalia, vel ꝓuincialia promulgatis; aut abſoluũt à pœna & culpa, ſunt excõmunicati excõmunicatione Papali, per diſt.cle.primam, de priuil.relig. Inquiſitores hęreticorum, qui odio, gratia, vel lucro contra iuſtitiam, & cõſcientiã omiſerint cõtra quempiam ꝓcedere, vel ipſam hæreſim alijs imponere, aut imponerent, quòd officium eorum impediret, ſunt excõmunicati excommunicatione papali.cle.multorũ, de hęreticis. Religioſi mendicantes profeſsi tranſeuntes ad aliquam religionẽ monachalem excepto ordine Carthuſienſi, & ſimiliter recipientes, ſunt excommunicati excommunicatione Papali per conſtitutionem Martini quinti, id eſt, factam Conſtantiæ. Clerici ſcienter, & ſpontè communicantes excõmunicantis à Papa in diuinis ſunt excõmunicati excommunicatione Papali ſecũdum Hoſt. Iſta excommunicatio habet dubiũ. Participãtes in crimine propter quòd

aliquis

aliquis eſt excommunicatus aliqua prædictarum & aliarũ excõmunicationum, ſunt excõmunicati per Papam.ca.ſi concubinę. de ſen.exc. Abſoluentes aliquem ab aliqua prædictarum excommunicationum citra ſedem Apoſtolicam, pręterquàm in mortis articulo, qui taliter abſoluti, ſi non repræſentent ei à quo poſſunt abſolui, quàm citius poſſunt, vel mittãt pro abſolutione, reincidunt in eãdem, ſcilicet excommunicationem Papalem. c.eos. de ſent.excõ.in.vj. Sepelientes corpora in cœmeterijs tempore interdicti in caſibus non conceſsis à iure, ſunt excõmunicati per excõmunicationem Epiſcopalẽ in cle. ca.eos, de ſepul. Sepeliẽtes excõmunicatos publicè aut nominatim interdictos, vel vſurarios manifeſtos ſcienter in cœmeterijs, ſunt excõicati. dicta clemẽ. Clerici locantes domos manifeſtis vſurarijs ad fœnus exercẽdum, ſeu alio titulo cõcedentes ſunt excõmunicati.c.vſurarum de vſur.lib.vj. Non electus à duabus partibus Cardinaliũ, & ſe gerens pro Papa eſt excommunicatus.c.licet.de elect.

Monachi, & canonici regulares, archidia-

coni,decani,præpoſiti, plebani, & cãtores. & alij clerici perſonatum habentes:aut qui uis presbyteri,qui audiũt leges vel phyſicã ſunt excommunicati.c.non magnopere.ne cleri.vel monachi,ſe rebus ſecul.immi. lib. vj.ca.j.Religioſi dimittentes vbicunq; habitum ſuæ religionis,& accedentes ad quæ uis ſtudia literarum ſine licentia prælati, aut conuentus ſui, ſunt excommunicati.c. vt periculoſa. ne cleri.vel monachi. lib. vj. Religioſi, q decimas debitas eccleſiis ſibi appropriant,vel vſurpant:ſiue qui non permittũt ſoluit eccleſiis decimas de animalibus familiarum & paſtorum ſuorum, tales ſi nõ habent adminiſtrationem, & beneficia, ſunt excõmunicati, ſi habent, ſunt ſuſpẽſi:niſi requiſiti deſtiterint infra mẽſem. in clemen.cap.religioſi.de decimis.

Monachi,& canonici regulares,non habentes adminiſtrationem, & ſe cõferentes ad curias principum, vt damnum monaſteriis inferrant,aut Prælatis ſine licentia ſuorum prælatorum: ſiue qui tenent arma infra ſepta monaſterij,ſunt excõmunicati. in clemen.ne in agro.de ſtatu monacho.Religioſi.

gioſi nec non moniales profeſſi contrahentes matrimonium, & alij clerici conſtituti in ſacris de facto, ſcilicet ſunt excõmunicati. cle.eos. de conſang.& affini.inquiſitores hæreticorum, qui prætextu officij inquiſitionis quibuſuis modis illicitè pecuniã extorquent, vel ſcienter bona eccleſiarum,ob delicta clericorum fiſco eccleſiæ applicant, ſunt excommunicati, nec abſolui poſſunt: niſi plenè ſatisfecerint illis à quibus extorſerunt. cle.nolẽtes.extrà de hære. Religioſi non ſeruãtes interdictuu,quod ſeruat ſancta Romana eccleſia, ſunt excommunicati cle.ex frequentibus.de ſenten.excom.Religioſi,qui cõfitentibus ſibi non faciunt conſcientiam ſcienter de decimis ſoluẽdis, tales ab officio prædicationis ſunt ſuſpenſi, donec confeſſis eiſdem ſi commode poſſunt,faciant eis conſcientiam, & ſi interim prædicant, ſunt excõmunicati. Similiter & religioſi, qui dicunt aliqua verba, & retrahunt audientes à ſolutione decimarũ, ſunt excommunicati.in clemen.c.cupientes. de pœnis. Religioſi mendicantes, qui domos ad habitandum, vel loca de nouo recipiũt,

aut mutant, aut alienant de nouo recepta abſq; licentia Papæ, ſunt excommunicati. de pœnis. c. cupientes. in clem. Fratres minores, qui tempore interdicti recipiunt ad diuina fratres, vel ſorores de tertio ordine ſancti Franciſci, ſunt excommunicati. cap. cum ex eo. de ſenten. excom. in clemen.

De Prælatis in communi.

CAP. XIIII.

A Prælatis in cõmuni inquirendum eſt, primò, ſi legitime aſſecutus eſt dignitatem, ſeu prælationem, an verò aliqua irregularitate, vel ſententia fuit irretitus, cum fuit aſſumptus ad prælaturam in qua non fuit diſpenſatus, vel abſolutus, videlicet, ſi fuit bigamus. Si operatus eſt in cauſa ſanguinis. Si illegitimus, ſi excõicatus, vel ſuſpenſus, vel notorius cõcubinarius: in quolibet horum hoc ſciens tenet prælaturam furtiuè: vnde eſt cõtinuè in mortali. Nota, quòd illegitimus ad dignitatem vel beneficium curatum, vel prioratũ in religione, qui creatur per electionem ſine diſpenſatione Papæ promoueri non poteſt, ex priuilegio tamẽ magiſtri ordinis cum his poteſt

teſt diſpēſare ad prælaturas in ordine prę-dicatorum. de hoc habes,in.iij. parte ſum. tit.xxviij. cap. iiij.ſi ritè,& abſque vitio ſimoniæ electus, confirmatus, & ordinatus. Si interpoſuit preces ꝓ ſe, vel procurauit, quod aliàs porrigeret preces, ſimonia eſt, & ſi fuit ſimonia pactionis, indiget diſpenſatione Papæ: & antequam ſit diſpenſatus tenet furtiuè dignitatem. de hoc in.ij. par. ſummæ,tit.j.c.v.§.iiij.de ſimonia.& de omnibus quę habes ſuprà in.c.de beneficiatis. & in c.de clericis.in communi potes interrogare prout erit expediens. Et ſi eſt prælatus religioſorum, interrogādum eſt de his quæ ſunt in cap.præcedenti.& de alijs quæ ſequūtur,ſi aliquod manifeſtum peccatum in ſubditis diſſimulauit, & nō correxit, aut ſi non manifeſta, quæ tamen ad eius notitiam aliqualiter peruenerunt vlterius non quæſiuit.Si merè ex negligētia dimitteret, puto mortale,quo ad criminalia. Si aūt ex aliqua ratione, vt ad maius ſcandalum vitandū: ſecus ſi in capitulo æquus iudex nō fuit.Si de reb. monaſterij dilapidator fuit. Si ſuperioribus ſuis nō obediuit. Si cauſas

ſibi à ſuperioribus commiſſas non ſecundum conſilium peritorum, ſed ſecundum acceptionem perſonarũ determinauit. In omnibus his eſt peccatum mortale, vel veniale ſecundum quantitatem exceſſus, & malitiam,& negligentiam.

Si indignos,& nõ idoneos in officijs poſuit, & maximè ad curam animarum & manent, non videtur talis poſſe excuſari à mortali. Si eos quos ſcit malos in mortali perſeuerare, ponit ad curam animarum, cùm poteſt repellere,nec credo quòd excuſet paucitas, ſcilicet quia non inueniuntur alij, & etiã ſi iſte alias ſit induſtrioſus multum,& bene officiet eccleſiam in exteriori bus.qdem cum ſuſtinet tales, ſi illos poteſt iuridicè remouere. Si poſuit ad audiẽtiam confeſſionum notabiliter ignorantes, & ineptos vel criminoſos mortaliter peccauit per regulã. Qui cauſam dãni dat. Idem ſi tales tolerat cum poſſit remouere, niſi fortè à ſuperiori ſint id hoc poſiti. Sed quã curam de ipſis habebit, cum ad ſui damnationem exerceant tales officium audiendi confeſſiones quomodo autem dicatur ineptus

ptus vel notabiliter ignorans,habes hic ſuprà, videlicet in ij.parte de ſcientia confeſ. Si fuit nimis pompoſus & curioſus in ædificijs eccleſię vel monaſterij,in ornamentis, & huiuſmodi, quod eſt contra ſententiam Hieronymi & Ambroſij.xij.q.ij.ca.aurum. & c. gloria Epiſcopi. & etiam Bernardus, Et tamen à modernis fiunt hodie multæ ſuperfluitates & curioſitates, & palatia, contra exempla omnium ſanctorum, & in his amittitur multum tempus, & deuotio, ita vt completis ædificijs exhauſtus videatur omnis ſpiritus, & pauperes interea moriuntur fame, quos de ſuperfluis eorum tenentur ſuſtentare.xij.q.j ca.Epiſcopus Eccleſiaſticarum.Si nimis fuit ſollicitus circa tēporalia,ex hoc minus debitè vaçans ſpiritualibus in ſe & in ſubditis, vt lectioni orationi, admonitioni, vtique peccatū eſt plus, & minus ſecundum quantitatem exceſſus.Principalis enim eius cura debet eſſe de ſpiritualibus. Si ꝑ curias nimis diſcurrit litigādo cum ſcandalo hominum, cum poſſet per alium modum magis pacificum ſua repetere, & ſi nō tantum.Si iura & pri-

ilegia ſuæ eccleſiæ non ſeruauit & defen-
it, vt debuit, ſi in diſpẽſando indiſcretè ſe
habuit, vel quia nimis de facili, & ſine cau-
ſa rationabili in ieiunijs diſpẽſauit. In eſu
carnium, in retinendis rebus ad vſum. In
pœnitentijs taxatis ſecundum regulam: vel
cõſtitutiones, & huiuſmodi, quia peccauit
inducendo relaxationem, & vigorem reli-
gionis eneruãdo. Vnde beatus Benedictus
in regula, dicit ꝙ de omni diſpenſatione
habet reddere rationẽ. Si fuit nimis durus
in diſpenſando quõ debuit, præcipue cum
debilibus & infirmis, & hmõi, non prouidẽs
eis. Si fuit exẽplaris in inceſſu moderato,
habitu nõ pretioſo, in modeſtia geſtus. In
locutione rara, graui, & fructuoſa, & cauẽs
diſcordias, pacẽ nutriens, oẽs patienter vi-
dens & tolerans, ſingularitates vitans, cõia
ſequens, cum poteſt nemini blandus, & af-
fabilis cunctis, ſuſurrationes, detractiones,
irriſiones, confabulationes, maledictiones,
contentiones in ſe & in ſuis eliminans; cir-
cũſpectus in omnibus, nõ delectans de pre-
ſidentia, ſed timens de negligentia, cum de
ſingulis habeat reddere rationẽ ſibi com-
miſſis.

miſſis. Ita curam aliorũ habeant quod ſui non obliuiſcãtur, vt docet Gregorius in paſtorali. Si in corrigẽdo fuit nimis remiſſus, vel nimis rigidus: vtrunq; cauendum eſt, vt docet Gregorius in morali, & habetur xlv. diſtin. c. diſciplina. nam felicitas veniæ incentiuum præbet delinquẽdi. Ambr. xxiij. q. iiij. cap. eſt iniuſta, & aſperitas nimiæ increpationis nec correctionẽ recipit, nec ſalutẽ. Leo diſtin. xlv. c. cũ beatus, & capitulo dicet plerunq;. ea. diſt. Præcipuè verò circa ſeniores debet prælatus in corrigendo ſe habere humanum, vt dicitur in illo capitulo, niſi eſſent habituati in malo, quia tunc durius ſecundũ Gregorium, vt dicto ca. diſciplina. & ca. licet plerunq;. & c. cum beatus. & c. plenitudinis tempora. xxvj. q. vij. & ca. tanta. lxxxvj. diſt. Si non induxit quantum potuit verbo & exemplo ad obſeruandũ omnia ceremonialia ordinis ſui. Si malas conſuetudines, ſeu corruptelas regnare permiſit, id eſt, contra regulam & decentiam religionis, etiam quas inuenit iã inductas non abſtulit, quãtum potuit, vti vitium proprietatis, diſcurſum fratrum ad

placitum, familiaritatem cum mulieribus vel viris: ſi eſt monacha collationem rerum cũ amicis & conſanguineis ſine licentia, & rationabili cauſa: eſum carniũ, vbi non debent comedi, quod eſt vniuerſale omni monacho de conſe. diſtin. v. cap. monacho. & præcipuè quæ ſunt contra eſſentialia vota religionis nullo modo debet permittere, nec etiam ad receptionem ſimoniacam monialium, ſicut hodie fit quaſi vbique. Quod ſi non poteſt talia remouere, nec eſt ſpes in futurum, dimittat curam exemplo ſancti Benedicti. vij. q. prima. c. aduerſitas. circa fin. in cap. ſi. alias non quietem ſuam admittat tandem cum eis damnationem incurrat quicunq, ſit ille abbas, vel Abbatiſſa, prior vel prioriſſa, vel alias quocunq; nomine cenſeatur. Nec ſufficit quòd prælatus corrigat vitia quæ ipſum noſſe contigerit, ſed debet diligenter agnoſcere vultum pecoris ſui conſiderando vias eius. Caueat autem ne crimina ſibi delata in foro conſcientiæ vel in ſecreto prout iudicet de illis iu foro contẽtioſo, ſeu in capitulo. vbi enim vel tantum manifeſta ſunt punienda,

nec

nec foro miſcenda ſunt iudiciali. Si habet ſub cura monaſterium monialium, de qua materia dicetur in c.fin. Si indiſcretè fecit præcepta in quibus multum debet cauere niſi ſit res ardua, & ſi cogeret per præceptũ vel ſententiam ad aliquid faciendum, vel dicendum in quo non eſſet ei ſubditus, vel non deberet ei obedire, vt reuelando peccatum occultum, omnino ei eſſet mortale. In inquiſitione verò criminum, receptione accuſationis, vel denuntiationis, vel prælatione ſentẽtiæ excommunicationis, & huiuſmodi, non ſit præceps, non procedat per ſuſpicionem, ſed per probationes & modos iuridicos, alias incurreret graue peccatum, & aliquando ſententiam excommunicationis. De his in tertia parte ſum.ti.ix.quaſi per totum.

Si prælatus recepit aliquem in ordine mendicantium ad profeſſionem ante annum completum probationis: ſeu nouitiatus, eſt ſuſpenſus à receptione aliorum ad profeſſionem, & debitor pœnæ grauioris culpæ: vnde mortaliter peccat. extra de regularibus. c. non ſolum lib. vj.

De

De Epiſcopis, & Prælatis & Superioribus.
Cap. XV.

CIrca epiſcopos, & alios ſuperiores prę-latos ſic poſſunt formari interrogationes, niſi ſit talis literaturæ & ſcientiæ quòd per ſe ſciat explicare quæ debet: ad quod tamen tenetur, cum habeat alios ſuper his informare & corrigere. Nam ſi bonus communiter ab hominibus reputatur, & ſufficiens, & nō eſſet neceſſariū, niſi cum audiret. Et ſi de aliquo negotio non intelligit eum cōfeſſor, vel dubitat, pōt de illo loqui pro ſua ſerenitate, & ſi tale quid eſſet in quod variātur opiniones: vel nō poteſt dari certa ſententia, relinquendum eſt ſuæ conſcientiæ. Idē dicēdū circa alios clericos, religioſos, prælatos, & laicos peritos & timoratos qui ſciūt dicere ſufficiēter facta ſua.

Si verò non eſt talis ſed indiget adiutorio interrogantis inquantum clericus eſt, inquiri ab eo poteſt prout expedire videtur de his, quæ habes ſuprà circa clericos in communi, vt de officio diuino, de celębratione & adminiſtratione ſacramentorum, & modo, & huiuſmodi.

 Si

Si aſſumptus eſt ad epiſcopatum ex religione, interrogãdum eſt de his quæ habes in cap. circa religioſos quo ad multa, Nam adhuc tenetur ſeruare ordinem ſuum: niſi in his quæ non patiuntur officium paſtorale: vt ſilentium, ſolitudo & vigiliæ, & huiuſmodi. Hæc vide in iij. parte ſum. ti. xvj. c. vj. Idem Thom. ij. ij. q. clxxxv. ar. viij. inquantum verò beneficiatus ſeu curatus eſt & prælatus, interrogandum eſt de his quæ habes ſuprà in ca. circa beneficiatos. Et ſi recepit dignitatem ſeu Epiſcopatũ habẽs aliquam irregularitatem, vel per ſimoniã, vel per intruſionẽ, dic vt in cap. præcedenti. in primo. Deinde interroga de his quæ ſequũtur quæ ſunt ſpecialia curę & officij paſtoralis. Si contulit ordines ſacros indebitè, quod eſt vnum in quo multum offendit. Si contulit per ſimoniam ſed occultè, mortaliter peccauit, non tamen eſt ſuſpenſus ex hoc quod alios, ſed per ſimoniã notoriam eſt ſuſpẽſus etiã quo ad alios. Sed in vtroque ordinatus ab eo eſt ſuſpenſus, & indiget diſpenſatione. Si contulit ſcienter non habẽtibus legitimam ætatem mortale eſt:

nec poteſt ipſe diſpenſare de ætate. Si contulit ordines per ſaltum ſcienter, vel duos ſacros ſimul, vel quatuor minores cum ſubdiaconatu, peccat mortaliter. Si cõtulit ordines ſacros extra tempora ordinationum, mortale eſt, niſi ex diſpẽſatione Papæ & ordinatus eſt ſuſpenſus. Minores autem ordines conferre poteſt diebus feſtiuis. Si in ordinatione omiſit aliquid faciendum, & ſi omiſit aliquid de ſubſtantialibus in quibus imprimitur character, oportet totum iterare in alia ordinatione quatuor temporum. Si verò eſt quod non eſt ſubſtantiale, ſed de ſimplici ſolennitate, non debet iterari: ſed ſuppleri tantùm omiſſum in ordinatione alia, nec prius ante ſuppletionẽ iſte ordinatus debet exercere officium. Peccat Epiſcopus in huiuſmodi ſi ex certa ſciẽtia, vel craſſa ignorantia hoc facit. Item videtur ſi ex notabili negligentia. Si ordinauit aliquem ſine licentia ſui ſuperioris ſcienter, mortale eſt, & eſt ſuſpenſus per annum ab ordinum collatione. Si non fecit fieri examinationem de ordinandis de ſcientia, ætate, & moribus, & huiuſmodi ſecundum iura,

ra,peccat mortaliter. Idem ſi fecit fieri examinationem per ineptos ad huiuſmodi ordinandos. Idem ſi fecit fieri per tales quos æſtimabat propter malam eorũ ſcientiam admittere indignos: ſi ad eum ſpectat prouidere de talibus,vel remediare. Si ſcienter admittit indignũ quem iuſtè repellere poteſt,vt concubinarium,illiteratum: & huiuſmodi. Si non contulit ſacramentum confirmationis quando debuit Soli enim Epiſcopi poſſunt illud conferre,& extra illud tempus ſolidum omni tẽpore anni, & hora morituris poſſunt concedere ne ſine hoc moriantur quanuis ſine hoc ſaluentur. Committendo ergo magnã negligentiam vt per multos annos,credo eſſe mortale. Si nõ dedit ſacramentum ſecundum debitam formam,materiam,& locũ, mortale eſt. Quòd autem ſit ieiunus non eſt neceſſe,& ſi decẽs eſt de iure. Si his alicui dedit ſcienter, peccauit mortaliter:vnde in hoc debet eſſe cautus ne iteret:& etiam debet aduertere quòd aliquis chriſmatus teneat ad chriſmãdum non cõſanguineus ſed alius. Si in cœna Domini non cõſecrauit chriſma,& oleum ſan-

ctum

ctum vt debuit, quia innouāda ſunt talia, & ſi non ſeruauit debitā materiā & formam, & ritum eccleſię. mortale eſt & huiuſmodi. Si conſecrationes eccleſiarū vel altariū, & calicū, & patenarū, & benedictiones veſtiū ſacrarū nō fecit vt debuit, ſecundum formā & ritum Eccleſiæ, vel ſi quid horum fecit per ſimoniam, mortale eſt. Idem de benedictionibus Abbatū & Abbatiſſarū. Idem de reconciliatione Eccleſiæ violatæ. Monialem quam nouit eſſe corruptam non debet conſecrare in virginem, nec tamen manifeſtare crimen, ſi eſt occultum: ſed mutare nomen virginis in caſtā, vt non perpendatur. Si contulit beneficia per ſimoniam mortale eſt, & ſi per notoriam, eſt ſuſpenſus etiam quo ad alios, ſecus ſi per occultam, quia non eſt ſuſpenſus. Si contulit ſcienter indignis beneficia ſiue ſimplicia ſiue curata, mortale eſt. Idem ſi acceptauit à patronis præſentatum ineptum. Idem ſi confirmauit indignum. Si contulit plura beneficia in caſu non conceſſo vni, vel plura officia aut præbendas, aut dignitates, vel ſi conſanguineis minus aptis contulit

ratione

ratione conſanguinitatis,poſtponendo aptiores,mortale eſt. Si admiſit ad beneficia habentia curam animarum ſeu ipſa contulit nõ agentibus annum xxiiij.mortale eſt. Si eccleſiis de iure vacantibus non prouidit de rectore, ſicut vacant curata beneficia data abſque diſpenſatione Papæ. His qui non attingunt annum xxv.vel ſi infra annum non faciunt ſe ad ſacerdotium promoueri:niſi cauſa ſtudij omiſſum. De quo vidi in capite circa beneficiatos, ſuprà. Si enim infra ſex mẽſes. Primo quando poſt hoc non prouidit, nõ poteſt poſtea ſe intromittere:aliàs vſurparet, quod non poteſt: quia mortale eſt,& non tenet talis collatio & ſic teneretur errorem ſuũ manifeſtare. Idem quando recepto ſecundo beneficio vacauit primum, vel ſecunda præbenda, vacauit prima de quo habes ſuprà:ſed plene in iij.parte ſum.ti.xv.c.j.§.xv.Si ordinauit aliquem clericum ad ordinẽ ſacrum ſine titulo vel beneficio,vel ſaltem patrimonio ſufficiẽti,quia vltra peccatũ, tenetur ei expenſas facere quouſque de beneficio ſit ei prouiſum: niſi aliquis Epiſcopus & hoc

commiſiſ-

commiſiſſet determinando perſonã, quia tunc ille committens tenetur ad id de huiuſmodi de quibus vide in tertia part.ſum. ti.xx.cap.ij. Si in viſitatione non diligenter quæſiuit de quibus debuit, & maximè de vita & honeſtate ſacerdotum officiãtium, & quomodo ſe habeant in adminiſtratione ſacramentorum, & de forma eorum, ſi bene pronuntiauit, præcipuè baptiſma quod eſt magis neceſſarium. De audientia confeſſionum, quomodo ſe habeant quomodo populum admoneant, & in rebus eccleſiæ præcipuè altaris, quòd teneant mũdas. Si autem inuenit in huiuſmodi notabiliter excedere, & periculosè, ſi non punit, & prouidet q illi ſe emendet, vel de alio, ſi iſte eſt incorrigibilis, & omnino ineptus, grauiter peccat, & omnia mala, & dãna animarum quæ inde ſequuntur ei imputantur, ſi poteſt obuiare, & uon facit. lxxxiij. di. per totum. Si non viſitauit Epiſcopatum ſuum ut debuit. Si in viſitatione nimia ſumptuoſus fuit, & cum nimia familia & equitaturis nimijs vltra præſcriptũ numerum. vel ſi ipſe vel familia eius munera accepit, ſuper quo eſt ſpecia-

lis

lis pœna. de quibus plenè in tertia parte ſum.ti.xx.c.iiij. Si ſuſtinet in officijs, bene ficijs notorios concubinarios, quos debet poſt admonitionē ſi nō dimittant,ēt beneficijs priuare, grauiter peccat. Si pro alijs malis,& ſceleribus manifeſtis non punit vt vſuris vacantes,ludis, tabernis,aleis,negotijs ſecularibus,venationibus,prędicationibus, & huiuſmodi.In his enim nō puniēdo videtur malè poſſe excuſari à mortali, niſi ex huiuſmodi punitionibus ſequereť ſchiſma vel magnum ſcandalum. diſtin.l.ca. vt cōnſtitueretur. Si laicos ſibi ſubditos notorios peccatores quos per ſe nouit, vel ſibi per parochianos eorum denuntiatos vt adulteros vſurarios,inimicitias manifeſtas exercētes nō corrigit per cenſuras, & alios modos grauiter peccat niſi omittat: quia non ſperatur emendatio, ſed deterioratio eius. Sed tamē hoc nō videtur ſufficienter excuſare.ſed hoc aliud ſi timetur graue ſcādalum in alijs.di.xliiij.c.comeſſationes. Si malas cōſuetudines quas reperit ī ſuā diœceſi,nō nititur auferre quantum poteſt, vt vendere, laborare, & huiuſmodi in diebus

feſtiuis, non communicare ſemel in anno, & cõfiteri, & huiuſmodi: tripudiare in Eccleſijs, permittere violari Eccleſiaſticam libertatem, vt quòd clerici conueniãtur pro delictis, vel pro debitis in iudicio ſeculari, vel Eccleſiaſticam immunitatẽ, vel quod extrahãtur debitores vel malefactores per violentiam de locis ſacris, & huiuſmodi in caſibus non confeſſis, debet enim prohibere, & ſi poſt admonitionem nolunt deſiſtere, excommunicare, & pro commiſſis iam punire, aliàs peccat grauiter omittẽdo ex timore, vel negligentia. diſtinctio.xliij. Si rector, vel doctor. de hac immunitate, & libertate Eccleſiarum, vide diffuſè in.iij.parte ſum.titu.xij.ca.iij. Si fructus vel reditus Epiſcopatus ſui malè expendit, dãdo conſanguineis ſuis, vel alijs non indigentibus, peccauit grauiter, & ſi diſtincta ſunt ea quæ deputantur ad mẽſam eius ab alijs, & ſi ea quæ errogare debet clericis vel ad reparationem eccleſiæ, vel pauperibus, dat conſanguineis, vel alijs amicis ſine probabili indigentia, tenetur reſtituere illa, quia rapinã facit, ſimiliter recipientes ab eo, ſi

verò

verò non ſunt diſtincta hæc bona, cum intelligantur omnia committi fidei ſuæ, ea quæ ſuperfluunt ad vſum ſui,& familię ſuę conuenienter debet pauperibus erogare. Aliàs non dãdo pauperibus ſubtrahit duo decima.q.ij.c.aurum.& c.gloria Epiſcopi. Tho.ij.ij.q.clxxxv.ar.vij. Si grauauit ſuos ſubditos ĩ debitis collectis. Si fecit clericos ſuos ſoluere collectas, & talias poſitas à dño tpali, vel gabellas ad eius inſtãtiam.

Si ſpontè ipſe dedit abſq; licentia Romani pontificis,quia prohibetur.

Si delicta clericorum,vel laicorum,blaſphemantium Deum vel ſanctos, ſuffocantium paruulos ex inaduertentia & huiuſmodi, puniunt magis pœna pecuniaria ex auaritia, & magis propter lucrum quàm, pro ſalute eorum ad refręnandum.

Si viſitauit diœceſim, vel viſitari fecit magis propter lucrum quàm propter animarum ſalutẽ. Si alienauit bona Epiſcopatus ſui ſine licentia Papæ in caſu indebito, in quolibet horum eſt mortale.

Si iura aliarum eccleſiarũ nõ ſeruauit, Si bona vacantium Eccleſiarũ ſibi vſurpa-

uit cum debeant ſucceſſori ſeruari.Si iuſta debita à pdeceſſoribus contracta rõne Eccleſiæ non ſoluit.Si fructus alicuius bñficij ad tempus accepit, vel partẽ ab eo cui dedit vult habere, in quolibet horũ eſt rapina. Si nõ ſeruauit formã iuris circa manifeſtos vſurarios,ſed de certa quãtitate cõtentus ñ facta debita reſtitutione remittit ſibi & ad ſacramẽta, & ad ſepulturã admittit.

Si in certa pauperibus diſpenſanda in vſum ſuũ conuertit ſine neceſsitate. Si ſentẽtias excõmunicationis de facili propter lucrum profert, vel abſolutiones.Si permiſit quæſtuarios, vel alios pronũtiare indiſcretas indulgẽtias,& falſas,quodlibet horũ eſt mortale,& graue.Si exẽptos vt fratres prædicatores, & minores eremitas ſancti Auguſtini carmelitas,ſeruitas, ciſtercienſes,& alios habẽtes priuilegia exemptionis iniuſtè moleſtat, non ſeruando eorũm priuilegia, vel pro audientia confeſsionũ non admittẽdo ſibi pſentatos idoneos ſecũdũ cle. dudũ.de ſepul.vel ſibi remittẽdo nimios caſus,vel inconſuetos: vt quotidie habeãt ire ad ipſum,vel ad aliũ, cogendo ad quartum

quantum

quãtũ ad id in quo ſunt priuilegiati vť eos ad iudiciũ trahẽdo cũ ĩ bello nõ poſsit eos conuenire, niſi pro hæreſi. peccat grauiter.

Si monaſteria monachorum vel monacharũ non exẽpta, nõ honeſtè & diligenter viſitauit, & eos vel eas ad ſeruandum regulam induxit, deponendo Abbates, vel Abbatiſſas pro relaxatione cùm expedit habẽdo curam pro honeſtate eorũ, & quòd non habeant familiaritatẽ cum clericis religioſis, vel laicis, prouidendo diligenti clauſura de confeſſore ſecuro, docto, & bonæ famæ & conſcientiæ, prohibendo ingreſſum ſimonia cũ, & conuiuia fœminarum, quæ ibi fiũt & feſta vana in conſecratione earum.

De iudicando in foro contencioſo.

SI non tenuit vicàrium peritũ & bonum, præcipuè quando ex ſe nõ habuit debitã ſufficientiã iuris, Si non ſeruauit debitum ordinem iudiciarum. Si fuit acceptor perſonarum. Si dedit iniquas ſententias: dic ut ſuprà in c. circa iudices. Si non ſeruauit debitam formam iuris in ferendo ſententias excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti: quia vltra peccatũ mortale, incurrit

 certam

certā pœnā, de qua in iij.par.ſum.ti.xxiiij.
c.74.ꝑcipuè in cauſis mrimonialibus opor
tet eſſe cautiſſimū,& pōderoſum, circa di-
uortia.Si dedit licentiā dño tꝑali, vel iudi
ci verberādi,vel ponēdi in patibulo,vel in-
carcerādi, vel aliàs puniendi clericos ſuos:
niſi in caſu quo eſſent incorrigibiles ꝑ eū:
quia efficitur cū prædictis excōicatus. c.vt
famæ.extra de ſen.excō. Neminé tñ debet
verberare manibus ſuis, nec tñ cū expedit
per laicū, ſed per clericū debet facere ver-
berare clericū ſm iura: & à cauſis ſangui-
nū debet abſtinere:opere,cōſilio,& mandato.
Si hæreticos diligēter non inquiſiuit in
diœceſi ſua,& puniuit ſm iura.Si teſtamē-
ta,& vltimas volūtates nō fecit implere,ꝑ-
cipuè legata facta ad pias cās. Si diſpenſa-
uit in votis, & iuramētis,in quibus non po
tuit,vel ſi potuit tñ indiſcretè ſine cā rōna
bili,peccatum eſt graue.Si abſoluit à ſentē
tijs à quibus nō potuit,vt Papæ reſeruatis.
vel diſpēſauit in irregularitate de qua non
potuit. Si exēplaris fuit in habitu pretio-
ſo vel nō pretioſo,ſuppellectilibus nō argē
teis, & curioſis in apparatu domus, & or-

natu nõ ſeculari in victu ſobrio coniugali, niſi pro pauperibus, in viſitãdo Eccleſiã, in tereſſendo diuinis, & pręcipuè in diebus feſtiuis, hæc debet facere ſm iura in ſolénitatibus præcipuis cãtando miſſam, dicẽdo officiũ deuotè, non curſim ordinãdo quòd dicatur in Eccleſia ſua debitè frequentando orationes priuatas, vacãdo lectioni, di. xxxvj. per totũ prædicando ſi ſcit: ſi neſcit, prouidendo gregi ſuo de prædicatoribus vtilioribus nõ curioſis, & de cõfeſſoribus, tenẽdo honeſtã & deuotã familiã, ſolicitus de eius ſalute, vitando mulierum conuerſationé ſicut peſtem. In exitu de domo raro niſi ad eccleſiã ſæpe conferendo, & quærendo cõſilia à ſeruis Dei qũo poſſit ſuo gregi prouidere adulationes vt venenum abhorreat, pater viduarũ, pauperum, orphanorũ, & oppreſſorũ exiſtat, & caſus eorũ ſine expenſis expediri faciat. In iniurijs proprijs non ſit vindicatiuus, ſed patientiſsimus, in verbo & geſto nõ ſubitus, & iracũdus, nemini multum familiaris, niſi ſeruis Dei: ſuperioribus obediẽs, æqualibus nõ inuidẽs, nõ gaudens de dignitate, & honore, ſed lugens

pro exteriori occupatione ,& plebis offenſione & ſi in omnibus diligenter ſe habuerit,nihil Deo acceptabilius. Si verò perfunctoriè & malè , nil miſerius & dannabilius Epiſcopi dignitate,vt dicit Auguſtinus di. xl.c.ante omnia . De prælatis habes multa in.iij.parte.ſum.ti.xx.ca.ſi.per totum. Epiſcopi & ſupra concedentes vnam domum vſurariis manifeſtis alienigenis ad fœnus exercendum,ſunt ipſo facto ſuſpenſi, extrà de uſu ca. vuſrarū. li.vj.Similiter ſi permittunt quòd huiuſmodi vſurarij alienigenæ, exerceant fœnus in terris eorum ſubiectis iuridictioni: niſi infra tres menſes expulerint eos,ſuſpenſi ſunt , vt in dicto cap . vſurarum.de vſuris lib.v. Qui ſe gerit pro Papa electus à minori parte quàm à duabus partibus cardinalium , eſt ipſo facto excōmunicatus.Et ſimiliter cardinalis qui præſumpſerit nominare talē Papam.Et ſimiliter omnes alij qui talem receperunt pro Papa.extrà de elec.capite.j.licet lib.vj.

Omnes clericis,& regilioſi, ac laici, ſiue familiares curiæ ſiue alij qui aliquod pactū fecerint, vel aliquid magnuu vel paruum

promiſerint,

promiſerint, vel promiſsionem acceperint ad magnum vel paruum pro aliqua iuſtitia, vel gratia pro ſe vel alio in cauſis iudiciaris: vel literis Apoſtolicis, & in quibuscunque modis ab Apoſtolica ſede obtinēda, ipſo facto ſunt excommunicati. In extrauaganti Bonifacij octaui cuius abſolutio Papæ reſeruatur. hæc habent locū in curia Romana. Io. And. de butrieam allegat.

De abſolutione, & pœnitentiæ iniunctione.

Cap. XVI.

POſtquàm verò pœnitens dixit ex ſe peccata ſua, ſiue ex interrogatione confeſſoris interrogātis peccata ſua vt debuit, tādem concludat. In iſtis peccaui, & in multis aliis cogitatione, delectatione, locutione, opere, & omiſsiones vel aliquo de huiuſmodi de quibus dico meam culpam. Cōfeſſor verò interroget eū ſi ſit talis de quo in hoc nō dubitetur, quia tunc ſuperfluū, & irriſibile. Si ipſe dolet de omnibus peccatis venialibus, & mortalibus confeſsis, & ſi proponit firmiter ab illis abſtinere: ſcilicet, ab omnibus mortalibus. Si vero talis hēt aliqua reſtiture vel famā, vel res, vel ꝑ iniuria

ſatisfacere,

ſatisfacere, & huiuſmodi, & ſi eſt paratus facere quàm citius poteſt abſq; dilatione aliqua, quæ reſtitutio quomodo facienda ſit & quo ordine, quo ad certa & incerta, vide hoc infrà, in tractatu de reſtitutionibus. Quod per totũ ſi dicat ſe nolle iſtud facere, vel non poſſe, cũ tamẽ poſsit, non eſt abſoluendus. Tho. in opu. xxij. c. iij. in fine. & xj. q. iij. c. tunc vera. põt tamen ſibi dici, Miſereatur tui &c. ſed nullo modo, Ego abſoluo te. poteſt etiam ei iniungi aliquod bonum faciendum, non tamen in pœnitentiam, declarãdo ſibi hoc quod infructuoſa ſit talis confeſsio ei, & ſine remiſsione peccatorum. De pœnitentia diſt. quinta. c. falſas. Sed ſi paratus eſt facere omnia ad quę tenetur, tũc ſi eſſet aliqua excõmunicationis ſentẽtia ligatus, ſi nõ potes eũ abſoluere ab illa, remitte eũ ad Epiſcopum, ſeu ad alium qui poſsit abſoluere, vel tu vadas ad procurandum abſolutionẽ pro eo, & cum eſt abſolutus ab excõmunicatione, poſteà tu eũ abſolue a peccatis, & nõ prius. Tho. in. iiij. di. xviij. ar. v. q. j. ad ſecundum. Item di. xix. q. j. art. iij. q. ij. ad iij. Si autem potes,
eum

eum abſoluere, habendo in hoc ſpecialem autoritatem, ſi non abſoluiſti eum in principio, quod decentius fuit, nec tamen eſt multa vis ſi fiat in fine confeſsionis, dummodo fiat ante abſolutionē à peccatis abſo lue eum per hūc modum, vt infrà de modo abſoluendi ab excommunicatione maiori. Primò, exigendum eſt ab eo iuramentum vt ſit paratus ſtare mandatis Eccleſiæ quæ illi fient pro illa cauſa, quo iuramento præſtito iniungatur ei hoc ſcilicet, ſi incidit faciendo contra aliquem canonem, proponat non amplius facere contra illum. Si verò pro offenſa, vel damno facto in aliū, promittat ſatisfacere quantū p̄t, & hoc facto denudatis humeris confeſſor ſeu abſoluens eum diſciplina, vel virga percutiat eū dicendo pſal. Miſerere mei Deus &c. vel alium pſalmum pœnitentialem dando ictū pro quolibet verſu, poſteà verò Gloria patri, & Sicut erat: finitis ſubiungat Kyrie eleyſon, Xp̄e eleyſon, Kyrie eleyſon, Pater noſter. Et ne nos. Ver. Saluum fac ſeruum tuum. Reſ. Deus meus ſperantē in te. Verſ. Eſto ei domine turris fortitudinis.

Reſ. A facie nimici. verſ. Nil ꝓficiat inimi cus in eo. Reſ. Et filius iniquitatis nõ appo nat nocere ei. verſ. Dñe exaudi orationem meã. reſ. Et clamor meus ad te veniat. verſ. Dñs vobiſcũ. Reſ. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Deus cui propriũ eſt miſereri ſemꝑ, & parcere ſuſcipe deprecationẽ noſtrã, vt hũc famulum tuum. N. & quem ſñia excõi cationis ligat, & tenet, miſeratio tuæ pieta tis abſoluat. Per Chriſtum dñm noſtrum. Autoritate omnipotẽtis Dei & beatorum Apoſtolorũ Petri & Pauli, & dñi Papæ vel Archiepiſcopi, vel Epiſcopi mihi conceſſa ego abſoluo te ab hoc vinculo excommuni cationis quã incurriſti propter iniectionẽ manũ violẽtam in clericorum, vel religio ſum vel propter ingreſſum monialiũ in ca ſu non cõceſſo, & huiuſmodi, ligatus verò pluribus ſentẽtijs, vel vna ex diuerſis cau-ſis, exprimat omnẽ ſententiã & cauſam, & ſic vna abſolutio ſufficiet ad plures excõ-municationes tollẽdas, aliàs nõ tenet abſo lutio. extrà de ſen. exc. c. officijs. Et ſi pluri bus ſentẽtijs eſt ligatus, eſt dicendũ toties ego abſoluo te ab excommunicatione quã

incurriſti

incurriſti propter talem, & talem cauſam, & ſi pluries propter eandem cauſam, dicendum eſt quoties incurriſti toties ego abſoluo te, & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſiæ, & cõioni, & vnitati fideliũ. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Verberando eum vſq; Amen. Nota tamẽ, quod iſta forma quanuis debeat obſeruari, vt habetur extrà de ſen.excom.c.nuper. nõ tamẽ eſt ita neceſſaria, quia ſimpliciverbo fieri poſſet ſecundũ Pet.de Pal.& Ioan. de lign. Sicut ergo excõmunicatio fieri poteſt ſimplici verbo quãuis nõ debeat fieri, ſic & abſolutio.extrà de reg.iur.cap.omnis res. ſed quando fieret & huiuſmodi abſolutio in publico, vt erga mulieres, fortè eſſet tunc omittenda huiuſmodi verberatio, ne denudetur peccatum. Si verò quis propter ablata alteri eſſet excõmunicatus, quanuis reſtituerit, non tamen eſt abſolutus, niſi iudex, qui tulit ſentẽtiam, eum abſoluerit: & hoc declarandum eſt perſonis poſt abſolutioné ab huiuſmodi excõmunicatione: vel ſi nõ eſt aliqua ſententia ligatus. Si habet aliquos caſus peccatorũ epiſcopo reſeruatorum,

torũ, de quibus poteſt abſoluere, nihilominus abſolute eũ ab illis à quibus poteſt ſub hac forma. Si teneris aliquo uinculo excõicationis minoris, ego abſoluo te, & reſtituo te ſanctis ſacramẽtis Eccleſię In nomine patris, &c. Miſereatur tui, &c. Filius Dei per ſuam miſericordiã te abſoluat, & ego autoritate qua fungor, abſoluo te ab omnibus peccatis tuis. a quibus poſſum te abſoluere. In nomine patris. &c. Peccata uerò à quibus nõ poteſt eũ abſoluere, exprimat ei imponẽs, ut habeat recurſum ad epiſcopũ, uel eius uicarium propter huiuſmodi abſolutionem, & dicat ea ſibi in cõfeſſione, uel eſſet ſimplex, & neſciret ita bene exprimere factũ ſuum, ſcribat confeſſor in ſchedula illud, uel illa ſi ſunt plura, ut illam portet pœnitẽs Epiſcopo, uel eius uicario ſub hac forma uel ſimili. Latorem uel latricẽ præſentiũ pro homicidio, vel inceſtu in tali gradu, & huiuſmodi cõmiſſo, abſoluendum veſtræ paternitati tranſmitto, vt abſolutionis beneficiũ impendẽdo, & ei ſalutarẽ pœnitentiã iniungẽdo, ipſum vel ipſam ſanctę eccleſiæ ſic recõcilietis, quòd ſi Epiſcopus

vel Vicarius remittat eam ad confeſſorem ipſum autoritate illius, iterum abſoluat ab omnibus, & imponat pœnitẽtiam pro illo, pro quo nondum impoſuerat. & cautũ reddat illum, ne illam ſchedulã alteri legendã tradat, uel etiã ipſe cõfeſſor, ſi poteſt, uadat pro eo ad Epiſcopum pro autoritate, ſi ſibi uelit dare. Si uerò ille non habet caſum de reſeruatis, uel ſi habet, & cõfeſſor poteſt de omnibus abſoluere, præmiſſa abſolutione ab excõmunicatione minori: & aliis ut ſuprà. Miſereatur &c. Filius Dei, &c. Ego autoritate, quâ fungor, abſoluo te ab omnib. peccatis tuis. In noĩe patris. &c. & faciat tunc ſignũ crucis, cũ dicit in noĩe, ſuper illum: nec eſt neceſſaria manus impoſitio ſuper pœnitente, imo nec decẽs. ſecũdũ Tho. in opu. xxij. c. Item in iij. parte. q. lxxxiij. ar. iiij. Pet. de Pal. in iiij. diſt. xxij. q. iij. p̃cipuè ſuper mulieres, magis enim decet ſignatio crucis, & poſteà addat, Paſsio dñi noſtri Ieſu Chriſti, & merita beatæ Mariæ virginis & omnium ſanctorũ Dei, merita, quicquid benefeceris vel ꝓponis facere, & mala quæ ſuſtinebis, ſint tibi in remiſsioné omnium

peccatorum

peccatorum tuorum. Quæ verba non ſunt omittēda, qa ſunt magnæ vtilitatis, ſcilicet omnia huiuſmodi, cum habeant vim ſatiſfactionis, ex virtute clauiũ, & ſic magis valent. Tho. in quolibet. iij. art. xxviij.

De pœnitentia iniungenda pœnitenti.

IN iniungēda verò pœnitētia pœnitenti hoc maximè attendendum eſt ſecundũ omnes, vt ſcilicet, talem des quem credas ominino ꝓficere, quantũcunq; ſit magnus peccator, & ſecũdum Chryſo. melius in huiuſmodi reddere rationē de nimia miſericordia, quã de nimia iuſtitia. xxvj. q. vij. c. alligãt. Dando libertatē, quòd cũ vna die ommittit, ſcilicet orationem iniunctã, vel ieiunium, poſsit in alia die ſupplere.

Si verò dubitatur de aliquo, ne faciat pœnitentiam, puta ieiuniũ, dicas quòd faciat loco ieiunij eleemoſynã, vel aliud. Orationes verò perſonis, quæ de facili ſolēt recidiuare in mortali, raro dandæ ſunt, vel per paucos dies dandæ ſunt. Ieiunia vero, eleemoſynæ & peregrinationes, & hmõi poſſunt dari per plures dies: & huiuſmodi ēt ſi fiant in mortali, non ſunt reiteranda: quia

valent

valēt quantū ad effectum quē poſt ſe relinquunt, poſt expletionē in ſatisfa ciēte cum quis reuertitur ad gratiā: Tho. in iiij. di. xv. ar. iij. q. iij. ad iij. Item no. ꝙ hæc quotatio, valet ad ſupradicta, ad pœnitentiam iterandā in mortali factā, vbi allegatur Th. & Albe. Quærendū eſt etiam à pœnitēte ſi poteſt, vel dubitat facere pœnitētiā ſibi datā, quia tunc nō eſſet dāda, vel cō mutanda vel remittēda. Declarandū eſt etiā peccatoribus magnis ſecundū Hoſt. ꝙ ſecundū regulas eccleſiæ taxatas. xxij. q. j. c. prædicandū pro quolibet mortali eſſet ſeptēnis pœnitētia iniungēda, & ideò nō credat peccata ſua leuia: quia parua datur ei pœnitētia, quia hoc fit ne eam dimittat, quod eſſet ei mortale. & oportet ei cōfeſsionem iterare, ſi eſſet oblitus eius, poteſt etiam admoneri quòd faciat aliquod memoriale de pœnitētia ſibi iniūcta, vt melius illius recordetur, & ſi obliuiſceretur, quod ad te reuertatur. vel ſi non poteſt, benefacere illā, tu commutabis eam ſibi. Si verò poſteà recordatur de aliquo peccato criminali, quod tunc fuit oblitus, ſi poteſt tui habere copiā, reuerta-

nem audiat, ſæpe uerbum Dei quærat, or tiones & participationes bonorũ, quæ fiũt in religionibus, & indulgentias.

De *infirmis.* Cap. XVII.

CIrca infirmos ſic agẽdũ eſt. Aut. n. talis eſt in periculo mortis aut non dico aũt periculũ mortis, non ſolũ, quia in extremis cõſtitutus, ſed quia frequẽter, cõtingit homines mori ex illa infirmitate, & medici dubitãt. In tali caſu poteſt quilibet abſolui à quolibet Sacerdote de quolibet peccato, & à qualibet ſentẽtia abſq; alia ſententia cum periculũ eſt in mora. Talis enim infirmus aut iam amiſit loquelã uel uſum ratio nis, putà quia iam phreneticus, aut non, in primo caſu, ſi bene uiuebat ut bonus fidelis, & frequẽtabat cõfeſſionem, & cõmunio nẽ, & huiuſmodi, quãuis non petierit ſacramenta quia ex inſperato talia acciderunt. Vel etiam ſi malus & obſtinatus, diu perſeuerãs in peccatis, & diu nõ cõfeſſus ſi petiit ſacerdotẽ ut cõfiteretur, & oſtẽdis ſe uelle facere omnia quæ debet, intereà factus eſt mutus uel phreneticus, & periculum eſt in

mora, debet pręſupponi cōtritus, & faciēte aliquo cōfeſſionē generalē pro eo ſicut fit in populo, Sacerdos faciat abſolutionē ab omni ſentētia, & peccato & poteſt iniungere circūſtantibus aliquid pro eo faciēdum, vel hæredibus aut conſanguineis pro eius anima ſi velint acceptare. Deinde debet dari Euchariſtia à ꝓprio ſacerdote ſeculari, quāuis nō ſit cōfeſſus, q̄a non potuit: vel ab alio ſacerdote ſculari, non autē religioſo, ſi nō habuit licētiam à ꝓprio ſacerdote, vel Epiſcopo: aliàs ipſe religioſus incideret in excōicationem Papalem in hoc caſu: & hoc verū eſt, niſi timeretur de expulſione, vel vomitu eius: quia tunc non deberet ſibi dari Euchariſtia, ſed extrema vnctio tantū, imò etiam ſi nō potuit cōmunicare, quia ſi ꝓpter phreneſim non permitteret ſe vngi, poteſt ligari, & ſibi violēter dari. Aſtātibus autē infirmo debet credi, ſi perhibent teſtimoniū, q̄d petierit confeſſionem, & oſtēderit ſigna cōtritionis. Si aūt non eſt diu confeſſus, vel quia notorius peccator incurrit ſubitò amentiā, & mutitatē, vel infirmitatē nec prius nec poſt oſtēdit ſigna cōtritionis

nil

nil ei dare debet, nec ſacramēta, nec Eccleſiaſticā ſepulturā. Si verò nec loquelā amiſit, nec amentiā incurrit, debet ab eo exigi pura cōfeſsio peccatorū plus & minus ſecū dum quod patitur tēpus. Nam ſi eſt in ex tremis, de principalibus eſt interrogādum per maximè, inducendo eū ad contritionē cum ſpecie: ſed ſi non eſt ita in extremis & valet facere generalē confeſsionē de tota vita ſua, ſicut multi infirmi ſancti fecerunt quāuis non ſit neceſſarium, de his quæ rite aliàs confeſſus eſt iterare cōfeſsionem admittēda eſt, & tandē abſolutio impēdenda ab omni ſentētia excō. & ab omni peccato modo ſuprà dicto in c. præcedēti ita tamē, quod ſi ligatus eſſet aliqua excōmunicatione à qua confeſſor extra illud periculū non potuiſſet abſoluere, debet ei iniūgi, quod ſi euadat infirmitatē, quā citius cōmodè pōt, ꝑſentet ſe ei ad quē ordinariè ſpectabit abſolutio illius excōicationis, aliàs ſi non faceret, reincideret in eandē excōicationem extra de ſen. ex. c. eos. li. vj. Sed ſi erat detentus aliquo peccato de caſibus Epiſcopo reſeruatis, non oportet quod iniungat ei, ꝙ

poſt ſanitaté ad Epiſcopũ vadat pro abſolutione,qa ad illud non tenetur:ſed ſufficit ab illa abſolutio. Nota tamen,quod ſi talis eſſet vſurarius publicus,nõ poteſt talis admitti ad confeſſionem & cõionem,& ad alia ſacramenta:niſi facta prius cautione de reſtitutione vſurarũ,vel ꝓmiſsione ab hæredibus, de huiuſmodi:& ſi in caſu,ꝗ amiſiſſet ipſe loquelã,vel vſum rõnis, oſtendat per ſigna contritionis, ſecundũ formã iuris,quæ habetur in c.quanquam.de vſu.lib. vj.his peractis, nõ eſt penitentia infirmo iniungenda: quia eam facere non poſſet: ſed innoteſcenda,vt dicitur.xxvj.q.vij.c.ab infirmis.declarando ſibi.Talé tibi daré pœnitentiam ſi eſſes ſanus,quamuis deberes facere multo maioré,ſecũdum regulas eccleſiæ ſed quia non potes modò,cùm eris ſanus facies hoc vel illud, vel venies ad me, & tibi dabo, iſtud tamen vltimũ non videtur ſecurum:quia raró reuertuntur pro pœnitentia.

Si veró Deus aliter de te diſponeret, dimittas pro anima tua tantũ pro penitẽtia. Poteſt ẽt iniungi amicis vel conſanguineis aliquid pro pœnitẽtia ſi vterq; acceptat, & ſi

ſi credatur, quòd ſatisfaciens pro eo ſit in ſtatu gratiæ, ſuper omnia enim auiſandus eſt: vt ſi debet alicui vel ratione maleficij, vel contractus, vel depoſiti, vel aliter, declaret bene, vt ne diſcedẽs cum alieno ab hoc ſeculo, in æternum damnetur. Et de reſtitutione & legatis ad pias cauſas pro anima ſua ita diſponat, quòd citò cogantur executores expedire, & non prolongare ſicut ſæpe & quotidie faciunt, ſi nolet ſufficienter diſponere de reſtitutione fienda, nõ eſt abſoluendus. Exhortandus eſt autem ad contritionem ſimul & confidentiam diuinæ miſericordiæ, exemplo latronis, ex merito paſsionis Chriſti. Si autem haberi nõ poſsit copia ſacerdotis, quanuis bonum ſit haberi in huiuſmodi periculis, in mari, videlicet bello, vel infirmitate, vel morte violenta. poteſt laico confiteri, tamen non eſt neceſſarium: quòd ſi fiat & quis euadat, tenetur talis iterum de omnibus illis peccatis confiteri, quia non habebat ille claues eccleſiæ. Si verò infirmus non eſt in periculo mortis, ſi habet caſum excommunicationis, vel peccata reſeruata Epiſco-

poſt ſanitatē ad Epiſcopū vadat pro abſolutione, qa ad illud non tenetur: ſed ſufficit ab illa abſolutio. Nota tamen, quod ſi talis eſſet vſurarius publicus, nō poteſt talis admitti ad confeſſionem & cōionem, & ad alia ſacramenta: niſi facta prius cautione de reſtitutione vſurarū, vel ꝓmiſsione ab hæredibus, de huiuſmodi: & ſi in caſu, ꝗ amiſiſſet ipſe loquelā, vel vſum rōnis, oſtendat per ſigna contritionis, ſecundū formā iuris, quæ habetur in c. quanquam. de vſu. lib. vj. his peractis, nō eſt pęnitentia infirmo iniungenda: quia eam facere non poſſet: ſed innoteſcenda, vt dicitur. xxvj. q. vij. c. ab infirmis. declarando ſibi. Talē tibi darē pœnitentiam ſi eſſes ſanus, quanuis deberes facere multo maiorē, ſecūdum regulas eccleſiæ ſed quia non potes modò, cùm eris ſanus facies hoc vel illud, vel venies ad me, & tibi dabo, iſtud tamen vltimū non videtur ſecurum: quia rarò reuertuntur pro pœnitentia.

Si verò Deus aliter de te diſponeret, dimittas pro anima tua tantū pro pęnitētia. Poteſt ēt iniungi amicis vel conſanguineis aliquid pro pœnitētia ſi vterq; acceptat, &

ſi

ſi credatur, quòd ſatisfaciens pro eo ſit in ſtatu gratiæ, ſuper omnia enim auiſandus eſt: vt ſi debet alicui vel ratione maleficij, vel contractus, vel depoſiti, vel aliter, declaret bene, vt ne diſcedēs cum alieno ab hoc ſeculo, in æternum damnetur. Et de reſtitutione & legatis ad pias cauſas pro anima ſua ita diſponat, quòd citò cogantur executores expedire, & non prolongare ſicut ſæpè & quotidie faciunt, ſi nolet ſufficienter diſponere de reſtitutione fienda, nō eſt abſoluendus. Exhortandus eſt autem ad contritionem ſimul & confidentiam diuinæ miſericordiæ, exemplo latronis, ex merito paſsionis Chriſti. Si autem haberi nō poſsit copia ſacerdotis, quanuis bonum ſit haberi in huiuſmodi periculis, in mari, videlicet bello, vel infirmitate, vel morte violenta. poteſt laico confiteri, tamen non eſt neceſſarium: quòd ſi fiat & quis euadat, tenetur talis iterum de omnibus illis peccatis confiteri, quia non habebat ille claues eccleſiæ. Si verò infirmus non eſt in periculo mortis, ſi habet caſum excommunicationis, vel peccata reſeruata Epiſco-

po,debet confeſſor ire, vel mittere ad Epiſcopũ, ſi poteſt pro autoritate huiuſmodi, tamen modo tali, quòd non prodat peccatoré,niſi prius ille ſibi dederit licentiã nominãdi eum. Si verò infirmus habet indulgentiã in articulo mortis à Papa,appropinquãte morte, ſic poteſt fieri abſolutio poſt omnia ſuprà dicta, pro dicta indulgentia.

Forma abſolutionis in articulo mortis, pro habentibus tantum indulgẽtiam plenariam à Papa.

MIſereatur tui, &c. Autoritate Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & beatorũ apoſtolorũ Petri & Pauli, & domini noſtri Papæ N.& ſanctæ Romanæ eccleſiæ in hac parte tibi conceſſa ſpecialiter,& mihi cõmiſſa,concedo, & do tibi plenariã indulgentiam & remiſsionem omniũ peccatorum tuorum de quibus ore cõfeſſus es. Nota hic an melius ſit dicere de quibus modo confeſſus es, an de quibus ore confeſſus es,& corde contritus, quæ non cõmiſiſti ſub prætextu iſtius indulgentiæ, inquantum claues eccleſiæ ſe extendunt, quæ quidem plenaria indulgentia ſit tibi in augmentum virtutis & gratiæ

& acquiſitionis vitæ æternæ. In nõmine patris, & filij, & ſpiritusſancti. Amen.

Forma abſolutionis ab excommunicatione minori.

EGo te abſoluo à vinculo excommunicationis quã incurriſti participando cum excommunicatis in caſu nõ conceſſo, in loquela, in cibo, vel potu, & huiuſmodi, & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſię. In nomine patris, & filij, & ſpiritusſancti. Amen.

Nota vero quòd in abſolutione ab excõmunicatione majori, debet primo exigere iuramẽtum, vt. ſ. iuret ſtare mandatis eccleſiæ, quæ ſcilicet fient ei ab abſoluente pro tali materia, quo facto imponi ei debẽt mãdata rõnabilia vt ſatisfaceret ei quẽ læſit vel dãnificauit, ſi poteſt. Si tamen pro huiuſmodi excõmunicatus, præcipuè ei iniungendũ eſt ne amplius veniat contra illũ canonẽ, vel ſi fuit excõmunicatus propter verberationẽ clerici, nõ amplius verberet. Secundo exutis humeris abſoluendo debet verberari cum virga dicendo pſalmũ. Miſerere mei Deus, vel aliũ pſalmum pœnitentialem ad quemlibet verſum dando vnum

ictum.

dictum. Poſteà ſubiungat, Pater noſter & ne.
Saluum fac. ſeruũ &c. prout paulò antè ſuprà notatũ eſt. Deus cui proprium eſt miſereri &c. Tamen habens autoritatem abſoluat ſic dicendo, autoritate omnipotentis Dei, &c. prout ſuprà plenè dictum eſt.

Forma abſolutionis excommunicationis minoris & à peccatis.

SI teneris aliquo vinculo excommunicationis, vel participationis à quo poſſum te abſoluere, ego abſoluo te, & reſtituo te ſanctis ſacramentis eccleſiæ. In nomine patris &c. Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat: & ego autoritate qua fungor abſoluo te à peccatis tuis. In nomine patris. Omnia bona quæ feceris, vel facies, & quicquid pateris vel patieris, ſit tibi in remiſsionẽ peccatorũ tuorũ omnium, & in augmentũ gratiæ & in præmiũ vitæ æternæ. Amen.

Forma ſacramenti baptiſmi.

EGo te baptizo in nomine patris, & filij & ſpiritus ſancti. Amen. Tho. in iiij. diſt. iij. ar. j. ego & amen non ſunt de ſubſtantia ſacramenti, tamen dici debent ex ſtatuto & cõſuetudine eccleſiæ. Sed ſi dubitatur tunc

ſic dicat: Si es baptizatus, non te baptizo: ſi non es baptizatus, ego te babtizo. In nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti. Amen.

Forma conſecrationis ſeu chriſmatis danda per Epiſcopum.

CONſigno te ſigno crucis, & confirmo te chriſmate ſalutis, In nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti. Amen. In fronte detur & cum chriſmate conſecrato ab Epiſcopo. Tho. in iiij. diſt. vij. q. j. ar. iij.

Abſolutio à peccatis.

EGo abſoluo te à peccatis tuis. In nomine patris, & filij, & ſpirituſſancti. Amen. Omnia verò alia ſunt ad bene eſſe. Tho. in opuſculo. xxij. c. iiij.

Forma ſacramenti extremæ vnctionis, & primò ad oculos.

PEr iſtam vnctionem, & ſuam ſanctam ac pijſsimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quicquid per viſum deliquiſti, ſecundum ordinem fratrum prædicatorum. Vel ſic ſecundum clericos ſeculares, Quicquid vitioſum oculis deliquiſti.

Forma alia quę dicitur eſſe Ambroſiana prior autẽ forma Gregoriana eſt. Inungo

oculos tuos iſto oleo ſanctificato, In nomi ne patris &c. Tho. in iiij. di. xxiij. q. i. ar. iiij. ſed ſeruāda eſt prior, ſ. Gregoriana. Et fien da eſt vnctio in ſex locis corporis ad minus. Primò in vtriſq; oculis, dicendo vt ſuprà. Secūdò in vtriſq; auribus dicēdo, Per iſtam &c. vt ſuprà, vſq; ad illud. quicquid & ex inde ſic deliquiſti per auditū, vel auri vitio deliquiſti. Tertiò in naribus, dicendo, Per iſtā &c. quicquid deliquiſti per odoratū: vel narium vitio deliquiſti. Quartò, in ore clauſo dicendo, Per iſtā &c. quicquid per guſtū deliquiſti, vel quicquid oris vitio deliquiſti. Quintò in vtriſq; manibus ab intra palmis, dicēdo. Per iſtā &c. quicquid deliquiſti per tactū, vel tactus vitio. Sexto, in pedibus ambobus in parte ſuperiori dicendo, Per iſtā &c. quicquid deliquiſti per greſſum, vel inceſſum, vel receſſum, vel taliū vitio deliquiſti. Clerici ſeculares addūt ſeptimā ad lumbos, & quæ fieri debet, vbi eſt cōſuetudo, licet nō vtatur ordo prędicatorū erga fratres, & fit in renibus, dicendo. Per iſtā &c. quicquid lumborū vel per carnis vitiū deliquiſti. Et dum fiūt vnctiones

dicantur

dicantur hæc verba ſemel tantũ, ſecundum Pe.de pa.in iiij.di.xxiij.q.j.art.ij.cõclu.iij.

Forma conſecrationis corporis Chriſti.

Hæc eſt ſecundũ Tho.in iiij.diſt.vij.q.ij. Hoc eſt enim corpus meũ. Enim, tamen nõ eſt de ſubſtãtia cõſecrationis, nihilominus nõ debet omitti, alias peccaret mortaliter.

Forma conſecrationis ſanguinis hæc eſt.

HIc eſt enim calix ſanguinis mei, noui. & æterni teſtamẽti, myſterium fidei, qui pro vobis & pro multis effundetur in remiſſionẽ peccatorũ. Omnia enim uerba hæc ſunt de ſubſtãtia cõſecrationis præter enim, ſecundũ Tho.in iiij.diſ.viij.q.ij.ar.ij.

Forma ordinum.

QVi cũ ſint vij. ſecundũ Tho.in iiij.diſ. xxiiij.q.ij.ar.j.q.ij.quilibet habet formam ſuam. Sciendum eſt ſecundũ Tho. in iiij.di.xxv.q.j.art.i. quòd tunc imprimitur character, ſeu recipitur ordo cũ porrectum inſtrumentũ illius ordinis tanquam materiam ab Epiſcopo dicente formã illius ordinis tangit manu ordinatũ ad illũ ordinẽ.

Forma oſtiariatus.

ILlis qui ordinãtur ad hũc ordinẽ tradit

Epiſcopis

Eṗs claues eccleſiæ,dicens, Sic agite quaſi reddituri Deo rōnē ꝓ his rebus quę his cla uibus recluditur,Archidiaconus vero oſtiū ęccleſiæ facit illos tāgere.di.xxiij.oſtiarius.

Forma lectoratus.

HVic tradit epiſcopus codicem de quo le cturus eſt vbi ſcilicet,ſunt prophetiæ vt miſſale,vel Epiſtolarium,dicens,Accipe,& ęſto verbi Dei lector, habiturus ſi fideliter & deuote impleueris officium tuum, partē çum his qui verbum Dei ab initio miniſtra uerunt.di.xxiij.lector.

Forma exorciſtatus.

HVic tradit Eṗs libellum : in quo ſcripti ſunt exorciſmi, vel illū vbi exorciſatur aqua benedicta, vel aliū dicens,Accipe,& mūda memoriæ, & habeto poteſtatē impo nēdi manū ſuꝑ energuminos,ſiue baptiza tos ſiue cathecuminos.di.xxiij.§.exorciſta.

Forma acolytatus.

HVic tradit Epiſcopus ceroferarium, id eſt candelabrū,dicēs,Accipe ceroferarium cum cereo, & ſcias te ad accedenda luminaria eccleſiæ mancipari. Accipiat ēt vrceolū vacuum ab Archidiacono,dicente

epiſcopo,

ep̄o, Accipe vrceolũ ad effundēdũ vinũ & aq̃ in eucharistiam ſanguinis Chr̄i. In datione vrceoli imprimitur character ſm Tho. in iiij. di. xxiiij. q. ij. ar. iij. & di. xxiij. Acolytus.

Forma ſubdiaconatus.

HVic datur calyx vacuus cum patenna ab epiſcopo, & vrceolus cum aqua & mantili. i. bacilli, & manutergio ab Archidiacono dicente, Vide cuius miniſterium tibi traditur, & ideo, ſi vſq; nũc fuiſti tardus ad eccleſiã amodo debes eſſe aſsidus. Si vſq; nũc fuiſti ſomnolētus, amodo vigiles. Si vſque nũc ebrioſus, amõ ſobrius. Si vſq; nunc inhoneſtus, amodo caſtus. Oblationes quę veniũt in altari, panes ꝓpoſitionis appellanť. De ipſis oblationibus tm̃ debet poni in altari, quãtũ poſsit populo ſufficere, ne aliq̃d putridum in ſacrario remaneat. Pallæ vero quæ ſunt in ſubſtratorio altaris in alio vaſe debent lauari. In alio corporales, & pallæ. Vbi autē corporales vel pallæ lotæ fuerint, nullũ aliud linteamē ibidē debet lauari. De cõſe. di. i. nemo ꝑ ignorantiã. Ipſa aũt aqua debet in baptiſterio mergi. Ideo admoneo vt vos exhibeatis ita vt deo placere poſsitis.

Forma

Forma diaconatus.

HVic tradit Eps librũ euangeliorum,dicẽs, Accipe poteſtatẽ legẽdi euangeliũ in eccleſia,Dei,tam pro viuis q̃ pro defunctis.In nomine dñi.Amẽ.Itẽ ſecundũ Tho in iiij.di.xxv.q.j.ar.j.& diſ.xxiij. diaconus Epiſcopus ponit manum ſolus ſuper caput eius,dicens,Emitte in eũ quæſumus ſpiritũ ſanctum &c.Itẽ dat ei ſtolã,dicens,Accipe ſtolam vt patet in põtificali. In datione tñ libri euangeliorum ſecundum Tho.in iiij. diſ.xxiiij.q.ij.ar.iij. character imprimitur.

Forma presbyteratus.

HVic eps tradit calicẽ cum patena præparata,id eſt,cũ vino in calice & hoſtia in patena, alias non reciperet characterem ſm Tho ſi non eſſet præparata,dicens,Accipe poteſtatẽ offerre ſacrificium Deo miſſãq; celebrare,tam pro viuis, quam pro defunctis.In noĩe. Domini.Amẽ.Itẽ ſm Th. in iiii.di.xxv.q.i.ar.i.ab Epo imponitur manus ſuper ordinandum, & omnes ſacerdotes cum eo ibi præſentes dicente ipſo. Epiſcopo,Oremus dilectiſsimi Dñi &c.vt in pontificiali.Pe.de tharãtaſia, dicit quod in

impoſitione

impoſitione manuum imprimitur chara-
cter. Primũ tñ verius eſt, & cõmunius, ſecũ-
dum Tho. in iiij. diſt. xxiiij. q. ij. ar. iiij. ſ. in
porrectione calicis præparati. Itẽ inungun
tur manus ſacerdotis cũ ordinatur ab Epi-
ſcopo dicẽte, Cõſecrare, & ſanctificare &c.
Item aptat ſibi ſtolã ſuper humeros, dicẽs
Accipe iugũ Domini &c. Item veſtit eum
cum caſula, id eſt, planeta, dicens, Stola in-
nocentiæ &c. Nota ergo ꝙ ſi primum fue-
rit omiſſum, id eſt, porrectio calicis prępa-
rati, totum debet iterari, quaſi nihil ſit fa-
ctum. Si verò iſtud fuerit obſeruatum, & ali
quid de prædictis aliis fuerit omiſſum, nul-
lo modo debet iterari ordinatio: ſed quod
omiſſum eſt, debet ſuppleri ab Epiſcopo in
alia ordinationę: & interim non celebret.

Forma ſacramenti matrimonij.

NOn eſt determinata. Eſt autẽ forma il
la expreſsio conſenſus per verba vnius
in alterum coniugum: vt accipio te in vxo
rem, vel accipio te in virum, vel cum inter-
rogatur ſi vult talem in vxorem vel virum.
& reſpondet quod ſic: vel ſi loqui non po-
teſt per ſcripturam vel alia ſigna exprimẽtia

Ff conſen-

conſénſum. De ſacramẽtis & ſacris ordinibus diffuſè habet in iij.parte ſum.tit.xiiij.

Explicit tertia pars, & per conſequens totus tractatus ſiue ſummula confeßionis: cum interrogationibus fiendis, Reuerendißimi patris Antonini Archiepiſcopi florentini.

Incipit tractatus eiuſdem de reſtitutionibus, continens c.vij.

De reſtitutionibus in genere, vbi ponuntur xx.manus rapientium, quarum qualibet habet quinque digitos ſeu modos: & ſic ſunt cẽtum modi in quibus fit reſtitutio, vel erogatio: vt patet in ij.parte ſum.tit.ij.c.i.

CAP. I.

DE prima manu fœneratoria poteſt intelligi illud, quod habetur Apoc. xvij. Vidi mulierẽ ſedentẽ ſuper beſtiam coccineã, id eſt, diabolũ, habentem in manu eius poculũ aureũ. Hęc mulier eſt cupiditas, quę in manu, i. in opere vſuræ habet diuitias quas ſitit: ſed nõ extinguitur eius ſitis: ſed ſolũ delectatur in vidẽdo. Habet autẽ hæc quinq; modos: ſicut manus habet quinque digitos. Et primus eſt in pignoribus, quãdo ſcilicet quis pro mutuo alteri facto, recipit

pignus ab eo rei mobilis, vt veſtimentum ſeu lucrũ equi,& huiuſmodi. aut immobilis vt poſſeſſioné ex qua capit fructũ, ſeu lucrũ,non computãs in ſorté,quod vſura eſt: niſi in caſu cum gener à ſocero quouſq; habeat ab eo dotes, ſuſtinés onera matrimonij accepit poſſeſsionem ab eo in pignus. extrà de vſu.c.ſalubriter. Et de hoc diffusè in ij.parte ſum.tit.j.c.vj.§.ij.& ti.ij.c.j.§.iij.

Secundus digitus ſeu modus eſt in depoſitionibus cum ſcilicet quis deponit pecuniam apud mercatoré, vel cãpſoré, vt vtatur ea ſaluo tamen capitali ſuo, & cum intentione principaliter aliquid percipiendi vltra ſorté:nullo tamé facta pactione ſuper hoc etiã vſura eſt xiiij. q.iii.ſi fœneraueris. Et de hoc in ij.parte ſum.ti.i.ca.vij.§.xxxv.

Tertius modus in emptionibus, & venditionibus cũ ſcilicet véditur merces vltra iniuſtum pretiũ,ratione dilationis téporis in ſoluédo pretiũ:& hoc niſi ré illã intendebat ſeruare in futurũ: quãdo tñ valet quantum védit,vel plus ſperabat valiturã. Similiter, quando ré emit minus iuſto pretio, eò ꝙ anticipat tempus ſolutionis pretij, ante

quã recipiat mercē:vt putà tēpore veris tri
ticũ recolligēdum , hoc niſi dubiũ eſſet, v-
trũ plus minuſve ſit res illa valitura.De hoc
extrà de vſur. in c.in ciuitate.& c.nauigãti.
Et de hoc diffuse in ij.parte ſum.tit.j.c.viij.

Quartus in campſionibus,afflictis,& aſ-
ſecurationibus, ut in cambijs quæ dicũtur
per Venetias:& cambijs quę ſunt in Roma
na curia pro bullis:quæ ſunt verè mutua cũ
vſura:& cum ipſemet ſit ſatiſdator ſimula-
tus, & uerus mutator eſt ar.xiiii.q.iij.c.ple
riq;.Et de hoc in.ii.parte ſum.tit.j.ca.vij.

Quintus,in mutuis cũ expreſſis lucri pa
ctionibus:ſiue in pecunia, ſiue in operibus,
ſiue in aliis , quæ pretio poſſunt æſtimari.
art.xiiii.q.iiii.c.putant.Et de hoc in.ii. par
te ſum.tit.i.c.vj.& vij.

Manus raptoria eſt;quæ manifeſtè rapit
aliena. De manu uiolenta,id eſt raptoria,
erit pauperem:ſcilicet Deus.Tho.xv.Et ha
bet quinq; digitos ſeu modos.

Primus cõſiſtit in uſurpatis dominiis ci
uitatũ , caſtrorũ:& villarũ:ex quibus omne
emolumẽtũ quod inde percipit,rapina eſt.

Secũdus eſt in talliis iniuſtis, quãdo ſci-
licet

licet Dominus ciuitatis imponit collectas ultra debitũ conſuetudinis uel ſtatuti ſerui tia indebita operariorũ exigit: & nõ ſoluit eis de labore: uel ſi ciuitas eſt libera quãdo nõ ꝓ rata ĩponit ciuibus, ſed nimis aliquos grauat, Hæc uide in.ii.parte ſum.ti.i.c.xiij.

Tertius eſt in pedagiis & gabellis illicitis, quando ſcilicet imponũt Domini terrarũ: uel ciues noua pedagia ſine licẽtia principis: uel etiã ſi antiqua vel noua cum licentia non ſeruãt uias tutas, cũ tamẽ poſſent. Quartus in latrociniis terreſtribus uel maritimis, uel piratis qui diſcurrunt per mare predãdo. Ex naufragio etiã in mare ꝓiecta ſibi accipere, ad rapinã pertinet. Hæc uide in ij.parte ſum.tit.j.cap xij. Vel etiam de re præſaliis illicitis, uide in iij.par.ti.iiij.c.iiij.

Quintus in perſonis capiẽdis & uendendis quæ liberæ ſunt, ſeu Chriſtianæ. Nã & ſi pagani uel ſarraceni capti in bello iuſto efficiantur ſerui capiẽtiũ, unde & uẽdi poſsũt ut ſerui, & emi nõ tamẽ Chriſtiani. Debẽt ergo iſta reſtitui ſi poſsũt: ut dicit Aug.xiiij. q.vj.c.ſi res. De his habes in ij.par.ſum.ti.j.

Manus furatoria eſt cũ quis accipit occul

ta aliena neſciēte dño.Ad Eph.iiij.Qui fu rabatur,iā non furetur,ſed magis operetur manibus ſuis.Fur videtur operari manibus alienis,in quantū accipit lucrū de manibus alienis.&hęc manus habet quinq; digitos.

Primus eſt in inuentorum retentione. quando ſcilicet quis res alterius inuentas quæ non habentur pro derelicto, ſibi retinet.xiiij.q.v.c.multi.Et de hoc habes in ij. parte ſum.tit.j.c.xv.§.ij.

Secūdus eſt, in illicita proſcriptione quā do,ſ. quis proſcribit aliena mala fide, ſciēs illa eſſe aliena, nec aliquo iuſto titulo habuiſſe.ca.poſſeſſor. de regulis iur.in vj.De hoc habes in ij.parte ſum.ti.j.c.xv.§.vij.

Tertius eſt in rei pignoratę, cōmodatę, vł depoſitę vſu, ſcilicet quādo dominus rei nō cōſentit,& tenetur de vtilitate inde habita:& ſi mitteret ex culpa ſua, tenetur red dere.Ray.De hoc vide in ij.parte ſum.titu. j.c.xv.§.iij.iiij.& v.

Quartus,in occulta rerum vſurpatione, ſiue hoc fiat à filijs de rebus parentum,ſiue ab vxore de rebus viri ipſo neſciente,ſiue à ſeruis de rebus dominorum ſuorum:ſiue à diſpen-

diſpenſatoribus de rebus patronorum ſuorum: ſiue à diſcipulis de rebus magiſtrorũ ſuorum: ſiue ab extraneis de rebus aliorũ: etiam ſi hoc facerent dando in eleemoſynas pauperibus, niſi in extrema neceſsitate conſtitutis.xiiij.q.v.c.forte.De hoc in ij. parte ſum.ti.j.ca.iiij.§.ij.

Quintus,in religioſa approbatione quãdo ſcilicet religioſus aliqd recepit, vel neſciente Prælato ſuo, vel alteri dat propinquo vel extraneo, vel cùm occultat: & vt propria retinet acquiſita per eũ, vel data, non paratus ſuperiori libere aſsignare.xij. q.j.c.nõ dicatis.Et de hoc habes in iij.parte ſum.tit.xvj.c.j.§.viij.

Manus bellatoria eſt,vbi ſcilicet reperiũtur & furta,& rapinæ & ſacrilegia.Manum ſuã miſit hoſtis ſcilicet bellãdo ad omnia deſiderabilia.Thi.i.Deſiderabilia aũt ſunt bla da,pecuniæ,& ædificia,vaſa aurea templi, & alia ornamẽta ornãtia ipſum tẽplũ: ad quæ miſit manũ exercitus Nabuchodonoſor bellans contra Hieroſolymam, rapiendo,incendendo,& deſtruendo. Et hæc manus habet quinque digitos ſeu modos.

Primus eſt, cum dominus vel communitas aliqua aſſumit iniuſtum bellum. Nam qui ad hoc concurrunt adiuuãdo, cõſulendo, cooperãdo, de omnibus dãnis illatis aduerſarijs etiã ſi nihil proueniret ad eos, tenentur ſatisfacere. xiiij. q. v. c. nõ ſanè. in ſi.

Secundus eſt, quod tenentur de omnibus dãnis, & expenſis quas patiũtur ſubditi ſui qui inuoluntarii ſunt, & coacti. Nam ultra expenſas quas faciunt, aliquãdo ab aduerſariis debellantur, & capiuntur ipſi, & bona eorum. Varius eſt enim belli euentus. ut. c. ſi culpa extra de iniu. & dam. da.

Tertius eſt, quia qui habet iniuſtum bellum, ea quæ capit & deſtruit uel hoc fieri permittit a ſuis, ſicut communiter faciũt, ſatisfacere tenetur. xxiij. q. j. c. militare. Bona autem capta iniuſtè ab inimicis: quæ debent condiuidi occultando, & retinendo, ſibi furantur. xxiij. q. v. ca. dicat.

Quartus eſt, cum iuſtè bellãs rapit bona eccleſiarum non incaſtellatarum, aut bona clericorum contrariæ partis, uel etiam uiatores peregrinos. & alios innocentes. di. lxxxvj. c. In ſingulis.

Quintus eſt, quãdo habens iuſtũ bellũ ex ſua inertia, & craſſa negligentia non defendit ſuos cum poſſet, & præcipuè cũ eſt conductus mercede ad bellandũ & ſimiliter cũ poſſet debellare inimicos: & ſic finẽ facere guerræ; ſed ut plus lucretur ex duratione prælii, uel quia corruptus ab aduerſariis nõ fideliter gerit negotiũ: tenetur. extra de iniu. & dã. da. c. ſi culpa. Et de his omnibus habes in. iij. parte ſum. ti. iiij. c. iij. de bello.

Manus dãnificatoria dicitur. Pro. xvj. Si manus ad manũ fuerit, nõ erit innocẽs manus. Et qñ vna manus non ſufficit ad vnum opus alia iuuat: ſicut aliquãdo ſi vnus non ſufficeret ad rapiendũ vel furãdũ, vel dãnificãdum aliũ, & ſic adhibet adiutoriũ alter: hæc eſt manus ad manũ adiũcta. Et quãuis talis nõ ſit principalis, vel nil proueniat de rapina vel dãno ad eũ, tamẽ tenetur; quia nõ eſt innocens, ſed in cauſa. Et hæc habet quinq; digitos, qui cõtinẽtur in hoc verſu:

Iuſsio conſilium, conſenſus, palpo, recurſus.

Primus eſt, cũ quis mãdat fieri rapinam, furtũ vſurã, vel aliud dãnũ, Et ex hoc ſi ſeq-tur effectum dãni qđ aliàs nõ fuiſſet factũ

talis

talis tenetur inſolidũ:etiã ſi nil pręuenit ad eũ. Sic & tutor,& curator,procurator, & factor,qui ꝑ pupillis ,uel ꝑ aliis faciũt cõtractus uſurarios,tenẽtur:ſi illi ꝑ quibus fecerũt nõ ſatisfaciãt , cum ſint principaliores,

Secundus,quãdo cõſulit ita quòd ex illo ſequitur dãnum quod alias non fuiſſet factum , talis etiã tenetur inſolidũ etiã ſi nil peruenit ad eũ . Si autẽ fuiſſet factum etiã ſine illo cõſilio.ſed aliquid plus factum eſt, ad illud plus tenetur. Innocen. & Hoſtien.

Tertius eſt cõſenſus,ſcilicet cooperationis,non mentis tantum, putà quando vnus uel plures faciunt aliquod furtum uel damnum ſimul, ita quod unus non faceret ſine altero, tenetur quilibet in ſolidum . Secus, cum etiam ſine illo factũ fuiſſet,tamen cum aliis ſe reperit ad damnificandum , tunc enim tenetur ſolum de damno illato per eum. Qui etiam eſt mediator ſciẽter alicuius contractus fraudulenti , ut conſules,tenentur tales de damnis.

Quartus eſt palpo,ſcilicet cum quis adulando,ſeu laudando aliquem de furto , vel de damno ſcilicet quòd ſit ſtrenuus : & ex

hoc inducit eum ad faciendũ malum:quod alias nõ feciſſet. Et idẽ ſi detrahẽdo eũ ad hoc inducit: vt putà tu es puſillaminis,vel nihil uales,& timidus, & huiuſmodi.

Quintus eſt recurſus,id eſt, cũ quis receptat fures & dãnificãtes,& ex hoc ſequuntur dãna uel etiã rapina,cũ quæritur & ipſe occultat ,ꝑpter quod nõ poteſt recuperare. Officialis etiã qui poteſt ſine ſuæ perſonæ periculo obſtare,ne fiat damnũ uel rapina, uel manifeſtare fures & ablata.nõ facit, & tenetur,hoc Tho.ij.ij.q.xlij.ar.vij.Item in xij.di.xv.q.j.ar.v.q.iij.Alb. Pe.in.iiij.di.xv. q.ij.ar.iij.Ric.in iii.di.xv.Iun. Ray. & Gul. De his in ij.parte ſum.ti.j.ca.xij.&. xiij.

Manus participatoria.ſ. de re furata uel uſuraria,& de hoc poteſt intelligi illud Ionę.iij.Recedat unuſquiſq; ab iniquitate q̃ ĩ manu ſua eſt.Et hæc habet quinq; digitos.

Primus eſt,participando de huiuſmodi per donationem.Talis.n.cui donatur, cum hoc ſcit,debet reddere dño eius rem ablatã damnum autem datum ab uſurario cùm omnia bona ſua ſint obnoxia reſtitutioni. tenetur etiam reddere, uel ſibi uel his potius

tius quibus vſurarius habet reſtituere.

Secundus eſt, per victitationem. Familia enim raptoris vel vſurarij. vel vxor & filij qui non habent niſi de rapinis vel vſuris, tenentur ſatiſfacere de conſumptis: ſed habẽdo etiam alia bona comedendo, vel vtendo rebus malè ablatis in propria ſpecie, tenentur de eò quod conſumit. Rayn.

Tertius eſt, per dotationem. Filia enim quæ dotatur per eũ qui habet niſi de vſuris vel alias malè ablatis, maritus qui hoc nouit nõ poteſt recipere dotẽ: & receptã tenetur reſtituere creditoribus ſoceri: & ipſa ẽt filia mortuo marito tenetur reſtituer̃ dotẽ Ray. de hoc in. iij. part. ſum. ti. j. c. xij. Quartus eſt participando de re rapta vel furata per emptionem. Qui enim emit talia ſciẽter vel ex ignorantia facti craſſa, tenetur reſtituere cum inuenit dominũ rei: vel pauperibus erogare: ſi illũ ignorat. Si etiã talia emit probabiliter æſtimans eſſe venditori, poſteà ſciens fuiſſe ablata, tenet̃ nihilominus dño reddere, ſi cognoſcit, vel pauperibus rẽ, vel pretiũ erogar̃ ſi nõ inuenit. Ray. Et de hoc in ij. parte ſum. ti. j. c. xii. §. xvi.

Quintus

Quintus per legatum vel hæreditatrionem. Intelligitur enim hæreditas deducto ære alieno. Hæres ergo vel legatarius eius cuius bona sũt obnoxia reſtitutioni vel ex cõtractu, vel ex quaſi maleficio furti fraudis, & vſuræ, & huiuſmodi, vel quaſi omnia tenetur reſtituere quę recipit de tali hæreditate, vel legato extrà ve vſur. c. Michael.

Manus ſacrilega, videlicet vſurpatio circa ſacra, & Eccleſiaſtica, Iob. xv. Tetendit aduerſus Deũ manũ ſuam, ſcilicet ſacrilegam. Hæc eſt manus ſacrilegi Nichanoris, quam extendit contra templum Dei, cõminatus ipſum funditus deſtruere, ſed ipſo occiſo ſuſpẽſa eſt manus & lingua eius à Iuda Machabeo contra tẽplũ: vt hr̃. ij. Machabe. xv. Et hæc habet quinq; digitos.

Primus ẽ, cũ auferunt ſacra, vt calices, & paramenta, cruces, reliquiæ: & alia hmõi.

Secundus eſt, quando auferũtur aliqua, & ſi non ſacra, tamen de loco ſacro, vt in eccleſia: & de vtroq; xvij. q. iiij. c. quiſquis.

Tertius eſt, quando fit incendiũ, vel effractio ĩ loco ſacro ſcilicet iniurioſè: tenẽtur etiam ſatisfacere, vel etiam inferunt talia

damna

damna eccleſiis uel perſonis eccleſiaſticis: ut exigendo gabellas, & pedagia. extrà de cenſi.c. quanquam. in. vi. Aut imponendo collectas.extrà de immu. eccle.c. aduerſus.

Aut faciendo repræſalias contra perſonas.Eccleſiaſticas.c. & ſi pignorationes.extra de iniu.& dam.da.lib.vj.

Quartus eſt cùm clerici malè tractãt bona eccleſiarũ dilapidando,indebitè alienãdo, in pompas & laſciuias expendẽdo,con ſanguineos ditãdo.xij.q.ij.c. nulli. & bona debita pauperibus,uel clerici uel reparationi eccleſiæ trahendo,debent reſtituere.

Quintus, cùm ſubtrahuntur legata facta eccleſiis.xiij.q.ij.ca. qui oblationes.vel non ſoluuntur decimæ ubi cõſueuerunt ſolui:uel cùm nõ eſt legitimè in beneficio cõſtitutus,ſed per intruſionem, vel per ſimoniam:uel habet aliquod impedimentum irregularitatis: tenetur enim fructus perceptos reſtituere de re iudi.lib.vj. beneficium de his in.ij.parte ſum.ti.j.

Manus iniuſtè iudicatoria. Beatus qui excutit manus ſuas ab omni munere.Eſa. xxxiij.ſcilicet obſequij pecuniæ, & laudis,

per

per munera enim frequẽter peruertitur iudiciũ. Et hæc manus habet quinq; digitos.

Primus eſt, quando iudex ſeu quicunq; officialis dat iniuſtam ſententiam ex certa ſcientia, quacunq; de cauſa, ſiue odio, ſiue amore, ſiue corruptione pecuniæ: & talis tenetur de omni damno & intereſſe parti læſæ. Ray. xj. q. iiij. q. iiij.

Secundus eſt, quando ex ignorantia craſſa profert iniuſtam ſententiam. Non enim debeat ſe ponere ad id ad quod non erat idoneus cum periculo alterius, Secus ſi deceptus conſilio aſſeſſoris, qui putabatur idoneus ex malitia, uel ex ignorantia craſſa malè conſulentis: tunc tenebitur aſſeſſor parti de expenſis, ſecundum Ray.

Tertius eſt, quando ex notabili negligẽtia protulit iniuſtam ſententiam, putà quia noluit laborare ad elegendũ in libris, quòd potuiſſet inuenire: & videtur etiam teneri. ut in. c. ſi culpa. extra de iniu. & dam. da.

Quartus, quãdo acccipit pecuniam pro iudicãdo, vel nõ iudicãdo, aut bene aut malè. Ray. ét talẽ pecuniã ſibi retinere nõ poteſt, ſed pauperibus dare, vel reddere dãti.

Quintus:cum non vult iudicare & dare ſententiam,prout poteſt & debet, ne diſpliceat habēti iniuſtitiam:aut damnificet ius habēte.Et talis tenetur,ſi pars poſteà amittat iuſtā cauſam,vel ſi remittat pœnas: vel ſi diminuat iuſtè .: cū nō poſsit, tenetur cōmunitati.Si auxerit pœnā iniuſtè, tenetur ei qui ſoluit.Tho.ij.ij.q.lxvij.art.iiij.Ray. De his in ij.part.ſum.ti.j.c.xix.Item in iij. part.ſum.tit.ix.c.ij.& ti.xxx.c.j.

Manus in iudicio iniuſtè aſsiſtoria, de hoc. Ne iungas manū tuā,vt pro impio dicas falſum teſtimoniū.Exo.23.& Hier.xxj. Eruite oppreſſum de manu calūniantis. Et habet quinq; digitos, ſecundū quod quinque genera hominum ibi concurrunt, ſcilicet, Aduocatus, Iuriſconſultus, Actor, & Procurator,T eſtis,& Reus.

Primus eſt ergo Aduocatus, qui ſcienter ad defenſandum iniuſtam cauſam obtinēs victoriā cauſæ, de omni damno tenetur aduerſario: ſi clientulus non ſatisfacit. Tho.ij.ij.q.lxxj.art.iij. Si verò nō obtinet: tenetē cliētulo de expēſis,quādo videlicet dixit ſibi causā eſſe iuſtā, cū aliàs ille nō litigaſſet,

gaſſet, ſed ſi aſſumit cauſam iuſtã, & ex craſſa ignorantia, vel notabili negligentia perdit, videtur teneri clientulo de damno ſuo. c. ſi culpa. extrà de iniu. & dam. da.

Secundus eſt iuriſconſultus: ſi ſcienter præſtat malum cõſilium vel fraudulentum vnde ius habens perdit cauſam: ſiue ſit ille cui cõſuluit, ſiue alter, tenẽ de dãnis inde ſecutis. Si verò fideliter cõſuluit, vt ſcit, non tenetur. vt c. nullus ex cõſilio. de re iu. li. vj.

Tertius eſt actor & procurator, qui accuſat aliquem de falſo crimine: vel petit indebitum ſcienter, tenetur de omni damno quod indebitè recepit aduerſarius, etiam de expenſis. Tho. ij. ij. q. lxiij. ar. iiij.

Quartus eſt reus, ſi negat veritatem de qua iuridicè interrogatur negãdo debitũ pecuniæ tenetur actori. Negando autẽ crimẽ vnde ſequitur accuſatori mors vel mutilatio, vel alia pœna, vel fatigando ſcienter appellationibus, vel dilationibus, tenetur ad arbitrium boni viri.

Quintus teſtis, ſi ex falſo teſtimonio eius ſciẽter facto, actor vel reus incurrunt aliquod damnum iniuſtè, tenetur talis in-

 ſolidum.

ſolidũ.extr. de iniur.c.ſi culpa.Et ſi accepit pecuniã ꝓ teſtimonio ferẽdo ẽt verè,tenet illã pauperibus erogare.xiiij.q.v.c.nõ ſanè. de his omnibus in ij.parte ſum.tit.j.ca.xix.

Manus fraudatoria . Iob.xxxj.In manibus meis non adhæſit macula.ſ.fraudis. Et hæc habet quinque digitos ſeu modos.

Primus eſt in rerum quantitate.ſ. quando vna ſubſtãtia venditur pro alia , vt vinũ limphatum pro puro , aurum vel argentum alchimiatum pro puro, & huiuſmodi.

Secundus eſt in quantitate, vt cum dantur diminutæ menſuræ vel pondera , putà vnciꝫ xj.pro libra,vel in vaſis de vino,oleo, tritico, & huiuſmodi:vel in pannis de panno laneo,lineo,& huiuſmodi.

Tertius eſt in qualitate : vt cùm vendit res defectuoſas:vt vinum vel caro corrupta, pro bona : animal vitioſum & claudicans pro ſano,non diminuendo de pretio:& multo grauius eſſet vendendo rem nociuam, & periculoſam,& huiuſmodi.

Quartus eſt,in pretij inæqualitate:vt cũ vẽditur res plus iuſto pretio, quam valeat ſcienter:vel cùm multo minori pretio emi-

tur,quia venditor non cognoſcit rem vel quia ducitur maxima neceſſitate.

Quintus eſt,in gabellæ,debitæ, vel pedagij ſubtractione: videlicet quia occultè introducit rem ad ciuitatē, vel aſſerit vnum eſſet pro alio,vel minoris quantitatis,vt minus ſoluat: hi omnes tenentur ſatisfacere, ſecundum Tho.ij.ij.q.lxxvij.& Ray. de his omnibus in ij.par.ſum.tit.j.c.xvij.

Manus falſificatoria.Iob.v. Qui diſſipat cogitationes malignorum, ne poſſint manus eorum implere, quod ceperunt,manifeſtando, ſcilicet, falſitates eorum: & hæc habet quinque digitos vel modos.

Primus eſt,in ponderibus & mēſuris, faciendo vel vtēdo falſis & diminutis,in vendēdo,& emēdo menſuris exceſſiuis,tenetur etiā talis,de dānis inde ſecutis illis talibus.

Secundus eſt,in falſis monetis,fabricando eas falſas,vel incidendo, aut falſificatis & diminutis pro legitimis ſcienter vtendo, vltra peccatum, tenetur de damnis,læſis.

Tertius eſt,in bullis Apoſtolicis falſatis: vel per ſurreptionem obtentis;cùm ſcilicet expreſſum eſt falſum in ſupplicatione: vel

omiſſum illud exprimendo, quo enarrato non obtinuiſſet. Beneficiũ enim vel gratia ſic obtenta non valet, vnde tenetur ſatisfacere de emolumento per ipſas obtento.

Quartus eſt, in inſtrumẽtis & ſcripturis falſificatis, vt teſtamẽtis in quibus ſcribuntur legata aliter quàm diſponatur à teſtatore, vel ſcriptore vbi apparet debita & craſſantur, & huiuſmodi.

Quintus eſt, in falſis partibus, vt cũ mulier cõcipit per adulteriũ: vel ſupponit ſibi alienum partium, quæ tenetur de omnibus quæ cõſumit filius putatiuus de bonis mariti, & de his quæ vt filio legitimo ſibi de hęreditate relinquerentur c. ſi culpa. extrà de iniur. Et de his in ij. par. ſum. ti. j. c. xviij.

Manus proditoria, de qua Chriſtus Luc. xxij. Ecce manus tradent is me, mecũ eſt in menſa. Non enim fit proditio niſi per familiares. Et hæc habet quinque digitos.

Primus eſt, in caſtris, populis, & terris: quando .ſ. quis aufert legitimo domino & dat proditoriè alteri, qui ibi ius nõ habet, talis tenetur de oĩbus damnis inde ſecutis.

Secundus eſt, in perſonis quando quis

tradit dominum ſuum vel amicum in manus inimici occidendum, vel retinendum, vel impediendum à negotijs ſuis, tenetur illis ad omne intereſſe.

Tertius, in rebus, qñ pecunias, vel alia bona ſui dñi vel amici procurat deuenire ad manus inimicorum: aut cùm aſſociat ſe cũ aliquo vt ducat ad locũ vbi ſpolietur.

Quartus eſt, quando ſecreta reuelat ſui domini vt damnificetur. Vel Aduocatus ſecreta cauſa, quã defendit, aduerſario pandit, vt ſe poſsit defendere, tenetur de damnis. extrà de iniur. c. culpa. Et de his in iij. parte ſum. tit. j. c. xij.

Quintus, ſcilicet cũ quis vtitur inſidijs non ſeruãdo pacta promiſſa, etiam ſi eſſet hoſtis, dummodo & ipſe ei ſeruet fidem: & non aliàs, vt xxiij. q. j. c. noli.

Manus ſimoniaca, & de hac iij. Reg. ca. xiij. Quicunq; volebat implebat manum ſuam, ſcilicet pecunia, quã dabat & fiebat ſacerdos. Et hæc habet quinque digitos.

Primus eſt, accipere pecuniã vel alia tẽporalia pro ſacramentis, aut beneficijs conferendis, vel collatis per modum pretij, nõ

per modum eleemoſynæ: & talem pecuniã retinere non poteſt: ſed pauperibus debet erogare, vel eccleſiæ in cuius iniuriam data eſt. Tho.ij.ij.q.c.

Secundus, accipere pecuniam appretiatiuè pro alijs rebus ſacris, vt eccleſijs altaribus conſecratis, aqua baptiſmali cõſecrata, oleo ſancto, reliquijs ſanctorum, ſepulturis loci ſacri, iure patronatus, ingreſſu religionis, & huiuſmodi: talis pecunia nõ poteſt retineri: ſed oportet eam pauperibus erogare, vel eccleſiæ pro qua eſt commiſſa ſimonia.

Tertius eſt, ꝑ ſpiritualibus exercitijs, vt pro prædicãdo, orando, viſitãdo, eligendo, confirmando à correctione deſiſtendo, curam animarum exercendo, conſecrando, & huiuſmodi alia, recipiendo pecuniam exactiuè vel pactionaliter, vel appretiatiuè: tenetur pauperibus erogare vel eccleſiæ in cuius iniuriã data eſt. Sed ſi per modũ eleemoſynæ, ſibi retinere põteſt, ſibi data.

Quartus eſt, quando accipit beneficium ſimplex vel curatũ, aut dignitatẽ ſimoniacè: quia tenetur reſignare fructus inde perceptos,

ceptos, reſtituere etiam conſumptos deductis expēſis factis in vtilitatem beneficij illius etiam pro fructibus colligendis.

Quintus eſt, de mediatoribus ad procurandū officium vel beneficiū Eccleſiaſticū, vel aliquod ſpirituale: hi tenentur pecuniā propter hoc receptam pauperibus erogare. Hæc omnia Tho.ij.ij.q.c.Rayn. & Innocē. de his in ij.parte ſum.ti.j.c.v. per totum.

Manus impeditoria. Eccleſiaſtic.xij. Væ duplici corde, & manibus malè faciētibus, id eſt, impedientibus bona aliorum. Et hæc habet quinque digitos.

Primus eſt, quando quis impedit aliquē à cōſecutione alicuius officij vel beneficij: & ſi iā illud erat conſecutus & poſſidebat, iniuſtè procurauit auferri, ſibi tenetur ſatiſfacere in totum. Si verò nondum erat cōſecutus, ſed in via habendi, tenetur ad arbitrium boni viri. Th.ij.ij.q.lxj.ar. iiij.& Richar.in iiij.diſt.xv.

Secundus eſt, quando impedit fructus prouenturos alicuius agri vel vineę: videlicet effodiendo ſemina, deſtruendo vineas, arbores, & huiuſmodi. Qui tenebitur ad

quantum æſtimabuntur fructus in illo dubio valituri. Thom.ij.ij. vbi ſuprà. Item in iiij.diſt.xv.q.j. arti.vj.q. ij. Tenendo etiam columbarios, & non ſufficienter paſcendo columbos, vnde damnum inferunt ſeminibus, vel fructibus, tenentur de damnis. Pet. de Pal.in iiij.di.xv.q.ij.ar.j.in fine.

Tertius eſt, de his qui faciunt ſtatuta vel capitula ne vſuræ ſolutæ poſsint repeti: vel quòd poſsint homines cogi ad ſoluendum & qui iudicant ſecundum ea, vel etiam ſine ſtatutis dant ſententiam, quòd ſoluantur vſuræ, vel ſolutæ non repetantur: hi tenẽtur ad reſtituendum eas: ſi vſurarij non reſtituant. Impediunt enim reſtitutionem.xi.q. iij.c.qui conſentit.

Quartus eſt, de his qui dant literas emunitorias debitoribus iniuſtè, ne poſsint cogi à creditoribus ad ſoluendum eis cùm poſsint: hi tenentur illis de illis damnis.

Quintus eſt, de iuſtè impedientibus ne quis poſsit exequi negotia ſua honeſta, occultãdo inſtrumẽta, vel ſcripturas, per quæ manifeſtatur ius ſuum, vel impedientes ne quis accedat ad iudicem Eccleſiaſticum in

cauſa qua poteſt, vbi ſibi fieret iuſtitia, vel aliter iniuſtè & malitioſè, impediens iter ſuum ad iudicium, vel ad negotia ſua, vnde recipit damnum: & de his tenetur.

Manus luſoria, de qua poteſt intelligi il lud Iob.xxxj. Si, id eſt, non oſculatus ſum manum meam in abſcondito. Luſor enim cũ vincit attribuit manus induſtriæ, vnde aliquando oſculatur eam vt cauſam lucri. Et hæc habet quinque digitos.

Primus, cùm decipit in ludo, videlicet per falſos taxillos aut chartas, dicendo mẽ dacium, & ſic vincit, tenetur enim reſtitue re decepto.

Secundus eſt, quando vincit ab alijs qui alienare non poſſunt, vt ſunt ſerui, filiifami lias præcipuè pupilli, vxores, religioſi, & huiuſmodi. Hęc oportet reſtituere illis qui habent curam illorum.

Tertius, quando vincitq; cũ quẽ induxit ad ludendũ multa importunitate, cùm nõ vellet ludere, vel volentem à ludo, recede re, inuitum detinet, tenetur reſtituere.

Quartus, quãdo vincit in loco vbi prohi betur ludus, & per leges mandatur fieri re-

ſtitutio,

ſtitutio,quę nec per diſſuetudinē ſunt abrogatæ:tunc etiā tenetur reſtituere perdenti. ſecundū Tho.ij.ij.q.xxxij.ar.vij.Ric. in iiij. di.xv.circa finem.Ray.Inno.& alios.

Quintus eſt, quando vincit in locis vbi nō prohibetur ludus, vel ſi ꝓhibetur,leges ſunt abrogatæ per contrariā conſuetudinē: tunc debet pauperibus erogare.Vtrum verò de neceſsitate vel de honeſtate, vide in ij.parte ſum.ti.j.c.xxiij. de ludo . ibi plenè.

Manus locationis,& cōductionis vitiatoria.de hac Deu.xxxij.Videbit, ꝙ infirmata ſit manus,id eſt, deficiēs opus in locādo, & conducendo. Et hæc habet quinq; digitos.

Primus,quando quis locat alteri rem vitioſam,ſciens,vt equum claudicantem, vel domum ruituram: qui tenetur de damno inde ſecuto illi tali.

Secundus eſt, quando nimis notabiliter exigit pretium de re locata,domo,agro, & huiuſmodi: vel quādo aufert ab eo rem locatam ſine cauſa rationabili ante tēpus cōuentum. Tenetur enim ei de damno. Ray.

Tertius,qn̄ conducit quis alium ad operādum nimis paruo pretio notabiliter, vel

debitam mercedem nimis tardat dare cũ poteſt, vnde ille recipit damnum: vel loco pecunię debitę dat ſibi res quas oportet eũ vẽdere minori pretio, quàm debet habere.

Quartus, ſi conductus ad operã ex feſtinantia, vel negligẽtia non fideliter eſt operatus, & bene: vnde ſequitur damnum ei.

Quintus, quãdo malè tractauit rem ſibi locatã: vt domum, vel agrum, permittendo deſtruere: vel equos, boues, nimis fatigando & hmõi: tenetur talis de hmôi dãnis ad arbitrium boni viri. Rayn. in ſum. Vaſallus autem qui habet in feudum à domino, malè tractat ex malitia vel negligentia, tenetur de damnis, & de his in.ij. parte ſum.tit. j.c.xvij.§.viij. & in.iij. parte tit.viij.cap.iiij.

Manus turpiter lucratoria, de qua Eſa.i. dominus ait, Manus veſtrę plenæ ſunt ſanguine id eſt, turpibus lucris. Et hæc habet quinq; digitos.

Primus per lucrum ex opere carnali, vt meretricio, lenocinio, concubinatu, adulterio, & huiuſmodi.

Secundus eſt, ex arte vel actu prohibito lucrari: vt ex arte mutuandi, vel faciẽdo ta-

xillos,chartas,fucos,torneamenta,hiſtrionatu turpi ſeruiendo, vſurario in numerando pecuniam ad vſurã, & ſcribendo, & huiuſmodi in faciendo diuinationes,incantationes,& huiuſmodi: in ſcribendo, inſtrumenta in fraudem vſurarij.

Certius eſt,lucrãdo tempore prohibito, vt diebus feſtiuis,vendẽdo, & emendo ſine neceſſitate,ſcribendo, vel alia opera ob lucrum faciendo.

Quartus eſt,negotiari in locis prohibitis,vt in eccleſijs,vendẽdo, vel emendo,vel etiam mittẽdo ad terras Sarracenorũ: vel portãdo arma,vel lignamina,vel victualia, & quæcũq; mercimonia ſine licẽtia Papæ: tenetur illud quod lucratus eſt,& tantundẽ de ſuo mittere in ſubſidium terræ ſanctæ.

Quintus eſt, ex intentione meræ cupiditatis vacare negotiationi,vel intentione introducendi cariſtiam.Hi omnes debent acquiſita pauperibus erogare:magis tamẽ ex honeſtate & conſilio,quam ex neceſſitate. xiiij.q.v.c.qui habetis.Et de his in ij.parte ſum.tit.j.c.xxiij.

Manus detractoria.pſalm.Erue,ſcilicet,

Deus

Deus de manu canis id eſt,detractoris,animam meã,id eſt,vitam. Prouer.xviij.Mors & vita in manibus detractoriæ linguæ. Et habet quinque digitos.

Primus eſt, cùm quis ſciẽter accuſat aliquem de falſo, & cõuictus de crimine condemnatur,talis tenetur ſatisfacere:nõ quidem detegendo falſitatẽ,poſtquàm eſt punitus reus: quia ſibi immineret periculum perſonæ: & illi iam punito nõ ſatisfaceret: ſed aliter ad arbitriũ boni viri tantũ ſatisfacere debet, quàm puniatur:debetq́; detegere falſitatem vel deſiſtere ab accuſatione.

Secundus eſt, quãdo extra iudicium infamat aliquẽ de crimine,ſciens non eſſe verum,vel neſciens ſi eſt verum quia tenetur illis quibus dixit, declarare ſe falſum dixiſſe:niſi ſibi ex hoc immineret magnum periculum vitæ & huiuſmodi. Nam tunc aliter prout poteſt,debet ſatisfacere: vel cùm libellos famoſos ſuper crimine de eo componit,vel cantilenas,quod peius eſt.

Tertius, quando ad aliquod crimẽ commiſſum verè ab alio auget aliquid aliud notabile,quòd eſt falſum: vt cũ dicit ſe vel

alium

alium turpia colloquia,vel geſtus habuiſſe cum aliqua, vel ēt carnalem copolam: vel etiam cùm alij dicunt de eo turpitudinem cũ aliqua agere:tacet ſtudioſè, vel aliqua ſigna facit, vt credãt verum eſſe quod non eſt:& talis tenetur ad declarandum falſum eſſe.

Quartus eſt, cùm dicit aliquod crimen alterius:referens ſe audiſſe quod occultum eſt, & ignoratur ſi eſt verum: & talis quomodo ſatisfacere debeat, habes in ſe. ca.§. iij.videlicet de tertia damnificatione.

Quintus eſt, cùm dicit crimen alterius verè perpetratum ſed occultum,& talis debet etiam famam reſtituere, prout poteſt: vel etiam cùm dicit contumeliam in pœnitentia aliorũ, & talis debet petere veniam: vel aliter ſe cum eis reconciliare.

Manus perſonæ læſoria. Micheæ ſeptimo. Vt fratrem ſuum venatur ad mortem, malum manum ſuarum dicunt bonum: & hæc habet quinque digitos.

Primus eſt, auferendo vitam occidendo alium iniuſtè,id eſt,extra iudicium ordinarium, & talis tenetur prout dicetur in cap. ſeq.

ſeq.§.ij.de damno inde ſecuto.

Secundus eſt, mutilando membrum iniuriosè: & tenetur de expẽſis in medicis & medicinis,& de lucro perdito, ſi ex mutilatione non poteſt laborare.

Tertius eſt,vulnerando,vel percutiendo iniuſtè: & ſic tollendo ſoſpitatem, tenetur ad damna inde ſecuta ei.

Quartus, incarcerando, & ſic tollendo ei libertatem quod faciẽdo abſq; rationabili cauſa, tenetur de damno quod inde ſequitur.Secus ſi faciat:quia ei eſt debitor,vt ſibi citius ſoluat.

Quintus, cùm mittit in exilium vel confinia iniuſtè: & per hoc aufert ei patriã: & omne damnũ quod inde recipit:quod communiter eſt multum, & tenetur ei ſatisfacere.

Manus animarũ prædatoria. Et de hac Sap.j.Impij manibus & verbis mortem afferunt. Et habet quinque digitos ſeu modos.

Primus eſt,quando volẽtem ingredi religionem ad ſeruiendum Deo aliquis reuocat: vel iam ingreſſum perſuadẽdo educit:

Quid & quantum ſit reſtituendum.

Cap. II.

Circa autem ipſam reſtitutionem, ſunt octo videnda: quæ in hoc verſu continentur. Quis, quid, vbi, per quos cui, quomodo, quando. Et quia de primo dictum eſt ſuprà in capitulo præcedenti, ideo primo omiſſo, videndum eſt de alijs.

Quantum igitur ad ſecundum, ſcilicet quid ſit reſtituendum, & quantũ. Sciẽdum quod ablatum, ſi poteſt. xiiij.q.vj.ca.ſi res. Et ſi eſt aliquid fructificans etiam fructus eius, vel aliter ſatisfaciẽdum quando id reſtitui non poteſt. Sed pro huiuſmodi declaratione ſciẽdum quod damnũ poteſt quadrupliciter inferri. Primo quo ad animam auferendo ei virtutes infuſas & mortales, Secundo quo ad corpus inferendo ei læſiones corporales. Tertio quo ad honorem, & famã, per vituperationes verbales. Quarto quo ad ſubſtantiã per actiones criminales.

Quantum ad primũ notandum eſt quòd quamuis nemo poſsit eſſe cauſa ſufficiens peccati alterius, nec per conſequens ei auferre virtutes directè, & efficaciter, quia vo-

luntas cogi non poteſt:vbi conſiſtit pecca tum : propter quod dicit Ambro . Non eſt quod cuiquam noſtrum aſcribamus ærumnam.Nemo enim tenetur ad culpam , niſi propria volũtate deflexerit.xv.q.j.c.nõ eſt. poteſt tamen aliquis eſſe alteri occaſio magna peccati,& decretalis dicit,Qui occaſionẽ damni dat,damnum quoq; dediſſe uidetur.c.Si culpa.extra de iniur.& dam.da.Poteſt autem aliquis eſſe occaſio damni alterius quadrupliciter.Primo, uerbo ſuo inducẽdo alterum ad peccatum.Secũdo, a meliori bono retrahendo . Tertio,malo exemplo ſcandalizando.Quarto,virginem ſeductoriè deflorando.

Quãtũ ad primũ inducit quis aliũ ad peccatum uerbo,ſuadendo,cõſulẽdo, præcipiẽdo,id quod eſt mortale . Et tũc eſt occaſio perditionis illius:quia per hoc auferuntur illi gratia,& virtutes ab anima . Vnde Auguſt.ſi fratri tuo malè perſuades, occidis.ſ. illũ quo ad animã.de pœ.diſt.j.noli.Et talis damnificãs ſecũdũ Sco. in diſt.xi.q.iij.tenetur reſtituere damnũ modo ſibi poſſibili,id eſt inducẽdo eũ efficaciter ad pœnitẽtiã,

& ad

& ad uirtutes ſiue actus uirtuoſos. Et ſi ſo-
la inductio per uerba non ſufficit, quia faci
lius eſt peruertere quã conuertere, tenetur
quãtũ põt per orationes ſuas & ab alijs pro
curatas. & ꝑ aliorum ſuaſiones efficaces, dũ
tamẽ illis nõ ꝓdat peccatũ occultũ ꝑdicti.

Quãtũ ad ſecũdũ. ſ. reuocãdo aliquem à
meliori bono, fit hoc damnũ alteri cum re
uocat eũ à religione in qua ꝑfectius uiuit
quã in ſeculo. Et talis damnificans tenetur
ipſũ reuocatũ ab eo, reducere ad ingreſsũ
uel reuerſionẽ ad religionẽ. Nã ſecundum
Pe. de pal. in iiij. di. xv. q. ij. ar. ij. nõ ſolum il
le qui inducit profeſſum ad egreſſum reli-
gionis, tenetur ad inducẽdum ipſum ad in-
greſsũ religionis, uel ad reuertẽdum: ſed ẽt
qui trahit illum qui uolebat ingredi, nec ta
men intrauerat: tenetur illum inducere ad
ingrediẽdum. Quod ſi ille nollet intrare, te
netur aliũ ęquè idoneum procurare. quod ſi
non poſſit, tenetur ipſe intrare, quod intelli
gens Ray. poſteà magiſter ordinis prædica-
torum, qui auerterat quendam ab ingreſſu
religionis, poſteà pro eo intrauit. Ratio
eſt: quia abſtulit Domino ſeruum ſuum

 nouitium,

nouitium,vel intraturũ.hæc Pet.vbi ſuprà.
Sed Sco. dicit hoc eſſe verum de obligato ad religionem obligatione profeſſionis, non autem de eo qui erat diſpoſitus ad intrandũ,nec tamẽ intrauerat. Ratio diuerſitatis ẽ,quia intereſt inter habere: & prope eſſe habere. Vnde non tenetur ad tantã reſtitutionẽ religioni, ad quantã teneretur ſi fuiſſet in religione, ſed tenetur ad aliqualem reſtitutionẽ ſcilicet aliqualẽ inductionem illius,vel alterius æquiualentis ad ingreſſum religionis hæc Sco. in.iiij.diſt.xv. q.iij.in fine. Idem verò dicendum de eo qui auertit nouitium religionẽ iam ingreſſum animo permanendi:ſicut de profeſſo. Nam talis obligatur rel gioni, ſaltem in genere. Et hoc intelligẽdum eſt, ſi retraxerit illum intentione damnificandi religionem: tunc enim tenetur relgioni. Si autem hoc fecit intentione conſulendi propriæ vtilitati ſine fraude: nõ tenetur religioni quo ad eũ qui nondum intrauit, ſed ipſi perſonæ:quã retraxit perſuaſionibus, & alijs bonis ſpiritualibus ad æquivalentiã eorum in quibus damnificauit.hæc Scotus vbi ſuprà. Si aũt
quis

quis auerteret aliquẽ à religionis ingreſſu non ſimpliciter,ſed ab ea vbi diſſolutè viui tur,.intendens ,puidere ſaluti illius:in nullo tenetur.ar.xxiij.q.v.c.de occidendis .Et ex his patet ſecundum Ioan.de rip.in quodam tract.de contractibus: quid faciẽdum ſit de his qui ſcholares retrahunt & ſubtrahunt doctoribus,cum quibus audiũt : quia aut hoc faciunt in odium doctorum,vel volentes ſibi prouidere , vel aliis prouidere : vel volẽtes ſcholaribus prouidere.Si primo modo , aut ſubtrahit ſcholarem qui iã intrabat ſcholas , & tunc tenetur doctori ad reſtitutionem ſalarij,& honoris ſibi ſubtracti . Si etiam doctor cui talis ſubtrahitur,ſit melior quàm ille cui eum procurat, tenetur tali pro quanto vtilitatem ſcientiæ ſibi ſubtraxit . Si autem nondum ſcholas intrauit ſed intrare diſponebat:non tamen tenetur: licet obligetur ſcholarem inducere vt redeat ad primum . Si autem hoc facit volendo ſibi prouidere, putà eſt doctor & vult ſibi de ſcholaribus prouidere:ſi hæc ſine fraude facit, & ſcholaris non dum ſe dederit alij doctori:non credo eum

in aliquo obligari:cum cuilibet ſit licitum modo licito, & debito procurare utilitaté ſuam. Aliter non credo, ſibi licere. Si auté hoc facit volens alij prouidere, ſicut quando ſcholaris alicuius doctoris, ſubtrahere conatur ſcholares alijs doctoribus, ut intrent cum doctore ſuo, in hoc ſolum honorem & utilitatem ſui doctoris intendens, ſi ſubtrahat intrantem cum alio doctore, credo ipſum obligari: niſi forte illius doctoris cui ſubtrahit eum in ſufficientia, & ſcholaris aliqua ſpiritualis cura qua ſibi tenetur, excuſet. Si autem retrahat intrare uolentem: cum ex hoc multum ius doctori ſit acquiſitum, & hoc facit ſine fraude, non credo eum doctori in aliquo obligari. Obligatur autem ſcholari, ſi eum retrahat ne audiat meliorem. Si autem hoc facit utilitati ſcholaris volens conſulere, & ſuper hoc à ſcholari requiſitus conſulit, quòd audiat alium doctorem meliorem, bene facit. Et dicta in his caſibus ſunt cæteris paribus intelligenda. Iſte enim caſus eſt ita varijs modis circunſtantialis, quòd vix poteſt dari certa regula, hæc ille.

Quantum

Quantum ad tertium, ſcilicet, damnificādo alios ſuo malo exemplo, ſicut ſcandalizāt prælati ſubditos ſuos pompis & laſciuijs, & alijs malis moribus ſuis: mulieres ſuis ſuperfluis ornatibus, & fucis, & tripudijs: & alij manifeſtè peccantes: & præcipuè quando hoc intendunt, vel contemnunt ſeu paruipendunt ſcandalum aliorum, propter quod aut ruunt in diuerſa vitia, de quibus in euangelio, Vę mundo à ſchandalis: tales tenentur ad ſatisfaciendum bonis exemplis manifeſtis: Non autem tenentur ob hoc ad aliquam publicā pœnitentiam: vt dicit Alb. ſed ad ædificandum alios bonis exemplis manifeſtis: ſicut ſcandalizauerunt per mala manifeſta.

Quantū ad quartum ſcilicet de ſeducente virginem, & corrumpēte extra matrimonium, dicitur Exod. xxij. Si ſeduxerit quis virginem nec dum deſponſatā dormieritq; cum ea, dotabit eā, & habebit eā vxorem: aut reddet ei pecuniam iuxta modū dotis, quam uirgines ſolent accipere. Damnificauit enim talis illā in caſtitate virginali, auferendo ei theſaurum irrecuperabilé: vnde

tenetur ei ſaltem ad reſtitutionem caſtitatis coniugalis: accipiendo eã in vxorem, vel dotando. Et ſi quidem permiſiſſet eam ducere in vxorem: tenetur ad hoc etiam ratione promiſsionis: niſi eſſet nimis diſparis conditionis, vnde fraus potuit deprehendi: & tunc ſatisfaciat ad arbitrium boni viri, & idem fortius quando violẽtauit eam. Quanuis autem præceptum legis moſaicæ allegatum ſit iudiciale, & inquantũ ad hoc non obliget. tamen inquãtum ſumptum eſt pro ſtatuto ab Eccleſia, vel aliqua ciuitate obligat, ſicut patet extrà de iniur. & dã. da. c. ſi culpa. & c. j. & c. ſequenti.

De ſecunda damnificatione, quæ ſcilicet fit corpori per læſionem. Aduertendum eſt quod quatuor modis contingit, ſcilicet per occiſionem, per mutilationem, per percuſſionem, & per incantationem. Si ergo fiat damnum primo modo, ſecundum Sco. in iij. di. xv. q. iij. poteſt ſatisfacere ſuſtinendo pœnã talionis à iudice non à ſe: nec etiam tenetur iudici ſe offerre, ſed captum non licet ſe defendere, aut carcerem infringere: ſed inuenta opportunitate licet fugere.

ſecundum Th.ij.ij.q.lxix.art.iiij. & Hen.& condemnatus debet patienter mortem ferre. Eſt & alius modus ſecundũ. Sco. vbi ſuprà, ſibi vtilis ad ſatisfaciẽdum, quãuis ad hoc non teneatur neceſſariò: vt ſcilicet exponat vitam ſuam in cauſa iuſti belli: vel contra inimicos fidei, & eccleſiæ pro reſtitutione ſeu ſatisfactione fienda illi, cuius vitam abſtulit. Sed ſi nec hoc vult facere, tenetur ad ſatisfactionẽ ſpiritualem pro anima occiſi: vt faciendo eleemoſynas pro eo. vel ad ſumẽdam aliquã peregrinationẽ ad limina Apſtolorum, vt ſancti Iacobi: & huiuſmodi pro anima eius: & procurando aliorũ orationes inquantũ poteſt. Nec hoc ſufficit, ſed ſi interfectus habuiſſet aliquos vt patrẽ, & matrẽ, filios & huiuſmodi, quos operibus manuum ſuarũ ſubſtẽtabat, tenetur interfectos omnibus illis ad tantũ quantũ illis abſtulit ſubſidij per occiſionẽ eius. Inſuper occiſor tenetur placare lęſos quãtum poteſt, Hæc Sco. in iiij. di. xv. q. iij.

Quantum ad ſecũdum, ſcilicet, de mutilatione, dicit idem Sco. quòd pro huiuſmodi nõ eſt ſtatuta aliqua pęna in eccleſia niſi pecunia:

ſi pecuniaria: & iſta debet reſpondere non ſolùm dãno quod intulit pro mutilatione pro toto tpe futuro, quo vſurus eſſet quis membro abſciſſo: ſed etiã expẽſis appoſitis in curatione. vt habetur extrà de iniur.& dã. da.c.j. Et vltra hoc tenetur ad placationẽ læſi quantũ in ipſo eſt: & conſolationẽ ipſius afflicti: quæ afflictio ppetua eſt. Plus etiam ponderanda eſt mutilatio pauperis quã diuitis, ſi magis egebat parte abſciſſa ad victum neceſſarium, putà ſi abſciſſa eſſet manus dextra ſcriptori qui de illa arte viuebat tunc enim magis tenetur.

Quantum ad tertiũ videtur Deum optimè impoſuiſſe ſatisfactionem ſcilicet, in læſione, vel percuſſione, vel vulneratione corporali. Exo. xxj. vbi dicitur, Si rixati fuerint viri & percuſſerit alter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lecto, ſi ſurrexit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum: innocens erit, quia percuſſerit ſcilicet, à mortis pęna ſubſtinẽda, ita tamen quod operas quas interim ſic neglexit, impeditus percuſſura, & impenſas in medicos reſtituat. Cui pœnæ

adden-

addenda eſt conciliatio, quãtum in eo eſt.

Quantum ad ſatisfactionem de quarta læſione; ſcilicet, incarceratione, vel detentione. Sciendum quod vltra reconciliationem & veniam petitam læſo fiet ſatisfactio iniuriæ: prout ſapiens determinabit. Et læſus plus vellet exigere quàm deberet: ad illud plus non tenetur lædens vt illum reconciliet. Hæc Sco. beatus Tho. ij. ij. q. lxij. ar. j. & in. iiij. di. xv. q. j. ar. v. dicit quòd in omnibus damnis vbi nec in ſe, nec in æquiualenti poteſt fieri reſtitutio, vt mutilatione mẽbri & huiuſmodi, ſatisfactio fiet per recompenſationẽ ad arbitrium boni viri, idẽ Gul. Et quia exilium reputatur vt quidam carcer in iure, ideò qui mittit aliquẽ in exilium, vel confinium, quod eſt exilium ad tempus iniuſte, tam ipſe quàm omnes huiuſmodi dantes auxilium, aut conſilium efficax, ad hoc tenentur exulanti de omni damno inde ſecuto ex hoc ad ſatisfactionem. ar. j. extrà, de homi. c. ſicut dignũ. & xj. q. iij. c. qui conſentit. De tetria damnificatione ſcilicet in fama, & honore ſciendum quòd quatuor modis poteſt contingere,

gere, ſcilicet per contumeliæ illationem, per detractionem, per detractionis ab alijs factæ recitationem, per veritatis negationem, cum quis accuſator iuſtè.

Quantum ad primũ dicitur quis contumeliam facere alteri, ſeu contumeliam inferre, cum priuatim ei vel coram alijs in facie dicit contumeliam importantem notabilem defectum culpæ, vocando enm latronem, lenonem, proditorem, adulterum, & huiuſmodi: vel cum dicit verba exprimentia defectum naturæ: vt cum dicit intendens inde iniuriari, vt vocando ſtrabonem, vel illegitimum, & huiuſmodi, quod propriè dicitur conuitium. Quãdo igitur quis hoc facit animo iniuriandi, vltra offenſam mortalem tenetur ſatisfacere proximo, ſic læſo: & ipſum placere quantum poteſt petendo veniam, vel alio modo: & hoc vel in priuato vel publico: ſecundum quod ipſe priuatim vel publicè iniuriam intulit, ſeu contumeliam. Nam ſi in publico contumeliam intulit, & hoc contumeliatus requirit vt in publico veniam petat, tenetur ad hoc. Et ſi in ipſa contumelia aliquid criminale

falsò.

faſò expreſsit, tenetur coram illis qui hoc audierũt exprimere ſe falſum dixiſſe. Aug. Vbi peccatum ortum fuerit, ibi moriatur. ij.q.j.c.ſi peccauerit. Verũ ſi prælatus ſubdito, pater filio, vir vxori, magiſter diſcipulo, dominus ſeruo dicat verba contumelioſa, faciens hoc ex correctione: non tenetur petere veniam à tali, ſecundum Aug. in regula dicentem de Prælatis. Si ipſi modum vos exceſsiſſe ſentitis, non à vobis exigitur vt à vobis ſubditis veniam poſtuletis &c. Sed ſi hoc feceret multum iniurioſè, & liuore vindictæ, tunc teneretur prælatus à ſubdito petere veniam, & reconciliare læſum, ſecundum Ray. Idem tenet glo. in ca. quando. lxxxvj. di. Verum ſi contumeliam recipiens in verbis, poſt contumeliam domeſticè conuerſatur cum cõtumeliante & familiari: videtur oſtendere ſibi remiſſam iniuriam, & reconciliatum fore: & conſequenter non teneri aliàs ad petendum ſecundum Duran. in ſum.

Quãtum ad ſecundum damnoſum, ſcilicet, per detractionem, hoc contingit fieri principaliter duobus modis. Primo modo,

imponendo alicui falſum crimē verbo,can tilena,vel famoſo libello.Et talis tenetur il li corã quibus detraxit declarare ſe falſum dixiſſe:quantūcunq; ei exinde exurgat eru beſcentia,& cōfuſio:niſi ex hoc immineret ei magnū periculū vitę,vel aliqd᷑ magnum incōueniens ſequeretur.Et ſi nouerit quod is cuius famam abſtulit,ſciuerit detracto-rē ipſum,tenetur detrahens cōponere cum infamato ꝑ eum, de iniuria ſibi facta,& ve niã poſtulare in propria perſona ſi audet: vel ꝑ alium ſi per ſe aptè non poteſt.Sed ſi ignorat diffamatus detrahentem,reconci-lietur ei tacito nomine ſuo. Secundo mō, contingit fieri detractionem dicendo ali-quod criminale de alio inductiuum infa-miæ coram alijs:ſed verè perpetratum oc-cultum tamen:ſed modo iniuſto contra de bitum ordinem:talis tenetur famam reſti-tuere infamato,quantum poteſt ſine men-dacio: tamen vt ſcilicet, non dicat menda-ciosè ſe illum infamaſſe: ſed dicat ſe malè dixiſſe, & iniuſtè diffamaſſe: vel alio con-gruo modo vt non credatis ipſum eſſe talē: malè dixi, & ſtultè locutus ſum, & huiuſ-modi.

modi. Addit Hoſ. & dicit hoc ſeruandũ niſi ex tali publica recognitione ille infamatus amplius infamaret. & Gul. ad hoc ẽt addit, ꝙ nõ tenetur qñ periculũ ſibi imminet ex potẽtia aduerſarij. Vř inſuper & hoc ſeruãdum qñ crimen quod prius erat occultũ, poſt detractionẽ vel denuntiationẽ factũ eſt manifeſtũ per aliũ modũ quàm per verba illius, nõ tenetur ad hmõi reſtitutionẽ. Qñ ẽt non põt quis famam reſtituere, ſm Tho. ij. ij. q. lxij. ar. ij. debet per aliũ modũ recõpenſare damnum illud. Verùm ſi quis crimen alicuius occultũ reuelat, non ex odio, vel ex loquacitate, ſed ex charitate, vel iuſtitia, vel ex neceſſitate, putà dicit eccleſiæ ſm ordinẽ fraternæ correctionis: vel accuſat eũ corã iudice, vel dicit confeſſori cũ non poſſit aliter peccatũ ſuum ſufficienter declarare: vel ẽt vt confeſſor ore admoneat illũ, vel prælato, vt melius ſibi prouideat, & gregi ſuo: talis non tenetur ad famæ reſtitutionem: ſecundum Petr. de Tharã. Ray. & Alb. Quantũ ad tertiũ damnum, ſcilicet recitando detractiones auditas corã alijs nõ expreſsè aſſerendo, nec tanquã certum dicendo,

cendo,ſed quod audiuit tale vel tale crimē de aliquo quod neſcitur ab auditoribus:dicit Scho.in iiij.di.xv.q.iiij.arti.j.quod talis incautè ſic loquens de alio falſum crimen dicēdo,fortè ille fecit hoc, certè poteſt eſſe quod fecerit:aut dicendo, ego audiui quod ille hoc fecit,niſi ille oſtendat aliquā certitudinem maiorē quàm ex relatione communi,nō aufert ex natura actus illi famam in opinione audiētium : quia ſi illi firmiter concipiunt & credūt illum , de quo eſt ſermo criminoſum , leues ſunt : quia qui citò credit leuis eſt corde , Eccleſia.xix.Verūtamen à ſcādalo puſillorum cauere oportet: iuxta illud Mat.xviij. Qui ſcandalizauerit vnum de puſillis iſtis qui in me credūt expedit ei vt ſuſpēdatur mola aſinaria in collo eius , & demergatur in profundū maris. Et multi ſunt tales puſilli & leues:ideò periculū eſt coram eis talia audita referre. Et ſi hæc fiant intentione mala , ſcilicet lædendi famā eius,nō facilè poteſt excuſari à mortali.Si autem fiat corā puſillis & leuibus ex incōſideratione , durum eſt dicere quòd ſit mortale. Et dicunt aliqui quòd ſi quam ex

tali

tali ratione alicuius notam incurriſſet infamiæ:tenetur famam reſtituere coram illis quibus locutus eſt de illo. Sed ſi non eſſet ſecuta infamia, non tenetur.

Quantum ad quartum damnum, contingit hoc quādo quis accuſatus in iudicio de crimine quod cōmiſit, ſed occulto & non ſufficiēter probabili:negat ſe commiſiſſe,& ſic indirectè crimē imponit accuſatori, oſtēdens eū in hoc eſſe mēdacē:& notat eum de calumnia. Vbi dicit Scotus in ti.ij.di.xv. q.iiij. quod negans ſic nō tenetur retrtactare negationē ſuā: quando negauit in publico verum crimen. Tenetur tamē per quædam uerba ſobria reſtituere famam illi accuſanti, quē indirectè notauit de calūnia. dicendo: Non habeatis eum pro calumniatore. Credo quòd habuit bonam intentionem in accuſando, & huiuſmodi. Econtra cùm qui accuſatur ab alijs falsò de aliquo crimine, & ex dolore torturæ confeſſus eſt crimen quod non cōmiſit: cum ſe infamauerit, tenetur inquantum pōt declarare ſe falſum dixiſſe. Magis enim tenetur quis diligere ſe:& conſequenter conſeruationē vi-

tæ ſuæ & famæ, quàm alios. Et ſi ex hoc ſe queretur infamiàs imò etiã mors accuſatori nõ ei imputatur: ſed malitiæ ipſius accuſatoris, ſi aduertẽter hoc fecit: vt inſipiẽtiæ ſi ex errore hęc fecit. Sibi ergo imputet: quia ad hoc indebitè ſe poſuit cũ periculo alterius. Item nota ſecũdum Pe. de Tharã. quod ex iniurijs illatis quibuſcũq; modis. ſolent tria oriri per ordinẽ in læſo. Primũ eſt rancor in affectu. Secundum eſt ſignum rãcoris in effectu. Tertium eſt actio, cõtra iniuriantem. Primum ſcilicet rãcorem, ſtatim debet dimittere iniuriã, ideſt, nunquam habere. Secundum debet dimittere cùm iniurians petit veniam. Et iſta dimiſsio exterior non eſt aliud, niſi quædam acceptatio ſatisfactionis, vel indicatio recõciliationis verbo vel facto expreſſa: vt cũ offenſus offendentẽ eleuat genuflexo ante eum: vel cum dicit dominus parcat vobis: & huiuſmodi. Tertium autem. ſ. actionem de iniuria, non tenetur dimittere niſi facta ſatisfactione.

Sed aduertendum eſt circa ſigna rancoris, quod quædam ſunt remota, & quædam

propin-

propinqua, quæ ingerũt probabilem ſuſpitionem de rancore: vt cum aliquis nunquã vult iniurianti loqui, vel obuiãs ei diuertit ab eo, aut toruo vultu ſemper aſpicit eum, & huiuſmodi. Et iſta ſigna nulli licet rei inhærere: nec ante, nec poſt ſatisfactionem ſibi factã; quia ab omni ſpecie mali abſtinendum eſt, ſecundum Apoſtolum. Vnde talis non debet talia ſigna facere, per quæ credatur probabiliter eſſe in odio. Signa verò remota ſunt, quæ nõ ingerũt de odio argumentum, licet odium ſequeretur: vt ſunt ſubtractio familiaritatis, & ſeruitionem aliquorum: & ſimilia. Et illa licet retinere omnibus ſiue poſt ſatisfactionem, ſiue ante: dũmodo non fiat malo animo: ſed pro maiori ſui & alterius pace. Nõ autem tenetur iniuriatus quærere pacem ei vel recõliationem iniuriantis ipſo non pœnitente: niſi in caſu ſcilicet cũ crederet probabiliter, quod propter hoc liberaret animam eius à mortali odio: & non eſſet occaſio mali: putà quia ex hoc iniurians ſuperbiret, uel audaciam ſumeret ſimilia faciendi: vel oſtenderet ex hoc iniuriatum alijs offendiſſe ex

huiuſmodi. Hæc omnia Vmber. in expoſitione regulæ. Debet autem fieri ſatisfactio uel reſtitutio famæ, quàm citius poteſt, & adeſt opportunitas ſine aliis periculis.

De quarta damnificatione, ſcilicet rerũ exteriorum.

Notandum primò, quod reſtituenda eſt res rapta uel furata, uel alio modo uſurpati uè habita in propria ſpecie, imò in indiuiduo, ſi ipſa habetur. Nec poteſt dari alia pro ea eiuſdẽ bonitatis: niſi fortè pecunia contra uoluntatem domini ipſius rei. iij. q. j. Reintegranda ſunt omnia ſpoliatis. Et hoc uerum niſi in caſu, cum uſurpatio rei alienæ eſſet occulta: & ex reſtitutione eius in ſua ſpecie detegeretur raptor, uel aliud inconueniens ſequeretur: tunc enim ſufficeret dare pretium eius.

Secũdò notandum, quod ſi ipſa res malè ablata periit morte, ut animal, uel ſibi auſertur, nihilominus reſtituere tenetur, ſecũdum Ray. & alios. Si autẽ determinata eſt in bonitate, uel diminuta in pretio, ſupplẽdum eſt pretium quia debet reſtitui eiuſdem bonitatis, ſecundum Ray. Nam ſi

equus,

æquus uel bos ablatus, eſt penes raptorem debilitatus, ita ut æſtimetur quinq; florenorum qui prius ualebat decem, reſtituet decem, & non quinque. Similiter ſi furatus eſt ſextarium frumenti ualentem tunc ſolidos. xl. cùm uerò reſtituitur, valet viginti: duo ſextaria tenetur redere, vel quadraginta ſolidos: nec ſufficeret reddere ſextarium ſecũdum Ray. & alios, imo ſi illo intermedio, ſcilicet inter uſurpationem & reſtitutionẽ, plus valuit quam tempore uſurpationis, illo pluri pretio reſtituet ſecundum aliquos. Tenetur etiam raptor poſt reſtitutionem damni petere remiſſionem de iniuria, ſaltem per interpoſitam perſonam, vel per ſe expreſſo nomine furis, vel tacito, ſecundum quod qualitas negotij requirit ſcilicet, ſi eſt manifeſtum, vel occultum.

Tertiò nota, ſi eſt res fructificãs, tenetur reſtituere etiã cũ omnibus fructibus inde perceptis: & qui percipi potuiſſent à diligẽti poſſeſſore: putà vſurpans agrum alterius ex quo non percepit de fructibus, niſi viginti ſextaria frumẽti, quia malè fecit cultiuare ubi triginta percipiſſet diliges cultiuator

annuatim: talis reſtituere tenebitur non ſolum viginti percepta, ſed triginta. Similiter ſi equum furatus eſt, cum quo lucratus eſt menſatim florenum vnum, vbi dominus lucratus fuiſſet unum cum dimidio; tenetur reſtituere ad rationem vnius floreni cum dimidio per mẽſem. Et intelligitur hoc deductis expenſis factis in vtilitatem, & conſeruationem ipſius rei neceſſarijs, non tamen ſuperfluis: & expenſis factis gratia colligẽdorum fructuum: huiuſmodi enim deducuntur, tam ad male fidei, quàm bonæ fidei poſſeſſorem, ſecundum Ray. & Tho. ij.ij.q.lxxviij.art.iij. Damna etiam quæ paſſus eſt dominus ex carentia rei ſuæ, tenetur ſatisfacere. extra de iniur. & dam.da.cap.ſi culpa. Tho. vbi ſuprà. Ray.

Item quarto nota, quòd ſi plures concurrerent ad furtum vel ad damnum aliquod faciendum, ita quòd vnus non faceret ſine altero: quilibet tenetur in ſolidum, primò ad totum damnum reſtituendum quouſq; ſit illi ſatisfactum integrè. Illo autẽ reſtaurato per vnum illorum, tenetur poſteà quilibet eorũ pro parte ſua ſatisfacere ei qui

totum

totum reſtituit, ſecundum Thó.Ray.Innó. Hoſt. & Alb.extra de ho.ca. ſicut dignum. puta cùm duo vel plures vadunt ad furandum aliquid. ita ꝙ vnus nõ iret vel faceret ſine altero, ſeu cùm multi ſtipendiarij bellant iniuſtè, ita quòd vnus non faceret ſine altero, præcipuè in principibus. Multi conſilium præſtant ad faciendũ extorſiones, vel expoliandum iniuſtè aliquem ciuem, ita quod ſine aſſenſu eorum non potuiſſet fieri: omnes tenentur in ſolidum. De hoc tamen plenè habes in ij.parte ſum.tit.j.c.xij.

Quintò nota, quod cum duobus, vel pluribus exiſtẽtibus hæredibus vſurarij vel raptoris, ſi alter factus eſt non ſoluendo, ſi vnus eſt tenetur inſolidũ: Si plures ſunt, quilibet tenetur pro parte ſua ad reſtituẽdum quæ vſurariè & vſurpatiuè ſunt accepta ab illo, ſcilicet vſq; ad quãtitatem, quæ peruenit ad illos de hæreditate: nã omnes res hæreditariæ, obligatę ſunt extrà de vſur.c.tua. Concor.Hoſt.Bern.Gof.& Ioã.an. Ad vltra autẽ, quàm percepit de hæreditate prędicti vſurarij vel raptoris non tenetur, quanuis non eſſet per illa ſatisfactum in totum cre-

ditoribus uſurarum, uel rapinæ,

Sextò nota, quòd recipiens à religioſo contra uoluntatē ſuperioris ſui. tenetur illud reſtituere:niſi in extrema neceſſitate illud recepiſſet.ar.xij.q j.c.nō dicatis. Et recipiēs ab ipſo Prælato religioſo ſine cauſa rationabili,ſed ex parētela,vel turpitudine,tenetur ad reſtitutionem monaſterio.

Filia religioſi,etiam Abbatis dotata notabiliter de bonis monaſterij ,tenetur reſtituere dotes: & vir eius ſi hoc ſcit niſi per modum eleemoſynæ moderatè dotaſſet.

Sed quæritur utrum omne lucrum,quod quis fecit ex re rapta,furata, vel per fœnus acquiſita, teneatur reſtituere, vel pauperibus erogare. Ad hoc reſpondetur per diſtinctionem. Aut enim talis res eſt ex ſe fructificans,quæ etiā ſui vſu non conſumitur nec diſtrahitur:vt ager, vinea,plantæ,pratum, domus,iumentum, & huiuſmodi: & de huiuſmodi re debet reſtitui omnē lucrū inde perceptum,ſecundum Tho.ij.ij.q. lxxviiij. ar.iij.& omnes alios. Aut talis res nō eſt ex ſe fructificans, & eius vſus eſt conſumptio: vt granum,vinū,oleum,& huiuſmodi. Aut

diſtratio,

diſtratio, vt pecunia, & metalla: & circa hu iuſmodi res eſt triplex modus dicēdi. Nam quidam dicunt, quod omne lucrum inde perceptū debet reſtitui, vel pauperibus ero gari: quia radice infecta nullus bonus fru ctus ſequi poteſt, ut dicitur. j. q. j. cap. feitur. Cum ergo radix illius lucri ſit uſura. uel ra pina uidetur quod fructus uel lucrū exinde ſit infectū, & obnoxium reſtitutioni, uel co gitationi. Alii dicūt, quod & ſi pecuniam ra ptam uel fœnebrē teneatur indubiè reſti-tuere, etiā damna, quæ paſſus eſt ei qui ſol uit uſurā ex caretia ipſius pecuniæ ſolutæ: puta quia oportuit eum accipere ad uſurā pro ſuis neceſſitatibus: vel vendere res ſuas multo minori pretio, quàm ualerēt: lucrum tamen perceptum ex pecunia fœnebri per licita negotia nō tenetur reſtituere, uel ero gare pauperibus. Et hoc tenent Tho. ij. ij. q. lxxviij. & Richar. in. iiij. diſt. xv. & Pet. de pa lu. in. iiij. diſ. xv. q. ij. art. v. Ioan. and. & Ioā. calde. & Abb. in. c. fin. de uſur. Et ad rationē aliorum dici poteſt, quod radix iuſti lucri nō eſt rapina uel fœnus, ſed induſtria uten tis. Ex ſe enim illa pecunia nihil lucri at-

tuliſſet, & ſic eſt radix infecta, quia induſtria de ſe eſt bona. Sed ſi illa pecunia malè acquiſita vſus fuiſſet in fradibus, & in alijs illicitis acquiſitionibus; tũc radice infecta teneretur. alii dicunt vt Lau. de Ridol. in ſu pradicto tractatu de vſur. quod lucrum ex tali pecunia acquiſitum trifarie diuidetur: & vnam quidem partem habebit vſurarius ipſe, videlicet tantum quantum debetur ex penſæ labori & induſtriæ: quod boni viri dirimetur arbitrio: partemq; aliã reſtituet creditori ſuo, qui ſcilicet ſibi dedit vſuras habito reſpectu ad dandum quod ille ſuſtinuit in bonis ex carentia illius pecunię: vt dicunt Thom. vbi ſupra & ſequaces Reſiduum tanquam incertum dabitur pauperibus. Quod ſic probat. Penes vſurarium nõ debet remanere, ne ſcilicet ex hoc paretur via vſuris, & inſiſtentur homines ad peccãdum. Nec debet creditori reſtitui: quia tũc reciperet vſuras de ſorte ſua. Ergo pauperibus eſt erogandum: quia regula eſt, quod quando aliquid eſt erogandum, & non apparet cui, illud eſt pauperibus dandum. art. xiij. q. v. cap. non ſanè. Ray. etiam conſulit

quòd

quòd poſt reſtitutionem ſolum vſuræ recep-
tę,petat vſurarius abſolutionem ab eo,de
alijs ſi tenetur ad cautelam. Magnæ æqui-
tati videtur initi iſta vltima opinio: tamē
ſufficere videtur abſolutio, quæ dicitur à
beato Tho.cum alia in ſua opinione.

Item quęritur vtrum manifeſto vſurario
præſtante cautionem de vſuris reſtituēdis,
ſi ad preces, eius aliquis fideiubeat pro eo,
teneatur ipſe fideiuſſor creditoribus vſura-
rum: vel Epiſcopo vel pauperibus ad reſti-
tutionem omnium vſurarum extortarum
certarum & incertarum? Ad quod reſpon-
det Lau.vbi ſuprà, dicens,quod Lapus cō
pluribus alijs Doctoribus determinauit ta
lem fideiuſſorem non teneri vltra vires hæ
reditatis principalis,ſed vſurarij:etiam ſi ſe
principalē cōſtituiſſet.Et addit. Hāc etiam
quæſtionē diſputauit Paulus de Leaza. Et
determinauit, quod nō obligatur fideiuſſor
vltra facultates vſurarij:habito reſpectu ad
tempus cautionis: quia ſi tempore cautio-
nis principalis, erat ſoluendo: dato etiam,
quòd facultates ſint poſteà exhauſtę nō re
ſtitutione vſurarum,nec æris alieni,ſed per
alios

alios modos fideiuſſor remanebit ad omnia obligatus, licet enim exceptio inopiæ proſit principali, nõ tamen fideiuſſori. Sed ſi tempore cautionis principalis non erat ſoluendo, non tenetur vltra vires principales. Idem tamen Paul. diſtinguit inter fide iubentem pro cautione, & ſe obligantem ad reſtitutionem vſurarum ex alia cauſa. In primo enim caſu, non tenetur fideiuſſor vltra vires: quia nec vltra vires reſtituere, vel cauere tenebatur principalis. In ſecũdo caſu ſecus, quia principalis eſt obligatus inſolidum: licet habeat exceptionem inopiæ: vel ſimilem, quæ exceptio vtpote perſonalis non dirigitur ad fideiuſſorem.

Item nota ſecundum Rich. in. iiij. diſ. xv. q. v. ar. iiij. in fi. quòd qui damniacat aliquẽ iniuſtè ſua libertate, ſcilicet iniuſtè procurando eum redigi in ſeruitutem: tenetur ſe facere ſeruum pro eo: ſi nõ poteſt eum aliter reſtituere libertati: niſi fortè talis eſſet conditio perſonæ, quæ hoc damnũ intulit, quod notabilirer redundaret in præiudiciũ boni cõmunis: in quo caſu non tenetur ſe facere ſaluum, ſed tenetur ad omne illud

intereſſe,

intereſſe,ad arbitrium boni viri. Quantũcunque quis damnificeret aliquem in alijs poſſeſsionibus,nunquã tenetur pro reſtitutione ſe fecere ſeruũ eius vel alterius: quia dicitur.ff.de re iudic.libertas inæſtimabilis res eſt. Quod autem dicitur Exod.xxiiij. Si autem non habuerit vnde reddat: venundetur:iudiciale præceptum fuit vnde modo nõ obligat, Hæc illæ,vbi ſupra.

Item,qui emit ſeruum,vel ancillam, qui ab initio cũ fuit captus in bello iuſto erat Chriſtianus,vel Chriſtiana,quãuis heretica liberum dimittere debet,nec poteſt petere pretium ab ipſo ſeruo, ſed ab eo à quo emit,ſi inuenit, aliàs ſibi imputet. Sicut & qui emit rẽ alienã ignorãter,cõpertaveritate debet reſtituere domino eius:vel ſi ignorat dominum,pauperibus erogare:nõ ſibi retinere. Si autem non erat Chriſtianus, ſed Sarracenus, Turchus, vel Tartarus, & huiuſmodi:talẽ in ſeruũ emptũ vendere poteſt; & poſteà baptizatũ pium eſt certo tẽpore conuenienti ex ſeruitio habito eum libere dimittere,ſi tamen bene vtitur libertate,non tamen neceſſarium.

Item

Item ſi quis impedit aliquem iniuſtè ab officio vel beneficio iam obtecto, puta procurans ſibi auferri, ex aliqua ſiniſtra cauſa vel falſa: tenetur ad ſatisfactionem de toto ſecundũ Tho.ij.ij.q.lxij.art.iiij.& Rich.in iiij.di.xv. Secus ſi iuſtè hæc procurat: quia meretur priuari ex defectu ſuo. Sed ſi impedit à beneficio conſequendo, non tenetur ad tãtum quantum eſt beneficium, ſed ad arbitrium boni viri, ſecundum Tho.vbi ſuprà, & Richar. quod intelligendum videtur, quando hoc facit ex odio vel malitia. Nã ſi faceret vt ſibi, vel amico ſuo magis ꝓuideretur, quàm illi: putà teſtator aliquis vult legare Titio, & ego rogo, quod magis leget mihi, vel cuidã perſonæ mihi magis dilectæ, & ille ſic facit: talis ſecundũ Pe. de Pal.in iiij.diſt.xv.q.ij.ar.j, nulli tenetur: quia nulli aufert ius ſuũ. Nam illi nullum ius erat acquiſitũ, & nemini facit iniuriã, qui vtitur iure ſuo. Cuilibet enim licet ſe alteri commendare, vt donet ſibi.vel leget præcipuè cùm indiget.

Item, quæritur vtrum clerici teneantur reſtituere illos fructus quos voluptuosè

conſu-

cōſumunt, nō faciētes ſeruitiū in Eccleſiá ſcilicet non officiantes, vel officiando? Reſpondetur ſecundū, Arch. .di.xliiij.§.j.vtiq; tenetur. Et hoc tripliciter. Primò, ratione dati. Secundò, ratione ſacrilegij. Tertiò, ratione odij. Primò ratione dati, nā illa bona tali Eccleſiæ, ideò data ſunt, vt offerāt preces:& ſacrificia pro ipſis qui dederūt, & ex reſiduo alātur pauperes. Ad quod facit verbum Hieronymi dicentis, Tibi ò ſacerdos de altari viuere, non luxuriari permittitur diſ.xiij.§.j.& qui hoc non facit infideliter agit. Secūdò, ratione ſacrilegij: quia defraudant totam Eccleſiā, quam ſuis precibus & officijs iuuare deberent:& ei prodeſſe. Vnde Alex. Papa.: ipſi ſacerdotes pro populo interpellant, & peccata populi comedūt,& precibus ſuis ea delent.j.q.j.ca.ipſi. Tertiò, ratione odij, quia prouocant iram Dei cōtra populum. Grego. Cū is qui diſplicet ad intercedendum mittitur, irati animus procul dubio ad deteriora prouocatur.di.xlix. §.j.quod verum eſt, quando populus eſt in cauſa malitiæ ſacerdotis.

Sed quid ſi facit ſeruitium Eccleſiæ, ſed

in mortali perſeuerat? Reſp.Non videtur teneri de fructibus. Et ratio eſt, quia etiã mali miniſtri,orationes communes,vt officium, & miſſæ proſunt viuis & defunctis, ſecundũ Tho.in.iiij.diſt.xiij.q.pri. art. i.q. v.Item in iij.q.lxxxii art.vi.

Sed quid de horis hominis,nunquid tenetur reſtaurare totũ? Reſp.ſecundũ Arch. ex equitate deberet ſibi iniungi in pœnitẽtia ſi poiſſet:ſed ſi nõ eſt neceſſariũ. Sed in hoc eſt pœnitentia arbitraria ſicut in aliis. Et idem videtur ſentire Pet.de Pal.in iiij

Vbi ſit fienda reſtitutio.

CAP. III.

QVãtum ad tertium principale, ſcilicet vbi fienda eſt reſtitutio.Circa hoc diſtinguendum quia aut perſona cui fienda eſt reſtitutio,ſcitur:aut inquirendo ſciri poteſt, aut omnino ignoratur, Si autem ſcitur,aut inquirẽdo ſciri poteſt: ipſe vel hæres eius ipſo mortuo in loco vbi facta eſt rapina,vſura,vel dãnũ, reſtitutio fiet:ſi vterque ibi eſt, vel vbicunq;adinuicẽ ſe conueniũt creditor & debitor.Si autẽ alter eſt abſens à loco vbi facta eſt vſurpatio,vel damnificatio

nificatio,mittentur expẽſis eius, qui ſe abſentauit de loco. Si igitur eſt abſens is cui fienda eſt reſtitutio: putà quia mutauit domiciliũ, mittet ſibi rẽ ablatã,vel pecuniam ipſe qui abſtulit expẽſis illius cui habet reſtituere. Si verò abſentauit ſe à dicto loco, is qui rẽ vſurpauit ipſe ſuis proprijs expenſis tranſmittet rem vel pecuniam,ſecũdum Hoſtien.& Ioan. And.& hoc per talem modum,quòd non detegatur peccatori ſi peccatum eſt occultum.art.ij.q.j.c.ſi peccauerit. Vel etiam poteſt creditori ſignificari, præcipuè quando eſt multũ remotus à debitore occultè,vel manifeſtè:ſecundũ quòd expedit,& ſecundũ quod creditor ordinat, vel de mittenda illa re,vel reſeruanda, vel aliter dãda,ſic agat debitor,& liber erit. Si autem ſuo proprio motu, rem illam deſtinaret,ſeu pecuniam debitor, & in via periret:vel auferretur, ſibi periret: quia adhuc teneretur ad ſatiſfaciendum, ſecũdum Io. in glo. vel etiam ſi ſperatur, citò venturus ad locum,poteſt ſibi rem ſeruare, & ſecundum Thom.ij.ij.q.lxij.ar.v.ad.iij.Idem in iiij.diſt. xv.q.j.art.v.q.iiij.Hoſt.Ioã.and.in

eodem ſacram deponere, vel alio tuto loco. Aut ſi res eſt parui valoris, & creditor diſtans multum, & abundans fuerit, poteſt etiam ſecundum Guli. pro anima eius pauperibus erogari. Idem tenet glo. in ca. cùm tu. extrà de vſur. Si vero ignoratur, nec per quirẽdo inueniri poteſt, cui reſtitutio fieri debet, tunc eroganda eſt res ablata, vel pretiũ eius pauperibus pro anima illius in loco illo vbi facta eſt vſura, rapina, vel damnum: vel in loco in quo habitatis cui fienda eſt reſtitutio: & hoc ideo, quia melius eſt, quòd vicini inde ſentiant commodum, quàm extranei: tum etiam quia veriſimile eſt ibi reperiri damnum paſſum, vel hæredem eius. Ita notat Hoſtienſ. Ioan. andr. & Ioan. de lig. Vel ſaltem fiat talis erogatio ad arbitrium diœceſani loci vbi factum eſt damnum vel rapina, ſecundum Ray. Si tamen commodè fieri non poſſet in dicto loco cùm hoc non ſit neceſſarium poteſt tũc, & debet alibi fieri, ſecũdum Gul. ſed & beatus Tho. vbi ſuprà in huiuſmodi caſu nil dicit de loco determinato: ſed quòd pro anima illius cuius res erat, debet pauperibus

bus erogare , vnde & M. Hugo peritus in vtroq; iure,& frater Clarus dicebant, quòd cum pauperes ſint vt vnum membrum in corpore eccleſiæ, nec ab hac vnitate ſequeſtrētur propter locorum diſtantiam, ſuffi-it ſi reſtitutio incertorum detur quibuſcunque pauperibus,etiam alterius prouinciæ,quàm vbi facta eſt rapina vel damnum & maximè qui magis ſunt pauperes Chriſti, & vtiliores Eccleſiæ Dei, & ſaluti animarum.Et ex hoc apparet,quòd locus non eſt de neceſsitate reſtitutionis, ſed de cōgruentia.Idem tenet Frede.de ſen.c.xxxij.operis ſui. Vſuræ tamen incertæ extortæ per manifeſtos vſurarios:quomodo debeant reſtitui,& in quo loco, & per quem diœceſanũ,habes in ij.part.ſum.ti.j.ca.x.

Quamuis enim quod habetur in iſto §. non pertineat ad vbi,ſed magis ad quid:tamen hic notabiliter quæritur vtrũ fideiuſſor poſsit repetere à debitore vſuras quas pro eo ſoluit creditori, penes quē pro ipſo debitore interceſsit? Ad quod reſpondet Laud.ridol.quod Ioan.And.in quæſtionibus mercurialibus ſuper regula damnum.

de re.iu.in vj.hanc quæſtionem explanat notabiliter,& ex eius dictis elicit vndecim concluſiones, quarum prima eſt talis.

Non recipit fideiuſſor à debitore obligationem ſciente & contradicente vſuras ſuo ſolutas debitori:nec etiam ſortem,nec quid aliud inutiliter impenſum.Plus eſt.n. contradicere quàm non conſentire: ext.de ſimo.c.ſicut tuis.

Secunda concluſio eſt, Non repetit à debitore ſciente & patiente,ſed non mandante obligationem fideiuſſor vſuras vel indebitum ſolutas,vel ſolutum creditori:& ſibi imputet quòd ſe obtulit.extra,de reg.iu.in c.bona fidès.in ſexto. Repetit tamen fortè indebitum quod ſoluit.

Tertia concluſio eſt,non reperit a debitore ſciente , & mandante ipſum obligari pro ſorte tantum fideiuſſor ſoluens vſuras: tum quia fines mandati exceſſit, tum quia ad illas obligatus non erat.

Quarta concluſio eſt.Non repetit à debitore fideiuſſor vſuras ſciente, & mandante ipſum in omnem caſum, vel ſimpliciter obligari ſiue fideiubere.Patet, quia in generali

nerali mandato nō incluſit indebitum, de quo veriſimiliter in ſpecie non mandaſſet. c.in generali.de reg.iu.in vj.

Quinta concluſio eſt. Repetit à debitore ſciente, & mandante ipſum pro vſuris, cùm ſub nomine ſortis incluſit eas, vt eſt mortis obligari ſiue fideiubere ipſe fideiuſſor vſuras, quando iuſtè credere potuit illā ſortem totum debitum nec præſumere debuit illud indebitū ſub nomine ſortis permittere.extra de præſump.c.qa veriſimile.

Sexta concluſio eſt. Repetit à debitore ſciente & mandante nominatim pro vſuris fideiuberi, ipſe fideiuſſor creditori ſolutas, ſi iurauit illas ſoluere. Et iſta eſt communis opin.extra de fideiuſſor. ca.ij.Et iſtam opinionem approbat Ioan.an.habet tamē fideiuſſor optionem ſoluendi, vel abſolutionem petendi ſicut habet debitor.

Septima cōcluſio eſt.Repetit à debitore etiam nominatim mandante pro vſuris fideiubere ipſe fideiuſſor vſuras creditori ſolutas, etiam ſi nō iurauit creditori illas ſoluere, ſi ipſi fideiuſſori debitor indēnitatem iurauit:dummodo vel propter pignora da-

tà,vel aliã cauſam debitori fuerit expediẽs vſuras ſolui.ca.peruenit.extra de fideiuſſo.

Octaua concluſio eſt. Non repetit à debitore ſciente, & mandãte nominatim pro vſuris fideiuberi ipſe fideiuſſor creditori ſpontè ſoluta, ſi non iurauit creditori illas ſoluere, nec debitor iurauit fideiuſſori indemnitatem:nec expediebat debitori propter pignora data, vel aliam cauſam ipſas vſuras ſolui: & hoc de iure fori.Sed opinio theologorum, quæ ſecundum Ioã.and.multum fauet æquitati, eſt quòd vrgeatur debitor ad ſoluendum in foro conſcientiæ.de re iu.c.ſcienti.lib.vj.

Nona concluſio eſt. Non repetit a debitore ſciente & mandante nominatim pro vſuris fideiuberi, ipſe fideiu.vſuras creditori coactè ſolutas: ſi non iurauerit creditori illas ſoluere: nec creditor iurauit fideiuſſori indemnitatem, nec expediebat debitori: propter pignora data: vel aliã cauſam vſuras ſolui: ſi fuit ipſe fideiuſſor in culpa: vt quia non excepit. Secus ſi nõ fuit in culpa.

Decima cõcluſio eſt, quòd in omni caſu quo poteſt à debitore fideiuſſor vſuras repetere,

petere, debet intelligi ſi nō interuenit fraus perſonæ ad perſonam, ſcilicet conſtituentis ob hoc fideiuſſorem, extra de priui.cap. quanto.

Vndecima concluſio eſt, quod in omni caſu quo poteſt à debitore vſuras repetere fideiuſſor, poterit illas repetere à creditore cui ſoluit. ff.mandati.l.ſi fideiuſſor.§.in omnibus.

Per quos fieri debet reſtitutio.

Cap. IIII.

QVantum ad quartum, ſcilicet, per quos fieri debet reſtitutio. Primo dicendum eſt de incertis. Secundo, de certis. Quæritur ergo vtrum reſtitutio incertorum debeat fieri per eum qui habet reſtituere, vel per alium cui commiſerit: aut ſolum per diœceſanum? Reſpon. Circa hoc ſunt variæ opiniones & contrariæ. Hoſt. ſuper ca.cum tu.extra de vſur.& in c.non ſit. extra de iudæ.& in ſum.ſua de pec.ca. fin.iuxta finem, tenet quòd vnus de caſibus pertinentibus ad Epiſcopum eſt reſtitutio malè ablatorum incertorum. Quod etiam tenet Ioan. an.extrà de pœ. & re.in cap.ſi Epiſcopus, in

glo.lib.vj.& in c.peccatum.de reg.iu.lib.vj. Ad quod videtur facere quod habetur xij. q.j.c.præcipimus. Adducit etiã aliquos qui tenent hãc rationem. Cum huiuſmodi bona incerta ſint pro animabus eorũ: quorũ fuerunt fideliter diſpenſanda, ac per conſequens ſint ad diuinum cultum eo ipſo & ſuſtentationem pauperum ordinata, ſolus autem Eccleſiaſticus prælatus ſit rector & moderator diuini cultus, & pater pauperum, & diſpenſator rerum diuino cultui ordinandarum: vt patet diſt.lxxxvij.cap.diuinæ.& in multis alijs.ca. Ideò ſecundum iudicium eius debita incerta, ſunt per eũ diſpenſanda. Archi. autem in quadã quæſtione diſputata per eũ & in roſario. xxiiij.q.v.c.non ſanè.tenet contrarium: & dicit ſententiã Ho.circa hæc ſupradicta eſſe veram in caſu vbi nullus deputatus eſt à teſtatore qui hoc exequatur. vt xij.q.ij.ca.de laicis. Vbi verè certa perſona deputata eſt à teſtatore, illa perſona debet exequi, vt in d.c.de laicis.extra de te.ca.tua. Imò credo ꝙ ipſe raptor incertus quæ debet pauperibus erogari, poteſt ipſe pauperibus erogare abſq;

licẽtia,vel autoritate Epiſcopi, vel alterius iudicis Eccleſiaſtici: vt ſatis colligitur in d. ca.cùm tu.& hoc innuit etiã clarè glo.j.ca. ſicut dignum. de homi. §. cos. Nec ob illa decretalis.c.cum ſit extra,de iudæ.per quã probat Hoſtien.ſuam opinionem. Nã illud c.loquitur de iudæo non de Chriſtiano: cu ius actus diſpenſatio meritò habetur ſuſpe cta ab Eccleſia quo ad Chriſtianos:ideò iu ſtè & bene dicit ibi ſecundum prouidentiam diœceſani, quæ ſupicio ceſſat in chriſtiano.Et ſi non dubito quòd Chriſtus non habet ſe intromittere de talibus,hæc Arch. Ioan.de lig. idem ſentit & poſt adducit hãc rationem.Qui indebitum extorſit, obligatus eſt ex maleficio : vel quaſi illis quibus extorſit,ſi extant,alias pauperibus.Et regula habet quòd debitor poteſt ſe per ſolutionem liberare.Inſt.qui.mo.tol.obli. per totum.Tu qui dicis cõtrariũ, da mihi caſum expreſſum contra regulam. Nec eſt verum quòd ſit in d.ca.cùm ſit, quia non loquitur in chriſtiano, ſed in iudæo, vt dicit Archi. Hanc opinionem ſequuntur Pau.& Zen. ſuper cle.j.de priuile.Hoc etiam conſuluerunt

runt Ioan.'cal. & Recuperus. Sed dominus Hug. vtriuſque iuris peritus, & frater Clarus vt habetur in quadam ſumma, concordaueruut in hoc, quòd nullum ius expreſſum hoc dicit,nec in decretis,nec alibi:niſi quòd Epiſcopus eſt procurator pauperum. Illud vero adaptatur quòd poteſt procurare de ſuo proprio, ſi habet, vel de bonis eccleſiæ, id eſt, fructibus, vel alijs modis. Sed quia ſacerdotes ſimplices ſunt imperiti pro maiori parte, Epiſcopi vero reputantur ſufficientes in ſciẽtia: hinc inoleuit, quòd huiuſmodi reſtitutiones remittuntur ad Epiſcopos. Vnde ſi confeſſor peritus ſit, & ſciat in huiuſmodi ſufficienter conſulere, non eſt neceſſe remittere ad Epiſcopos. Hæc ibi. Et in hac ſententia eſt Ioannes mo. Hoc etiam innuit Inno. extra de immu. eccleſia. c. quia pleriq; ar. xxiiij. q. iij. c. Si quis romipetas. Ad rationem ſuperius inductam pro alia opinione poſſet reſpondcri quòd quanuis Epiſcopi & Prælati ſint diſpenſatores rerum datarũ eccleſijs, non tamen ſequitur quòd ſint diſpenſatores omnium, quæ ſecundum Deum ſunt in diui-

num

num cultum, & in pauperes eroganda : ſed ſolùm in diuinum cultum iam ordinata, vt reditus eccleſiarum : & huiuſmodi. Nam ſi eſſent diſpenſatores erogandorum omnium, ſecundum hoc eſſent etiam diſpenſatores omnium ſuperfluorum quæ diuites ex diuino præcepto deberent pauperibus erogare : quod à nullo conceditur. Sed & Tho.ij.ij.q lxiij.dicit quòd ſi ille cui debet fieri reſtitutio ſit omnino ignotus, debet ei reſtitui ſicut poteſt, ſcilicet dando in eleemoſynas pro ſalute eius, ſiue ſit mortuus ſiue ſit viuus: præmiſſa tamen diligenti inquiſitione eius, de autoritate Epiſcopi nihil dicit Sco.in iiij. diſ.xv.dicit : Si quæras per cuius manus debeãt talia diſpẽſari, ſcilicet incerta? Reſpondet quòd non inuenio quis neceſſario ſit determinatũs mediator ad iſta pauperibus diſpenſandum. Videtur autem mihi quòd per ſeipſum conſilio nihilominus boni viri põt hoc pauperibus erogare: quia tali mediatori ad diſpenſandum tribui poſſet, de cuius fidelitate præſumeret: & tamen ſibi appropriaret : vel in alios vſus conuerteret quam deberet. Vnde

vbi lex diuina vel eccleſiaſtica non ligat perſonam, ſequēda eſt ratio naturalis. Illa autem dictat quòd qui tenetur reſtituere, magis hoc faciat per ſe, quàm per alium, non excludendo tamen per hoc conſilium boni viri, ſed includēdo. Hæc Sco. vbi ſuprà

Quidam alii faciunt circa hoc diſtinctionem videlicet quantum eorum in quibus competit repetitio: vt furto, rapina, uſura, fraude, & huiuſmodi, diſpēſatio incertorū pertineat ad Epiſcopū. Sed aliorū vbi nō competit repetitio, & ſi erogatio fienda eſt pauperibus, vt in ludo: & iniuſtè acceptis à iudice pro iudicando: vel à teſte pro teſtimonio, à meretrice pro fornicatione, & huiuſmodi: quilibet per ſe poſsit diſpenſare, vel cum conſilio confeſſoris. Ego credo ſecundum opinionem ſcilicet Archid. & ſequētium omnino veram & ſimpliciter, excepto vno caſu, videlicet, in incertis publicorum vſurariorū quē caſum non dubito omnes illos excepiſſe intendere: quia ibi expreſsè & clarius prouidit: vt ſcilicet, per diſpenſationē diœceſani talia incerta determinentur, & diſpenſentur. extra de vſur. c.

quanquàm

quanquàm.lib.vj. vbi traditur forma de hu iuſmodi.de qua habes in ij.parte ſum.tit.j. c.x.In hoc ergo caſu tantum poteſt intelligi illud quod dicitur per tertiam opinionem,ſcilicet,in vſuris publicis incertis.

Et ſi quæratur vtrum Epiſcopus poſsit per ſua ſynodalia hoc ſtatuere, vt ſcilicet, ſibi retineat diſpenſationem incertorum, & aliis non poſsit ſe intromittere? dicit in hoc caſu Ioan.de lig.ſuper ca.cùm ſit.de Iudæis.quòd quicquid dicit Ioan.an.dubium eſt an poſsit.Et Ioan.cal.in quodam conſilio dicit expreſsè quod non poteſt. Hugo & frater Clarus,dicũt quod non poteſt Epiſcopus excommunicare de iure ſacerdotes qui ſe intromittunt de diſpenſatione incertorum.

Quantum ad ſecundũ,ſcilicet, per quos debet fieri reſtitutio certorum bonorum? Ad quod reſpõdetur quòd per eum qui abſtulit, ſeu recepit vſuras, ſeu malè ablata. Poteſt etiam & per quãcunq; perſonã aliã facere. In hoc enim vera eſt regula iuris, qui per aliũ facit, perinde eſt ac ſi per ſeipſum facere videatur.de reg.iur.lib.vj. Si tñ

vitium

vitiũ vſuræ, furti, rapinæ, vel alterius dãni eſt occultum, & reſtitutio occulto modo per ſe, vel per aliũ fienda eſt: vt non detegatur perſona ar.ij.q.j.cap.ſi peccauerit. Caueat etiam diligenter quòd cum per alium facit, ita cautè faciat vt recipiat quę debet & nõ ille ſibi retineat: quia nõ eſſet per hoc liberatus, nec cõfidat de confeſſoribus, nec prędicatoribus, nec quęſtuarijs, qui quęrũt pecunias, non animarũ ſalutem. Et ſi is qui rapinam, vſuram, vel fraudẽ fecit nõ reſtituat, cum hæres teneatur ad omnia onera defuncti inquatum ſufficiat hæreditas, tenetur & ipſe facere dictam reſtitutionem. de vſur.c.Michael. Et eadem ratione hęres hæredis, & ſic in infinitũ: cùm ſcitur ab eis hæreditas oblibata ad reſtitutionem propter vſuras, & rapinas, & damna à prioribus facta. Et vbi nõ ſufficeret hęreditas ad reſtirutionẽ, tenẽtur legatarij, & donatarij, quia nec legari, nec donari poteſt alienum Nec excuſarentur hæredes ſcientes vel dubitãtes vel merito dubitare debẽtes, ex publica fama, vel ex ſcripturis vel ex fideli relatu, teſtatorem illicitos feciſſe contractus

vel vſurarios, ex hoc quòd nullus ponit quẽrelã ſuper hoc, vel poſtulat aliquid ab eis vt debitum. Sed debent dili gẽter inquirere veritatem quantũ poſſunt. Et ſi inueniunt ſic eſſe, notificent vel notificari faciant illis quibus debent ſe offerentes ad reſtitutionem. Et ſi non inuenirentur aliqui, pauperibus eſt erogandũ, alias eſſet in eis ignorantia craſſa, quæ nõ excuſat. di. xxxvij. §. fi. Et quãuis defunctis non proſit illa reſtitutio ſi deceſſerint impœnitentes: prodeſt tamen, imo neceſſaria eſt ipſis hæredibus, ſi volunt ſaluari: quia nõ remittitur peccatũ &c. de re. iu. lib. vj. idem Hoſtien. in. c. à nobis. extrà de ſententia excommunicatio. cum quo tranſeunt communiter doct. Si autem licitam artem exercebat, vel patrimonialia tantùm habebat teſtator nec apparet ex fama vel ſcriptis de illicitis cõtractibus, ſeu alieno, præſumere debent eũ iuſtè acquiſiuiſſe: qa nemo iudicãdus eſt immemor propriæ ſalutis, & diuini timoris. j. q. vij. c. ſancimus. & præcipuè in mortis ar.

Item no. quod dicit Hoſt. in ſum. titulo de vſu. quòd ſi aliqua honeſta perſona, putà

ſacerdos

ſacerdos vel Epiſcopus tractet inter debitorem & creditorem de ſatisfaciendo,& dicat creditori talis mediator: tãtum faciam tibi reddi,ſi ex corde reſiduũ remittas:non decipias me,quia mediator ſum nec debitorem cuius animæ ſalutẽ quæro: & reſpõdet creditor ſe ex toto corde liberare ipſum debitorẽ:quare non dicam ipſum liberatum, non video: nec curo qualitercunque ſit ſatisfactum: dummodo ſit ſatisfactum ei. Si qui mouentur in contrarium, hoc faciunt in odium vſurariorum. Si quis enim ex alia cauſa alii iniurietur, equidem hoc admittit quilibet theologus, quod concordia inter partes poſsit tractari:& pars eius quod deberetur ex pacto remitti: aliàs titulus de tranſactionibus inutilis eſſet: & quare nõ idem de vſuris.Dicẽdũ ergo,& tenendum quòd precibus poſsit vel iuſſu iudicis, vel pactione partiũ remiſsio fieri:& ſic dicam vſurariũ abſolutum.hæc Hoſt. Quæ quidem intelligo vera eſſe in foro contentioſo:non in foro conſcientiæ, vel etiam in foro conſcientiæ quantùm ad ea quæ dubia eſſent vtrum deberẽt dari vel non:quia

rationes

rationes ſunt ad vtramq; partem: uel cùm dubium eſt quantum debeant ſatisfacere pro damno dato. Et ad hæc faciunt rationes quas fecit ipſe Hoſtien. Sed ubi certum uel clarum eſt debitum vel ratione uſurarum, vel alterius vſurpationis, niſi debitor liberaliter remittat illud, quòd remittit etiam ſi de mille tantum decem remitteret: ſi hoc facit quia putat ſe aliter reſiduũ non poſſe habere, nihil valet illa remiſſio facta etiam in publico pacto quo ad animam. Vnde cùm mercator in fortuna paſſus fallit, & occultans multa de bonis ſuis mobilibus, vt nõ perueniãt ad manus creditorum, & quærit compoſitionem cum eis de minori quãtitate quàm debeat: putà cõuenit reſpondere ſingulis creditoribus ad rationem. xv. ſolidorum pro libra: cùm tamen poſſet totum dare, vel cedere bonis: cui compoſitioni aſſentiunt creditores: & ita recipientes liberãte eum de reſiduo, certum eſt quia quo ad Deum adhuc tenetur de reſiduo: cum illi non ſpontè ſed coactè fecerint illam remiſſionem, uolentes illa parte potius carere quàm toto. Quin-

imo & ſi cederet bonis taliter nihil ſibi reſeruando,& non ſufficerent bona illa ad ſatisfaciendum , ſi poſtea peruenerit ad pinguiorem fortunam , tenetur de reſiduo.extrà de ſol.c.Odoardus.

De damnis datis:tempore guerre ad inuicē inter ciuitates,quomodo,& per quos poteſt fieri relaxatio ſeu remiſſio, quando faciunt pacem cum certis pactis & capitulis. Nota quòd in quadam ſummula ſic dicitur:quòd quanuis ſint pupilli multi, & abſentes qui non aſſentiunt: & fortè etiam ali qui contradicunt ex prouectis : qui receperunt damna iniuſtè nec eis eſt ſatisfactum, nihilominus tātum eſt bonum pacis, quod qui habent rempublicam gerere, poſſunt cum conſenſu maioris partis ſubiectorum ſibi pactis pacis ſubdere : & licitè relaxare inuicē dāna data: & ſi fiat relaxatio prædicta tenet,& ualet.nam & hoc modo poſsūt etiā pro bono reipublicæ ſibi tallias,imponere,& huiuſmodi quas gabellas uocant.

De bonis vero clericorum & religioſorum, nō poſſunt laici facere relaxationem: quia nō ſunt eorum foro ſubditi nec de bo

nis

nis eccleſiaſticis permittitur eis aliqua di-
ſpoſitio:ut di.xcj.Bene poſſunt tamẽ hoc ſa
cere Prælati ſpirituales terrarum ad inuicẽ.
de conſenſu,& conuenientia clericorũ & re
ligioſorum qui damna receperunt in guer-
ra. Hanc autẽ relaxationem quo ad laicos
& clericos intelligas de dãnis datis de re-
bus conſumptis. Nam res extãtes vt equos,
pannos,& huiuſmodi, qui habent & ſciunt
ſua non eſſe:vt putà quia bellum iuſtum nõ
fuit ex parte ſuorum:vel ſi iuſtum ab eis ac
ceperunt à quibus non poterant: ipſa tene-
re nõ poſſunt. vnde ſi dominos proprios in
uenire poſſunt,eis reddere tenentur: alias
ſi nõ inueniunt,pauperibus erogare. Idem
uidetur ſi de iuſtitia belli dubitatur. Nã ubi
clarè bellum iuſtum eſt, res acceptæ effi-
ciuntur capientium.diſt.j.cap.ius militare.
quæ tamen debent inter eos proportiona-
liter deſtribui per duces belli: vt.xxiij.q.v.
cap.dicat. niſi per publicum edictum da-
tum ſit unicuique quod capit. Pauperum
autem,& innocentium non uidetur tutum
bona auferre:cum ſint ſine culpa,niſi ſubſit
cauſa: cum ſit aliquis puniendus.de reg.

iur.lib.vj.Pœna tamen temporali frequen-ter puniuntur unus altero diuerſis de cau-ſis:vt.j.q.iiij.per. totum.

De tutoribus, curatoribus,negotiorum aliorum geſtoribus,filijsfamilias, & huiuſ-modi,qui extorſerunt uſuras, vel fecerunt rapinas,fraudes, & damna nomine alieno, ſcilicet,pro pupillis,patronis, uel patribus ſuis,nil tamen eorum peruenit ad eos: ſed ad pupillos, dominos,vel patres eorũ:quæ-ritur utrum per eos poſſit, & debeat fieri re-ſtitutio ipſis pupillis,uel patribus, ſeu do-minis neſcientibus,& inuitis de bonis eorũ ad quos peruenerũt taliter exorta? Reſpó. Dicũt quidam indiſtinctè quòd ſic, in foro conſcientiæ:dummodo non,immineat in-de periculũ uitæ,conſcientiæ, uel famæ, ſi deprehenderetur:aut ſcandalũ ſequatur:pu-tà quia aliquis creditur furatus fuiſſe illa, qui innocens eſt,& huiuſmodi. Tales enim ut dicunt illi,nó committunt furtum,occul-tè illa recipiétes:cum pecunia fœnebri, vel per rapinas & fraudes habita ſit eorum: & ratio eſt quia cùm per efficacem cauſam prædictorum ſcilicet,tutorum, curatorum

&

& huiuſmodi. & per intermedium illorum tale iniuſtum lucrum deuenerit ad manus pupillorum, patronorũ, uel patrũ: & ad reſtitutionem ſint obligati iſti mediatores: iuſtum eſſe uidetur, vt quæ, cauſa illorũ iniuſtè ablata ſunt: nunc iuſtè licentiam habeāt illa ſatisfacere, ne ipſi de proprio ſatisfacere teneantur. ar. ad hoc de regu. iur. ubi dicit Chryſo. Omnis res per quaſcunq; cauſas contrahitur, per eaſdem diſſoluitur. Propterea ad hoc agendum prędicti tenentur, & in hoc gerunt utilē curā ſui, & illorum qui iniuſtè detinēt aliena. Alij aũt perfectius & ęquius reſpondent per diſtinctionem, uidelicet, quia aut tales adhuc habēt in manibus adminiſtrationem rerum illorum, aut non. In primo caſu poſſunt, & debēt reſtituere de bonis illorum: ad quos peruenit lucrum quod habēt prę manibus: ſi nolunt remanere ipſi obligati ad ſatisfaciēdum de ſuo. Et hoc ſiue occultè ſiue manifeſtè cum ſufficiēti cautela, vt ab ipſis nō poſſit poſtea repeti: & ad hoc videtur facere ratio primę opinionis cũ regula prima. Omnis res. Si autem nō habet amplius ad

miniſtrationem , tunc ſubdiſtinguendum eſt:quia aut prędicti rutores, procuratores & huiuſmodi,non poſſunt illa reſtituere de ſuo:puta quia pauperes ſunt,aut poſſunt,& ſi nō poſſunt, ſufficit quòd denunciét principalibus pro quibus fecerunt uſuras,fraudes , & huiuſmodi:qui ignorant quomodo fecerunt pro eis talia illlicita lucra, quę ad eos deuenerunt,vnde & obligati ſunt ad reſtitutionem. Et ſi nō ſatisfaciunt ipſi principales habeant propoſitum ſatisfaciendi de ſuo cùm poterunt. Ad accipiendum autem occultè à prædictis, ad hoc non tenentur, nec debent. Et ratio eſt quia quo ad ſe excuſati ſunt à reſtitutione, ratione impotentię.vt.xiiij.q.vj.ca. ſi res. Quo ad illos pro quibus fecerunt vſuras, vel fraudes auferendo ab eis occultè per hoc non prouidetur ſaluti eorum: cùm remaneant obligati in conſcientia: ex quo ſciunt talia eſſe facta , nec volunt ſatisfacere:& ſic non diſſoluitur peccatū vel obligatio, quo ad ęſtimationem eorum.Sed nec poteſt quis à priuata perſona cogi ad reſtitutionē male ablatorum niſi per iudicē eccleſiaſticum ,vel ciuilem.

tilem. Nec videtur bene poſſe excuſari à furto cum cōtrectet rē alienam inuito domino: cùm in vſura trāsferatur dominium. Per hoc etiam exponit ſe multis periculis. Si autem tales mediatores de quibus dictū eſt, poſſunt reſtituere, cùm illi ad quos extorta peruenerunt, nolunt reſtituere: qui principaliter obligantur, poſſunt petere humiliter non per coactionem vel fraudem à creditoribus vſurarum uel fraudum remiſſionem cùm penes eos non remanſerit pecunia fœnebris: & illi qui eam habuerūt remaneant principaliter obligari: quia remiſſione obtenta liberè & ſpontè, amplius non tenebuntur: ſed tantum principales, niſi & eis fieret remiſſio, quòd ſi remiſſionem facere non uellent: tenetur ſatisfacere de ſuo: & tunc uſque ad quantitatē ſolutā pro illis poterunt oculte accipere de bonis eorum ſi alias per uiam iudicij habere non poſſunt, ita tamen quòd non ſequatur ſcandalum vel periculum, quæ ſemper vitanda ſunt: Vbi autem mediator talis ſic ſatisfecit, debet per aliquem modum cautum, declarare illi qui ſciebat ſe obliga-

gatum,ad illud amplius non teneri: vt putà ſi dicat ſe non curare ab eo illa recuperare quaſi ac ſi donaſſet,vel declarar̄ hæredibus ſuis quòd non recipiant à tali perſona aliquid:vt debitum pro tali cauſa & huiuſmodi. Bona enim fides non patitur ut ſemel exactum,bis exigatur,de reg.iur. lib. vj.

Cui fienda ſit reſtitutio.

CAP. V.

QVantum ad quintũ, ſcilicet cui fienda eſt reſtitutio,ſeu datio rei ablatę, vel alias illicitè acquiſitę?Pro fundamento notanda eſt diſtinctio quam ponit Tho. ij.ij. q.xxxij.art.vij.dicens,Tripliciter poteſt eſſe aliquid acquiſitum. Vno modo quia id quod arquiritur illicitè, debetur ei à quo acquiſitum & extortum eſt:& ſiue non trãſfertur dominium illius in accipientẽ,vt in furto & rapina:ſiue trãſferatur vt in vſura, tamen cõpetit repetito.Secũdo modo,dicitur aliquid illicitè acquiſitũ ita quòd ille qui illicitè acquiſiuit, non poteſt illud retinere:nec tamen debetur illi à quo acquiſiuit,quia ille contra iuſtitiã dedit:& ille cõtra iuſtitiã accepit,vt in ſimonia, & ſimilibus,

bus, in quibus ipſa datio, & acceptio eſt cõtra legẽ. Tertio modo dicitur illicitè acquiſitũ, non quod ipſa aquiſitio ſit illicita, ſed illud ex quo acquiritur eſt illicitũ ex quo transfertur dominiũ nec cõpetit repetitio vt in meretricibus & huiuſmodi. Nã meretrix turpiter agit, & contra legẽ Dei fornicãdo, ſed ipſa acquiſitio vel datio pecuniæ pro huiuſmodi illicitis non eſt illicita: nec contra legẽ Dei: & hoc propriè dicitur turpe lucrũ. De illicitis ergo iſto tertio modo acquiſitis, ſecundũ Tho. vbi. ſupra. & Ray. poteſt dari eleemoſyna: & poteſt etiã retineri, niſi ſuperfluũ per fraudem vel dolum mulier extorſerit: quia illud eſſet reſtituendũ. Et ad hoc pertinẽt lucra facta ex hiſtrionatu illicito, ex duello, ex torneamento: ex certis factis de floribus, & alijs huiuſmodi. quorũ vſus eſt cõmuniter ad laſciuiã: ex de cijs factis ex arte mathematica, ſeu arte diuinatoria, ex lucro negotiationis, aduocationis: vel medicinæ in caſu non conceſſo quo ad clericos: ex his dixerunt aliqui non poſſe fieri eleemoſynam: quia vt dicitur Prouer. iij. Honora Dominũ de tua ſubſtã-

tia, & iterum, honora Deum de tuis iuſtis laboribus,& xiiij.q.v.c.eleemoſyna.& j.q. j.non eſt putanda. Sed hoc non eſt verum ſecundum Tho.vbi ſuprà,& Ray.& alios cõ muniter.Prędicta autem capitula allegata hoc intendunt quod nõ licet dare eleemo ſynã de malè acquiſitis: quæ ſcilicet debẽt certis perſonis reſtitui. vel quòd nõ debet aliquis aliquod facere illicitũ, vt det eleemoſynã & quanuis quidam diſtinguunt,vt dicit Gul.quod in his, quæ prohibita ſunt quia mala, & non puniũtur à iure:niſi in fama: vt moretricum,duellum,& huiuſmodi talia poſſunt retineri. Sed quæ mala ſunt quia prohibita à iure: vt torneamenta, & negotiatio quo ad clericos & huiuſmodi & talia non poſſunt retineri ad vſum ſuum ſed debet pauperibus erogari.Licet hæc diſtinctio videatur eſſe probabilis,tamẽ quia pœnæ ſunt reſtringendæ non ampliandæ, & qui nimis emungit, elicit ſanguinem. Bern.credo quòd in prędictis omnibus caſibus & ſimilibus bonũ eſt & ſalubre quòd pœnitens inducatur ad erogandum pauperibus:non tamen cogendus ad hoc: nec

ſi non

ſi non velit in hoc eſt iudicandus non eſſe in ſtatu ſalutis:ſi non velit huiuſmodi pœnitētiam agere, vel accipere, ſcilicet quòd huiuſmodi lucra pauperibus eroget, niſi in caſibus à iure expreſsis: vt in ſimonia,& idem de eo quod datur iudici ad corrumpēdum eum,& huiuſmodi: vt infrà dicetur. ſecundum ergo Th.Gul.Ray.& Inn.de huiuſmodi debet dari eleemoſyna debito honeſtatis,& cōſilij:non debito neceſſitatis ſalutis. Et ſic intelligitur illud. xiiij.q.v.qui habetis. Nō eſt ergo acceptum ſic reſtituēdum ei à quo acceptū eſt,quia in turpi cauſa melior eſt cōditio poſſidentis. ff.de conditione ob turpem cauſam.l.ob turpem.

De illicitè acquiſitis ſecundo modo, valet cum illud quod ſit acquiſitū nō debetur ei à quo eſt acquiſitum: nec tamē acquirēs poteſt pro ſe retinere. Illud poteſt,& debet de neceſsitate ſalutis, non ſolum de cōſilio, ſed & de honeſtate pauperibus erogari. Et huius ratio eſt ſecundum Tho.ij.ij.q.lxij.ar.v.quia ipſa datio,& acceptio eſt lege prohibita,vt ſimonia.Quidam tamen extendunt iſtum ſecundum modū ad om-

ne lucrum in quo permittitur peccatum in dante & recipiente, non ſolùm in ſimonia, ſed etiam in pecunia accepta ex adulterio, & pro vſura : cum accipit mutuũ ſine cauſa rationabili:putà vt amplius diceтur,& inde ſoluit vſuram.Illam vſuram vt dicunt, qui accipit, retinere non poteſt : nec tamen ei debet reddere, qui dedit:quia turpiter operatus eſt dando mutuum ei quem nouerat non indigere.Sed Thom. vbi ſuprà non dicit,hoc ſed cum datio eſt contra legem. In dicto autem caſu datio pecuniæ pro mutuo non eſt peccatum, ſed accipere illo modo vſurario mutuum, eſt peccatum : quia dat illi occaſionẽ mali. Vnde licet peccet mortaliter ſic mutuũ accipiendo : debet tamen potius reddere illi à quo accepit, quã pauperibus erogare : niſi vbi non inueniretur ille à quo accepit : vel etiam ſi vellet illam vſuram reddere non vſurario:ſed his à quibus extorſit ipſe vſurarius vſuras pro eo ſatisfaciendo pro illa parte: & tunc debet vſurario ſignificare ne iterum illi reſtituat : & præcipuè debet hoc facere cũ licentia Epiſcopi:vt ſi dictus vſurarius vellet ab eo repe-

tere,

tere, Epiſcopus cogat illum deſiſtere à receptione :& ex quo vtiliter geſtum eſt negotium eius, ratum habere debet. Non tamen tenetur ad hoc, ſcilicet inquirere vel dare his quibus debitor eſt vſurarius, ſed ſufficit, ꝙ reſtituat à quo accepit, pauperibus aũt erogare non debet: cũ nouit eum à quo accepit: & põt ei dare, quod expreſsè oſtendit Aug. dicens: Nolite facere eleemoſynas de fœnore, & vſuris xiiij.q.v.c.nolite. Nã cum dat pauperibus, quod debetur certæ perſonæ, non liberatur à reſtitutionis obligatione ad illam perſonam, vt habetur extrà de homici.c.ſicut dignũ. circa.fi. Sed in ſimonia, ipſa datio & acceptio pecuniæ pro ſpiritualibus eſt ꝓhibita. vnde dicitur j.q.j.c.placuit.i. Anthema danti, anthema accipienti. Et ideo nec ſibi retinere valet, nec illi reddere, qui dedit: ſed debet de neceſſitate ſalutis pauperibus erogare, ſi poteſt: vel illi Eccleſiæ, in cuius iniuriam data eſt pecunia, applicari vel aliter prouideri: prout habes in ij. parte ſum.tit.j.ca.v. Similiter in iudicio prohibitum eſt iudici vel aſſeſſori, cum habent certum ſalarium accipere

pere aliquid à partibus pro iudicando vel non iudicando, vel iudicando bene vel malè. Et teſti eſt prohibitũ accipere pro teſtimonio ferendo. vnde Aug. Ideò non debet vendere iudex iuſtum iudicium, aut teſtes verum teſtimonium, quia vẽdit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſconſultus verum conſilium. Illi enim inter vtranq; partem ad examen adhibentur: iſti in vna parte conſiſtunt. xiiij. q. v. c. non ſanè.

Quòd ergo recipit iudex pro huiuſmodi, vel teſtis, pro ſe retinere non poteſt: ſed debet illi reſtitui, q dedit ſi iuſtè dedit: puà vt iuſtè iudicaret intendens redimere quodãmodo vexationem ſuã. Vnde Aug. in d. c. non ſanè. Ille ſolet malè ſibi ablatã pecuniam repetere, qui iuſtum iudicium emit, quoniam veniale eſſe nõ debuit. Sed ſi pecunia data fuit iudici ad eum corrumpendum vel teſti ad falſum teſtimoniũ dicendum, vel alicui ad falſo accuſandũ, vel aduocato ad iniuſtè aduocandum, illi datori reddi non debet: quia turpiter dedit, nec ſibi retinere debet, ſed pauperibus elargiri, vel illi in cuius dãnum, ſiue iniuriam

data

data eſt: & præcipuè ſi ex hoc amiſiſſet iuſtam cauſam. Habetur hoc in d.c.nõ ſanè. prout ibi no.Ioã.And.& Archi.& ij.ij.q.iij. ca.quę rectè. & Inn.extrà de immu.eccl.qa plerique. Ray.& Hoſt.in ſum.Similiter inferiores officiales, & nuntij miſſi in huiuſmodi,& aliquid extorquentes per improbitatem vt denarium paruũ, & huiuſmodi, tenẽtur pauperibus erogare:& hoc vbi certum ſalarium recipiunt: vt dicit glo.in ca. non ſanè. Nam cùm ſalarium ſufficiens recipiunt,ſi qua extorquẽt, debẽt reſtituere, ſi eſt quid notabile. Et idem videtur dicendũ de notarijs, & huiuſmodi, qui in officio exercendo exigunt aliquid à perſonis. Si enim habent ſufficiens ſalarium, tenentur ad reſtitutioné eorum, quæ accipiunt.Nec videtur excuſare conſuetudo, cùm ſit irrationabilis. articu.xxiij.q.j.ca.militare. vel pauperibus erogare: ſi de facili non poteſt inueniri. Si verò ſalarium non haberent, uel non ſufficiens, credo quòd conſuetudo non excuſaret: quia nemo cogitur ſuis ſtipendijs militare.

Inſuper de his qui acciqiunt pecuniã ab accuſa-

accuſatis,vel incarceratis, antequàm profe ratur ſententia contra eos, vt intercedant pro eis,& liberentur.Sciendum,quòd ſi accuſati vel incarcerati ſunt culpabiles, vnde & merito condemnandi, illam pecuniam nec reddere debēt datoribus: quia turpiter dederūt,nec ſibi retinere poſſunt: quia turpiter acceperunt impediētes iuſtitiam: ſed debet pauperibus erogari. art.xiiij.q.v.qui habetis.Si vero ſunt innocentes,& ad redimendam ſuam vexationē dederunt,& procurādam ſui liberationem, ſi interceſſores eorū ſunt officiales ſalariati, aliàs pecuniā pro hoc receptam reddere debent, nec pauperibus erogare: niſi datæ fuiſſent per modum doni & liberalitatis: & præcipuè poſt liberationē: quia tunc retineri poſsit.art.i. q.ij.c.ſicut Epiſcopum.Et ſimiliter ſi interceſſores nō ſunt officiales ſalariati: ſed præcipuè perſonæ laborando, pro huiuſmodi iuſta liberatione, iuſtè faciunt: & quod eis datur iuſtè retinere ualent.

Idem de pecunia data pro adulterio cōmiſſo uel committēdo quāuis quidam dicant,quòd debet dari, non ei qui dedit,nec

ſibi

ſibi retineri, ſed ei dari in cuius iniuriã data eſt, ſcilicet marito, ſi vxor eius commiſit adulteriũ: ex quo pecuniam habuit, videtur ꝙ potius debeat pauperibus erogari: niſi ille maritus eſſet pauper: quia propter paupertatem poſſet etiam confeſſor ipſi mulieri tanquam pauperi dimittere. Et ſimiliter de viro cõmittente adulterium quo ad vxorem caſtè viuentẽ: & videtur eſſe in huiuſmodi quaſi idem ius: ſicut in turpi lucro vt in meretricio, quod etiã poteſt retinere ſic acquiſitum: niſi quod leges prohibent adulteria, & puniunt: nõ autem ſimplicem fornicationem, & meretricia. Nihilominus de pecunia data pro adulterio nihil ſtatuunt, ſicut de pecunia ſimoniaca; & alijs huiuſmodi: vnde pauperibus erogari potius inducendi ſunt. xiiij. q. v. c. non ſanè.

De acquiſitis per ludos fortunæ, extra illos caſus in quibus debet acquiſitũ pro huiuſmodi reſtitui, debent pauperibus erogãri: quãdo etiam poſſet ſibi retinere. Sed de hoc in ij. parte ſum. tit. j. ca. xxiij. de illicitè acquiſitis primo modo, id eſt, cùm debetur illud quod acquiſitũ eſt: vt in furto, rapina

vſura & huiuſmodi: Regula eſt, quod huiuſmodi ſunt reſtituenda ſpoliatis, ſiue ſint domini illarum rerum, ſiue ad eos ſpectet dũmodo conſtet rem nõ fuiſſe ablatam: vt accidit in pignore, depoſito, cõmodato, & huiuſmodi. Licet enim tales, qui habent pignora depoſita, & huiuſmodi, non ſint domini illarũ rerum: tamen ex honeſta cauſa illa tenẽt. Ideo his debẽt reſtitui talia ablata, non dominis ipſarũ rerum. Et ſic intelligo illud iij. q. j. c. reintegranda ſunt omnia ſpoliatis, &c. extra de reſtitu. ſpolia. per totum. Si autẽ res ablata eſt ad eo, qui iniuſtè habuerat, putà per furtum, vel per rapinam, reſtituenda eſt domino illius rei: non illi furi. Quãuis autem malè faceret talis reſtituendo furi à quo ipſe acceperat, & nõ domino rei ipſius quem nouit: tamen ſecundum Guli. liberatus eſt ab obligatione reſtitutionis: quia re poſuit rem in priſtinũ ſtatum, & gradum. Quidam tamẽ dicunt, quòd illud quod acquiritur ex vſura mentali tantum, non debet illi reſtitui, qui dedit: quia id à ſe voluntariè abdicauit. Nec tamen ſibi debet retinere: quia contra legem

gem accepit.extrà de.vſur.c. conſuluit. ſed debet pauperibus erogari.arti:j.c.ſicut dubiũ.ext.de homi.de vſu.c. cũ tu.Sed iſta iura inducta videntur eſſe per talem opinionem:Nam ibi dicitur, quòd debent ablata reſtitui eis quorum fuerunt, ſi reperiuntur: vel eorum hæredibus.Nec aliquod ius, nec aliquis doctor ſolennis facit iſtam diſtinctionem inter uſuram mentalem, & pactionalem,vt prima debeat reſtitui ei qui dedit ſecunda autem non, ſed pauperibus erogari.Sed ſicut indiſtinctè dicit Auguſtinus de acceptis per furtũ,& rapinam, quòd debent reſtitui non dari pauperibus, ſic inquiens: Qui cõtra ius ſocietatis humanæ, vi,rapinis,inuaſionibus,oppreſsionibus aliqua abſtulerint,reddenda potius, quàm donanda cẽſemus,Zachæi publicani exemplo xiiij.quæſt.v.cap.non ſanè. Ita & indiſtinctè idem de vſuris. Nolite eleemoſynas facere de vſuris. q.ea. cap. nolite: quaſi dicat: Hæc reddenda ſunt,non pauperibus danda cùm ſcilicet inueniuntur, qui dederunt ipſas vſuras.

Et cùm dicitur, ꝙ qui dedit vſuras voluntariè

luntariè illud à ſe abdicauit. Reſpon.quod ſi dedit ex liberalitate, & per modum doni verum eſſet: & tunc recipiens hoc faciens, non tenetur reſtituere, nec pauperibus dare. Sed ſi dedit ratione mutui principaliter non abdicauit illud voluntariè, ſupple,ſed cõditionatè:nec mutuans reputaret ſe grauatum, & iuſtum ingratum: & ſic alia vice non inueniret mutuum; & ideo ſibi debet reſtitui vſura. Si autem nil accepit vltra ſortem,quauis hoc non intenderit, in nullo tenetur,nec illi, nec pauperibus. Ad hoc facit, quod dicit in directorio iuris. Ibi enim dicitur, quòd vſurarius mentalis inducendus eſt in foro pœnitẽtiali, vt reſtituat.per c.conſuluit. de vſur. Et ſubditur infrà quòd in foro Eccleſiæ,vſurarius mentalis iudicãdus eſt malè agere, & eſt inducendus, non compellendus,vt ſic accepta reſtituat, nec tanquam vſurarius eſt puniẽdus in foro iudiciali, ſed quo ad Deum re vera vſurarius eſt,& tenetur reſtituere ſic accepta. Et ſic intentio cum effectu facit vſurarium.vt in d. c.conſuluit. & xiiij.q.iij.ca. ſi fœneraueris. Hæc notant Bern.Inno.Hoſt.& Goff.

Pro

Pro huiuſmodi autẽ maiori declaratione ſciendum quòd in re quæ debet reſtitui, ſe aliquis tripliciter poteſt habere, quia aut eſt verus dominus, aut hæres eius, aut ſolum eſt diſpenſator, circa ipſam rem.

In primo caſu, cum ſcilicet eſt verus dominus rei ablatæ, debet ſibi reſtitui, ſi poteſt. iij. q. j. c. reintregrāda, & ferè per totam quæſtionem. Et hoc niſi in iuſto bello, vel iuſto edicto imperiali vel Eccleſiaſtico, ille cui res ſublata eſt, priuaretũ iure re habendi ſimpliciter, vel ad tẽpus. Nam cum cõtingeret hoc, putà quia tanquã hæreticus condemnatus eſt dominus rei: vel de crimine læſę maieſtatis cõuictus: in quibus caſibus omnia confiſcantur poſt ſententiam, ſuper hoc non ſibi, ſed fiſco debent omnia ſua applicari. extrà de hære. ca. excõmunicamus. Inſuper ſi dominus rei ablatę: nõ habet adminiſtrationem bonorum ſuorum vt pupillus, debet illud reddi tutori, vel curatori.

In ſecundo vero caſu ſcilicet cùm legitimus hæres eſt, ſi debent ablata reſtitui: ſed cum tali diſtinctione, ſecundum Ray. quia ſi hæredes ſunt plures, vnicuiq; ſeundum

propoſitiones ſuæ hæreditariæ partis reſtituendum eſt. Si autem hæres in aliqua determinata quantitate cõſtitutus ſit puta in cã. vel in domo & non plus: tunc reſtitutio nõ fiet hæredi: ſed illi vel illis quibus teſtator commiſit diſpenſationem bonorũ ſuorum. Si vero defunctus in morte ſua, bona legauit pauperibus, & pijs locis, quibus illa legata ſunt, acquiritur ius in bonis defuncti præſentibus & futuris, vnde & eis debet reſtitui. In tertio caſu, ſcilicet, cũ eſt diſpẽſator rerum, vt Epiſcopi, & alij Prælati eccleſiarum, & gubernatores hoſpitalium, eſt diſtinguẽdum. Quia cùm dant aliqua aliis aut dant de rebus ſuis propriis, puta à patrimonialibus vel per induſtriam acquiſitis, ſicut ſcripturæ, doctrinæ & huiuſmodi: & de huiuſmodi dando quibuſcunque etiam malis: vt meretricibus, & hiſtrionibus, quanuis grauiter peccent: vt illud. lxxxvj. diſt. c. donare tamen non tenentur ad reſtitutionem, nec illi qui huiuſmodi recipiunt ab eis: ſecundum Ray. & Guli. Aut dant de fructibus eccleſiarum ſuarum, & locorum piorum ad menſam eorum, ſeu vſum ſpecialiter

ter deputáti: & tunc etiam malè vtendo, & dando malè faciunt: non tamen tenentur ad rationem ipſi, nec qui recipiunt ab eis, niſi reciperent per extorſiones, fraudes, & uiolentias, & huiuſmodi: tunc tenerentur. & hoc ſecundum Tho. ij.ij. q. lxij. artic. v. Item. q. clxxxv. & ſecundum Guli. Aut dant de bonis Eccleſiæ deputatis ad cultum diuinum, vel capitulo diſtribuendis, aut pauperibus erogandis ſpecialiter: vel cùm etiã ſimpliciter committuntur diſpenſationi ſuæ ſine diſtinctione ſibi deputatorum ad vitam ab alijs: & tunc ſi dant cauſa neceſſitatis, ſeu eleemoſynæ, bene faciunt: nec ipſi tenentur, nec qui recipiunt ad reſtituendum: niſi darent de his quæ ſunt diſtinctè deputata clericis: quia tunc tenentur eis de eo, quod abſtulerunt ab eis, quia non danda eſt eleemoſyna de alieno. xiiij. q. v. c. neq;. Si dant perſonis honeſtis pro patrocinio, & labore quem impendit eccleſiis, etiam laudabiliter faciunt: & hoc ſecundũ quantitatem laboris & induſtriæ. Eccleſiaſticis enim vtilitatibus ſeruientes. Eccleſiaſtica oportet remuneratione gaude-

re:vt xij.q.ij.quicunq; ſuffragio. Nec ergo Prælati dantes, nec recipientes pro huiuſmodi tenentur in aliquo reſtituere. Sed ſi dant ratione parentelæ, cum tamen non indigeant, vel cauſa fauoris humani erga principes, niſi facerent ad redimendam vexationem quo ad tyrannos, & ſimiles, vel dant cauſa turpitudinis, vt meretricibus,& huiuſmodi: tenentur ad reſtituendum quæ ſic malè dederunt: non quidem de bonis Eccleſiæ: ſed de bonis patrimonialibus ſi habent: vel per induſtriam acquiſitis. Illi etiam qui alia quæ alijs debebantur malè accipiunt, tenentur reſtituere: niſi ipſe qui dedit ſatisfeciſſet. Tho. vbi ſuprà. Debent autem dare, vel ſucceſſori eius qui dedit, vel in vtilitatem Eccleſiæ conuertere cum licentia ſuperioris: vel pauperibus erogare: ſi illa pauperibus debebantur. Qui autem recipiunt à religioſis propter iniuſtam cauſam, vel ſine licentia ſuperioris, debent reſtituere prælato ipſius monaſterij, vel conuentus: vel alias in vtilitatem monaſterij conuertere, vel expendere: præcipuè ſi ipſe prælatus fuit qui malè dedit. In omni autẽ

caſu

caſu ex ſupradictis debet fieri ita quòd peccatum quod eſt occultum, non manifeſtetur: & ita quòd non ſequatur maius ſcandalum. articulo j. diſtinc. xiij. capitulo duo. Qui autem tenentur alicui eccleſiæ vel loco pio, debent illud dare gubernatori, ſeu rectori eius loci: niſi ille rector non haberet iuſtum titulum, ſed vſurpatum, vel probabiliter credat male vſurum. Tunc enim poſſet in vtilitatem illius loci conuerti vel ſucceſſori reſeruari.

Cur fienda ſit reſtitutio.

Cap. VI.

QVantum ad ſextum ſcilicet cur ſit fienda reſtitutio ad hoc, ſcilicet, ſecundum Thomam ij. ij. quæſtion. lxij. aſſignat rationem, videlicet quia reſtitutio eſt actus iuſtitiæ. Ad iuſtitiam autem habendam & exercendam quilibet tenetur. Conſiſtit autem iuſtitia in quadam æqualitate, quæ tollitur per vſurpationem, & detentionem alienæ rei & reparari non poteſt, niſi per iteratam dationem, ſeu per aſſignationem rei cuius erat, ſi poteſt: & ideo tenetur reſtituere.

Sed

Sed nota quòd ſicut quilibet qui eſt ſui iuris poteſt donare rem ſuã, ita poteſt etiã remittere rem ſibi debitam gratis: & rela xare ſuo debitori. Quæ remiſsio ſiue donatio liberè factã ſine fraude & coactione, poſtquam facta eſt per pœnitentiam non poteſt reuocari: vt dicit Ray. ar. vij. q. j. cap. quàm periculoſum.

Sed ſciendum quòd illi qui ponunt ſe in manibus creditorum, promittẽdo ſeu offerendo ſe ad dandum quòd peterent, rogan tes tamen quòd totum vel partẽ dimittant ſed non intendunt reſtituere, imo ſperant quòd pro nihilo vel modico quietabuntur; alias non ſe ponerent in manibus eorum: à peccato quidem rapinæ, vſuræ ſeu alterius malæ vſurpationes non ſunt abſoluti: quia peccatum per pœnitentiã & confeſsionem dimittitur, quam illi verè non habente. Sed vtrũ abſoluti ſint à debito ſeu obligationę reſtituẽdi? Diſtinguendũ, ſecundum Egi. in quolibet: quia ſi creditor propria voluntate, & liberalitate dimiſit, & donauit non curans quicquid debitor intenderet, non tenetur ipſe debitor amplius reſtituere: ſi ei

clarè

clarè conſtat. Secus autem ſi creditor dece
ptus,vel coactus,vel deſperatus,id eſt,quòd
nunquam ſperabat ſe illud debitum ab eo
poſſe habere, vel non poſſe habere totum:
& ideo potius voluit habere partem. quàm
nihil dubitans ne nihil haberet. ſi totũ vel-
let bebere. Talis enim remiſsio non valet:
& adhuc obligatur ad reſtituendum.

Sed quia hæc materia eſt multum vtilis
& neceſſaria ſciri, & in frequenti practica:
ideo ſerioſius & plenius tractanda: & quid
ſentiant doctores in hoc referendam.Cùm
ergo quæritur vtrum vſurario, vel cuilibet
alteri qui habet aliena,ſufficiat in foro con
ſcientiæ remiſsio ſibi facta ab his à quibus
extorſit vſuras,vel alia malè ablata: vel ab
hæredibus eorum, ſi illi nõ viuunt? Reſpon
detur diuerſimodè à diuerſis: vt patet in §.
ſequen. Girad.de ſenis or.hære.aſſerit quòd
habens malè ablata niſi reddat,aut ſufficiẽ
tem faciat cautionnem, non poteſt liberari
ri à ſua obligatione per alium modum:cùm
poteſt aliquo modo reſtituere:nec enim po
teſt deobligari.

Primo,nec per viam remiſsionis.

Secundo,

Secundo,nec per viam ſatisfactionis.
Tertio,nec per viam liberationis.
Quarto,nec per viam tranſlationis.
Quinto,nec per viam damnationis.
Sexto,nec per viam renuntiationis.

Septimo, nec per viam conuenientiæ & diſcretionis. Inducit ad hoc has rationes quæ non videntur multum vrgere: ſed ſine multa difficultate ſolui poſſunt per eos qui tenent ꝙ abſque actuali reſtitutione poteſt tolli obligatio malè ablatorum ab eo qui obligatur per quẽlibet horum modorum: dummodo nihil fiat in fraudem,vel per metum,vel per deſperationem,ſcilicet non rehabendi: ſed liberè ſponte, gratis & ſcienter. Si enim fraudulenter,coactè,vel huiuſmodi fieret talis de obligatio,locum habet quod dicit non aliter.

Quod nõ poſſit tolli talis obligatio per viã remiſſionis, niſi reſtituatur, probat ſic. Nullus eſt capax remiſſionis niſi à peccato prius deſiſtat:licet habẽs rem malè ablatã, quandiu remanet obligatus ad reddẽdum non debet deſiſtere à peccato. ergo non eſt capax remiſſionis: & per conſequens obli-

gatio

gatio illa tolli non poteſt per viam remiſſionis. Ad quod facit regula, Peccatũ de re. iu. in vj. Reſtitutio enim per quã obligatio tollitur, eſt præuia remiſſioni: vnde non videtur remiſſio fieri: niſi per reſtitutionem tollatur prius obligatio. Sed ad hoc reſpondetur. Maior põt intelligi dupliciter. Vno modo, vt intelligatur de remiſſione debiti rei ablatę: & ſic videbitur falſa. Nam poteſt alicui remitti debitum ſi vult creditor libere & ſpontè: quanuis ille debitor non intendat dare: & non ſibi amplius obligabitur, ſecundum Egi. Secundo modo vt intelligat de remiſsione peccati: & tunc eſt vera maior & minor falſa. Nam habens male ablata ſi non poteſt reſtituere vllo modo, remanet obligatus ad reſtitutionẽ cùm poterit extra de ſolu. cap. Odoardus. & tamen deſiſtit à peccato ſi pœnitet: & proponit reſtituere in futurum. Sed & ſi poteſt reſtituere: ſed malè, & hoc intendit facere ſi creditor non remittat, talis etiam adhuc remanet obligatus ad reſtituendum, & tamẽ deſiſtit à pecato pœnitendo. Et quod ſubdit ex regula Auguſt. peccatum. de regulis iuris.

iuris.lib.vj.quod reſtitutio eſt prçuia remiſſioni.verum eſt de reſtitutione, non ſolum actuali,ſed etiam mentali: & in propoſito, & in æquiualenti.

Quod non tollatur per viam ſatisfactionis probat ſic. Satisfacere eſt peccatorum cauſas excidere, & eorum ſuggeſtionibus aditum non indulgere de pœ.diſt.iij. ca.Satisfactio, circa princ. Cùm ergo ablatio & detentio rei alienę ſit cauſa peccati:niſi ipſa cauſa peccati excidatur,quod ſit per oppoſitum ſuum, ſcilicet reſtitutionem, niſi reſtituatur, videtur poſſe ſatisfacere quantuncunque acceptet creditor. Inſuper cum per ſatisfactionem non ſolum reparetur amicitia, ſed etiam æqualitas iuſtitiæ, quæ ablata erat per vſurpationem, & detentionem alienorum, niſi tollatur cauſa iniuſtitiæ & inæqualiatis, quæ ſit per reſtitutionem ſubtractorum dum creditori redditur quod minus habebat,quàm debebat ab ipſo vſurpatore: qui plus habebat quàm debebat, non reparabitur iuſtitiæ æqualitas, & ſic non fiet ſatisfactio, niſi reddat ablata, ſatisfactio enim fieri debet per ipſum

debito-

debitorem, qui violauit iuſtitiam, vſurpando aliena, non per creditorem. Ad hoc reſponderi poteſt, quod vtique peccati cauſa excidi non poteſt: niſi per reſtitutionem: ſed reſtitutio non ſolum fieri poteſt actu, ſed etiam mente & propoſito: alias qui non poteſt reſtituere cùm nil habeat, ſequeretur quòd non poſſet ſatisfacere pro peccatis: quod eſt falſum. Similiter etiam ęqualitas iuſtitię reparari poteſt, non ſolum per actualem reſtitutionem, ſed etiam per alium modum per quem creditor vel iniuriam paſſus, reputat ſibi ſatisfactum. Fit quoque in huiuſmodi remiſsione ſatisfactio per debitorem qui violauit iuſtitiam, dum habet animum paratum, & ſe offert ad reſtituendum, ſi non remittit. Tertio probat quòd non tollatur per viam liberationis ſic. Chry. dicit extra de reg. iu. c. omnis. Omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur. per eaſdem diſſoluitur. Sed obligatio talis iniuſti detentoris naſcitur per ſolam eius deprauatam voluntatem, ſcilicet rapiendo, vel tenendo, vel detinendo rem alienam, ergo diſſolui non poterit niſi per volunta-

tem ſcilicet rectificatam, ſcilicet in reſtituẽdo ablata. Et ſic videtur quòd non ſufficiat voluntas eius cui fieri debet reſtitutio ad tollendam obligationem, cum non fuerit cauſa ipſius. Ad quod reſponderi poteſt, quòd uoluntas deprauata vſurpatoris, recti ficari poteſt, non ſolùm per actualem reſtitutionem, ſed per intentionem voluntariã reſtituendi: ſi ille ſpõte voluerit remittere: & ſic non ſolũ volũtas creditoris, ſed & debitoris voluntas, quæ fuit cauſa obligationis, cõcurrit ad liberãdũ obligatorẽ: dũ ſe offert ad ſatisfaciẽdum creditori ad placitũ.

Quantum ad quartum ſcilicet per viam translationis, & acquiſitionis dominij probat quòd nõ poſsit tolli obligatio ſic. Præſuppoſito quòd in uſura non transferatur dominium, ſecundum quoſdam; tunc aſſumitur talis regula. Nulli poteſt in re detinenda iuſtus titulus aduenire, niſi prius iniuſtus auferatur titulus. Nam iniuſtus titulus nõ poteſt auferri abſq; hoc quod iuſtus titulus acquiratur: & econuerſo. Et idcirco erit alia actio, per quã iniuſtus titulus tollitur, & per quam iuſtus titulus acquiritur.

Nulli

Nulli ergo aduenire poterit iuſtus titulus per aliquam actionem, niſi ei auferatur iniuſtus titulus per aliam actionem. Sed illis: qui aquirunt dominium in re detinēda, ad uenit iuſtus titulus per dominij acquiſitio nem: ergo ſi prius habuit iniuſtum titulum per rei alienę uſurpationem & detentionem, oportet quòd dictus titulus iniuſtus auferatur per eiuſdem rei reſtitutionem ante dominij acquiſitionem: & ſic non eſt capax dominij ante reſtitutionem. Et multo fortius in furtis, & rapinis, in quibus ſecūdū omnes non transfertur dominium. Sed ad hoc reſpondetur, quod ut dictum eſt, etiam reſtitutio per quam aufertur iniuſtus titulus in foro conſcientiæ fieri poteſt non ſolū manualiter, ſed etiam mentaliter: dum ſcilicet eſt paratus reddere realiter: ſi non uult dimittere, & ſic ablato iniuſto titulo per ſpontaneam & liberam remiſsionem creditoris acquiritur dominium.

Quantum ad quintum, quod non poſsit tolli per uiā donationis, probat ſi per has propoſitiones. Ille cui reſtitutio fieri debet, donare nō poteſt priuſquàm ſit reſtitutus.

Et ipſe iniuſtè detinens aliena anteq̄ reſti-
tuat ablata,certificari non pōt de tali dona
tione, vtrū ſit vera donatio.Primā ſic pro-
bat.Donatio niſi ſit libera, non eſt donatio
vera.ff. de adimen.leg.l.rē legatā. Iſte autē
qui aliter donat.ſ.anteq̄ ſit reſtitutus,nō li-
berè donat, quia non liberè illud hēt. cùm
non actualiter habeat. Et ſi dicatur q̄ reſti
tuendus liberè pōt habere:& per cōſequens
liberè pōt donare: quia detentor bonorum
ſuorū paratus eſt reddere. Talis inſtātia ni-
hil valet: quia reſtituēdus certificari nō pōt
q̄ talis habens ſua malè ablata, ſit paratus
ad ea reſtituēda:niſi ea ſtatim cum pōt red
dat:vel pro eis reddendis ſufficientē cautio
nē faciat:quod pertinet ad ſecundā propo-
ſitionē.Nā & ſi videantur aliqua ſigna: qui
bus ſe paratum ad ſatisfaciendum oſten-
dat:non probantur eſſe ſufficientia,cum il-
lis vti poſſit ita ille qui non habet inttētio
nem reſtituendi, ſicut ille qui habet.Et ta-
lis alienorū detentor iniuſtus, cui donatio
ſit,ante reſtitutionē non pōt eam vt veram
donatinē acceptare vel accipere cum bo-
na conſcientia.Ad quod reſpondetur quòd
don ari

donari poſſunt non ſolũ res habitæ, ſed ẽt iura & actiones, & quæ ſprãtur haberi. Nec propterea põt dici ꝙ nõ ſit donatio libera, qnia res actu nõ hr̃. Et cùm ho c negotium agatur, & diſcutiatur ſecundũ forum conſciantiæ: vbi credendũ eſt cuilibet pro ſe, & cõtra ſe, & nemo ſit arbitradus immemor proptię ſalutis: vt dr̃. j. q. iij. ſancimus ex quo debitor offert ſe paratum ad reſtituendũ ſi vult, rogat tamen vt donet non coactus, nõ deceptus, ſed ſpontaneus, poteſt ſibi perſua dere, & credere liberè donaſſe, præcipue ſi non egeat multum. Nec enim præſumitur de facili quis proijcere ſua, & donare.

Quantum ad ſextum, ꝙ non poſſit tolli per viam renuntiationis, probat ſic. Vbi renuntiatio nõ habet locum, obligatio tolli non poteſt per viam renuntiationis: ſed antequã fiat malè oblatorũ reſtitutio, non poteſt ille cui reſtitutio fieri debet, renũtiari: ergo non poteſt tolli obligatio detinẽtis aliena iniuſtè per viã renuntiationis. Maior eſt nota. Ninor probatur. Nam renuntiatio illa quæ fit à ſpoliatore antequam reſtituatur, ipſa decernitur eſſe nulla: ſicut patet. iij.

q.j.c.Epiſcopis.& extra de reſt.ſpo.cap. ſolicitè.& hoc ideo quia præſumitur nō liberè fieri,quia non eſt ueriſimile quòd ſpōte iuri ſuo renuntiauerit,qui renuntiat ſpoliatus. Sic in propoſito uidetur dicēdū quòd renuntians creditor non reſtitutus, non uidetur ſpontè renuntiare, ſed ut coactus & huiuſmodi. Ad quod reſpondetur quòd ea quæ continentur in dictis capitulis habent locum in foro contentioſo: ubi proceditur per præſumptionem. Sed in foro conſcientiæ etiam ſpoliatus poteſt renuntiare iuri ſuo:ut ī propoſito. Propterea eo ipſo quòd offert ſe ei ad reſtitutionem,ſi uult, iam reueſtit & reſt tuit eum iuri ſuo.

Quantum ad ſeptimum, quod non poſſit tolli per uiam cōuenientiæ & diſcretionis,probat ſic. Suppoſito dicto regulæ peccatum.lib.vj. Obligatio illa qua iniuſtus detentor aliorum eſt obligatus ad reſtitutioné,neceſſe eſt quòd tollatur per uſum reſtitutionis,vel aliā æquipollentē. Et quærēdo quæ ſit uia æquipollens reſtitutioni, ſi dicatur quòd ſit remiſsionis uia,uel donationis, ſequitur inter alia iſtud incōueniēs,

quòd

quòd poteſt dici reſtitutio: & tamē ī poſſeſſione minimè poſitus: quod poteſt eſſe falſum per illud quod habetur. ff. de uerb. ſig. l. plus eſt. Dicitur enim ibi quòd reſtituere eſt nō ſolum præſentiam rei prębere, ſed ēt poſſeſſorē facere, fructusq́; reddere. Quapropter nullus poteſt dici reſtitutus niſi in poſſeſſione fuerit conſtitutus. ſi ergo remiſſio quæ fit ante reſtitutionem ęquipollet reſtitutioni ipſi: ſequitur hoc inconueniens quòd etiam non poſitus in poſſeſsione, dicitur reſtitutus. Sed ad hoc reſpondetur quod in foro conſcientiæ, & ab Augu. nō ſumitur ita ſtrictè reſtitutio, ſicut in foro contentioſo ſecundum iura. Nam quomodocunq; impleatur uoluntas creditoris à debitore, dicitur reſtitutio facta. Et cum quis cedit bonis etiam antequam ponat eos in poſſeſsionem, reſtuit quo ad conſcientiam. Quod ergo dicit præfatus Girar. ſcilicet quòd non ſufficit remiſsio, nec poteſt liberari niſi reſtituat ſi poteſt: uidetur habere locum quando remiſsio fieret non liberè & ſincerè: ſed remittens induceretur ad hoc ui, fraude, vel timore, ſeu deſperatione

ſcilicet nil indè conſequendi.

Hanc eandē quæſtionē formās Lauren. de Rodul. in tracta. de vſuris. prius recitat opinioues doctorū. Dicit ergo glo.ij. in regula peccatum.tenet ꝙ ſic. Sed Dinus ibidem contra.ſ.ꝙ non ſufficit,niſi pecunia ſit reſtitutioni parata. Aliquorū vero theologorum opinio fuit, ꝙ etiam non ſufficit ꝙ res ſit parata reſtitutioni, ſed etiam oportet ꝙ offeratur. Ioan.ibi ſuper glo. demum aſſumit viam mediam dicens: ꝙ aut gerit in mēte vſurarius reſtituere,& remiſſio ſufficit:aut non. & tunc ſecus. Sed Frederic.de ſenis in opere ſuo firmat indiſtinctè opinionem dictæ glo.ſic dicens. Si is cui debet reſtitui pecuniæ vel malè ablata,non coactus vel deceptus,non circunuentus, & omni dolo & vi & caliditate, & metu,ceſſantibus etiam precibus: vel ſeruitiorum exhibitione inductus; ſi debitam ſibi pecuniam nonne oblatam nec reſtitutioni paratam vſurario dimittat, liberatus eſt vſurarius à reſtitutione, non tamen à peccato quod contraxit exercendo vſuras: niſi & de illo peccato pœnitentiam agat.

Poteſt

Poteſt etiam dici quod plus eſt, quod ſi vſurario perſeuerante in crimine,& non diſpoſito ad aliquam reſtitutionem,is qui debet recipere vſuras remittat illas proprio motu,vel ad petitionem vſurarij, liberatus eſt vſurarius à reſtitutione rei, etſi non à peccato: quia de hoc oportet ſatisfacere Deo per pœnitentiam. Hæc ille. Hanc opinionem videtur firmare Hoſtien. in ſum. & Archi.in capitu.ij. de vſur. libro vj.ſuper verbo ſatisfactum dicens, Satisfactum accipimus, quomodocũq; voluntati creditoris ſatisfaciat.Idem Lapus de caſt. Idem Goffre.& Gul. Et demum idem Lau.ſic conclu dit. Vt tollatur omnino omnis dubitatio, an ſit vel non ſit liber animus remittentis. & per conſequens clara conſcientia vſurarij, & vt facilius indicantur homines ad contritionem, & de cætero à talibus abſtineant, cautum eſt prædicare quòd non ſufficit remiſſio facta quanuis ſe diſponat ad ſatisfaciendum ſi non remitteret creditor, & cautius quòd oportet quòd pecunia ſit reſtitutioni parata:& cautiſſimè, quòd offeratur pecunia, vel quod plus eſt, quòd po-

natur in manibus creditoris. Sed de iure & in foro conſcientiæ puto illam gloſ.cuius opinionem ſequitur Frede.vt dictum eſt, eſſe veriſsimam:& ad hoc inducit ipſe Frede.plures rationes.Eſt prima talis.In maio ribus criminibus, ſicut eſt in crimine furti vel rapinæ, vel violentiæ, re furtiua vel rapta remanente apud furem vel raptorem, de voluntate domini purgatur vitium furti,vel rapinæ ſine aliqua reſtitutione: vt. l. fur.de vſur.in princi. & ff.de preca. lege, ſi certè. Ergo purgatur vitium vſuræ remanente vſura apud vſurarium de voluntate domini. & quòd illa ſint maiora crimina, patet ex maioritate pœnæ ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Grauius eſt autē peccatum quod grauius punitur: vt vigeſima quarta quæſtio.prima.capitulo, non af feramus.Secunda ratio eſt,quia in crimine vſurarum, & in alijs maioribus ſufficit facere condignam ſatisfactionem,vel emendationem.extrà de rap.cap.j.vt ſit quis libe ratus à peccato. cap.quantò. extrà de vſur. Sed ſatisfactũ intelligitur quomodocunq; deſiderium creditoris impleatur etiam ſi

non

non ſoluatur. ff. qui ſatiſdat. cog. l. j. Tertia ratio eſt: quia videtur ſecundum eum inſolubilis. Sunt quidam ſpeciales caſus in quibus obligatis ad reſtitutionem non ſufficit remiſsio: vt c. exigit. de cenſi. lib. vj. & ibi de hoc ergo in alijs caſibus ſtabit regula quòd ſufficit remiſsio.

Idem tenet Petr. de pal. in iiij. diſt. xv. q. ij. art. j. qui dicit quòd obligatus reſtitutioni excuſatur propter remiſsionem creditoris: quia per acceptionem tollitur: & hoc niſi ſi talis perſona quæ non habeat adminiſtrationem, vel quæ non poteſt donare, nec per conſequens remittere, quia remittere eſt dare. Item quando in iure cautum eſt quòd remiſsio non valeat, tunc non excuſat: ſicut in iudice de legato qui munera & eppenſas recipiens vel extorquens, tenetur reddere nulla partium remiſsione ſibi pro futura. extrà de reſcrip. cap. ſtatutū. lib. vj. Idem de viſitante, iure ordinario recipiente munus, ad cuius duplum reſtituendum tenetur. de cenſi. cap. exigit. li. vj. Hæc Pe. vbi ſuprà. Quod ſi quis obijceret regulam, non remittitur peccatum &c. quod eſt

verbum Aug.& reſtituere eſt rem in priſtinum ſtatum reponere. vnde non videtur ſatisfacere remiſsio. Ad quod reſpondét prædicti Pet. Lau. poſt Fre. quòd Auguſti. in dicta regula non habuit reſpectum ad ſtrictam ſignificationem verbi ſed ad mentem eius, quæ verbis præferenda eſt. extrà de verb. ſign. intelligentia verborum fuit, quòd ſi offendiſti proximum tuum rapiendo, furando, vſuras extorquendo, reconcilies te cum ipſo. Et communiter quia homines non iactant pecunias ſuas, ſed volunt ſibi reſtitui res ablatas, propterea, Augu. ſe retulit ad verbum reſtituatur. Quod autem ſic intellexerit Auguſtinus, oſtendit multipliciter. Hæc ille. Quod autem dicit, Laur. ſupra ſcilicet eſſe prædicandum non ſufficere remiſsionem: niſi fiant ea quæ dicunt diuerſi, non videtur tutum, vel cautum. Nam ex tali prædicatione ita poteſt ſequi periculum animarum, ſicut cautela. Sicut enim prædicator debet ſibi cauerè à prædicando ea quæ habent homines inducere ad malam, & ab alleuiando mala ita debet cauere à prædicando ſcrupuloſa & ardua: &

quando

quando communis opinio eſt in contrariũ: hoc enim eſſet inijcere laqueum animabus: quod fieri non debet, vigemaſeptima quæſtione prima. capitulo viduas. Audiendo etiam talia, & non ſeruando, cum ex auditis format ſibi conſcientiam: hoc ſibi neceſſariò fiendum qui habuit huiuſmodi remiſſionem: & ex difficultate nolit ponere ſe ad faciendum, erit in malo ſtatu ratione conſcientiæ ſibi factæ ſuper eo in quo bene poterat tranſire cum bona conſcientia. Prætereà ſi prædicator hoc dicat in prędicatione, ſcilicet ſibi non ſufficere remiſſionem niſi &c. & poſteà in audientia confeſſionis faciat contrarium: & dicat illi ſufficere: nonne ex hoc poteſt ſequi magnum ſcandalum contra doctrinam prædicationis? Ex hoc enim poterunt credere homines ſic eſſe de multis alijs quæ prædicatores dicunt: ſcilicet quòd non ſunt ſimpliciter vera, ſed ad terrorem dicta: & ſic periclitabitur fidei doctrina. Non video etiam cum bona conſcientia quòd abſque ſui magno peccato poſſit hoc dicere in prędicatione, ſi ſentiat contrarium: quia

hoc communiter tenent docto. Sed & ſi teneret aliquam aliam opinionem cum illæ ſint ſcrupuloſæ, non debet velle inducere homines ad ſuos ſcrupulos. Non ergo prædicando dicat: quòd ſufficiat remiſſio: ne inducat occaſionem mali, & aperiatur via vſuris. Neque dicat quòd non ſufficit, ne dicat mendacium, vel ſcrupulos & laqueos inijciat auditoribus. Sed dicat quod dicit Aug. quòd oportet quòd reſtituat, ſi poteſt. xiiij.q.vj.c. ſi res. Et in reſtitutione includitur remiſſio.

Sed quid ſi poſt remiſſionem liberè factam & verè vſurario, vſurarius mandat in teſtamento ſuo reddi vſuras, nũquid quod ſemel remiſſum eſt, debet reſtitui his quibus tenebatur prius? Dicendum ſecundum Fred. quòd in hoc diſtinguendum eſt. Quia aut talis teſtator locutus eſt per verba trãſferentia ſe ad factum; vt putà quia iubet vſuras reſtitui his quibus debebat eas reſtituere, & qui probarent eas ſoluiſſe, & tunc non obſtante remiſſione tenebitur ſatisfacere hæres. Et hoc caſu loquitur. ca. ad noſtram. de iureiuran. Aut loquitur per verba

transferentia

transferentia ſed ad ius, non ad factum: vt putà quia iubet ea reſtitui quibus debet: & tunc ſecus dicendum eſt. Hæc ille.

Item ſciendũ, quòd cum alicui ſit remiſſio liberè & ſine fraude, non tenetur talis illud quod ſibi remiſſum eſt pauperibus dare. Sibi enim acquiritur illud ius ſiue debitum, non pauperibus: ſicut nec quis teneretur pauperibus dare quod ſibi donatũ eſt. Hoſt. in ſum. tit. de vſuris. dicit quòd ſi fœnerator partem pecuniæ fœnebris reſtituat ei, à quo habuerat, vel hæredi ſuo: & de voluntate eius partem retineat: dicunt theologi indiſtinctè quòd non eſt liberatus, niſi totum auferat. Tu dicas quod ſi ex pacto fit: non eſt liberatus. ar. c. veniẽns. extrà de ſimo. Si autem vſurarius partem ſine pacto liberaliter ſoluat & offerat: & de altera parte miſericordiam petat, & creditor liberaliter remittat. liberatus eſt debitor, nec tenetur vlterius ad reſtitutionem: ſicut nec tenetur ſi gratis accepiſſe gratis oblatum, ſecundum Goff. Hic tamen bonus iudex ex certis coniecturis motum ſui animi informabit. Nã ſi creditor eſt pauper, & inops,

vſurarius

vſurarius diues, & potens, non præſumo quòd creditor ipſum vſurarium ſpontè ex corde liberet, ſed hoc faciat quia vltra recuperare non poteſt: vt illud tantillum quod offert recuperaret, & non amitteret. Si vero creditor ſit diues, & potens, qui etiam conſueuit hiſtrionibus & ioculatoribus tantundem de ſuo donare, vel plus frequenter: præſumi poteſt quòd ex corde hoc faciat, hæc ille.

Item in quadam ſummula dicitur, ꝙ ſi vſurarius offert liberè totam ſummã pecuniæ creditori oſtendens plenariam voluntatem cum nõ habeat: quia ſi crederet quòd aliquid acciperet, non afferret creditor: nihil penitus vult accipere: ſed liberaliter dimitteret totũ, iſte plenariè ſatisfecit proximo ſed non Deo: & ideo poſteà ſufficit ſibi ſola contritio vt ſatisfaciat Deo, vnde cõſulendũ eſt non cõtritis, vt haud minus hanc liberam ſatisfactionem faciant proximo.

Item ſunt aliqui vſurarij, qui nittuntur decipere Deum, qui numeratam pecuniam & acceptam tunc exponunt creditoribus, credentes quod illam non accipiant: quia ſi

credèrent

crederent, quòd illam reciperent, nõ illam repræſentarent: at ille timore vel verecundia ductus, nihil vel parum recepit, reſiduũ dans: & ſic iſti tales dicerentur ſatisfeciſſe. quod non eſt verum.

Item nota ſecundum quoſdã quòd ſunt quinque modi ſatisfaciẽdi. Primus modus eſt, cum pecunia liberè offertur. Secundus modus eſt, cum pecuniam non habet, & offert pignora. Tertius modus eſt, cum pecuniam non habet, nec pignora congurentia: facit tamen inſtrumentum vt hæredes compellantur ad ſatisfactionem, & etiam ipſemet. Quartus modus eſt, cum mediante ſacerdote vel aliquo alio religioſo, fit voluntaria, & libera cõcordia. Iſte tamen modus debet ſemper oſtẽdere creditor velle, & poſſe liberum debitoris. Quintus modus eſt, cum de conſenſu & miſericordia creditoris, ponit debitor aliquam poſſeſſionem in manu alicuius honeſti viri. ex cuius fructibus ſoluãtur per tempus debita: deinde poſſeſsio ad hæredes reuertatur, vel ita debet permanere pro incertis, Hæc ibi.

Itẽ Arch. in roſario. xiiij. q. v. c. non ſanè.

dicit

dicit quod Hoſt.dicebat ꝙ in his in quibus eſt peccatum mortale ſecundum legem diuinam,vt in furto vel rapina,diſpenſare nõ poteſt Epiſcopus, imo nec etiam Papa : vt aliqui dicunt quominus pœnitentiam agat,& reſtitutio fiat ſi poteſt.extrà de vſu.c. cum tu. In his vero in quibus eſt peccatum mortale ſecundum ius poſitiuum, & cum Epiſcopis ſeu inferioribus Papæ interdicta eſt diſpenſatio, nullus diſpenſare vel dilationem præſtare poteſt, niſi ſolus Papa. iij. q.j.c.reintegranda.vel hi quibus ſpecialiter commiſerit. Si vero non eſt interdicta,poterit hoc ibi.

Sed quod dicitur Papã non poſſe diſpenſare in his reſtitutionibus vbi eſt peccatũ mortale perpetratum in vſurpatione cõtra legem diuinam factam,vt furto,rapina,vſura & huiuſmodi,quominus reſtitutio fiat ſi poteſt,videtur intelligendum quo ad reſtitutionem certorum ſi ſciuntur perſonæ:vel quod incerta cum diſpẽſaret abſque cauſa rationabili, vel ſaltem dubia pro libito voluntatis. Non enim poteſt tollere quę ſunt propria hominum, & dare alijs ſine cauſa:

ſed

ſed cum cauſa rationabili poteſt : putà per modũ pœnæ : vt cum aufert regnũ vel imperiũ alicui ,ꝑpter demerita ſua:quia eſſet inimicus eccleſiæ,hæreticus , vel ſciſmaticus,nec ſe vellet corrigere,vel cum faceret mouere bellum contra aliquem dominum vel ciuitatem perſequẽtem Eccleſiam , vel fauentem hæreticis , vel detinentem bona Eccleſiæ,& tradere alijs dignitatem, iura, & bona illorũ ſicut factum eſt pluries.Nec poteſt Papa cum bona cõſcientia,quæ pauperibus deberet diſpenſare , dare diuitibus ſine cauſa rationabili:ſed cum cauſa rationabili poteſt talibus obligatis remittere: ſeu pauperibus dare ea quæ acquiſierunt per furta,rapinas,& vſuras: cum ſunt incerta ſecũdum omnes: aliàs cum ſit ſupremus & vniuerſalis pater pauperũ magis quàm Epiſcopi,qui in huiuſmodi ſolent diſpenſare.vt lxxxviij.diſt.c.Epiſcopus.extrà de tẽpo.ord.Quia etiam habet plenitudinẽ poteſtatis in diſpẽſatione bonorum Eccleſiaſticorũ , & plenam iuriſdictionem in terris Eccleſiæ,fortè de huiuſmodi bonis, ſcilicet Eccleſiarum, & eorum qui habitant in ter-

ris Eccleſiæ poſſet remittere debita ex fur tis, rapina, & vſura: etiam cum ſciuntur perſonæ ſine eorum conſenſu, & ex aliqua cauſa rationabili. Nam quotidie hoc ſit vt iura vnius Eccleſiæ,& fructus auferat:& det alteri quàm curato illius Eccleſiæ,cum cauſa tamen vt creditur rationabili. Et ſic multo magis in huiuſmodi poteſt dare dilationem:quia plus eſt remittere debitum, quàm dilationem dare ad ſoluedum. Quæritur vtrum ſuper incertis cum Epiſcopo, qui eſt pater pauperum, poſſit fieri compoſitio vel tranſactio? Reſpon.Lau. de Ridol. Sciendum,quòd Pau. in cle.ij. de pœ.& re. hunc poſſum examinat, & finaliter determinat,q̃ non:per illum tex.& per cap.licet. de offic.vica.lib.vj.Vult enim quòd ſine mãdato Apoſtolico id facere nequeant. Epiſcopi,niſi componerent de quanta quantitate, quanta eſt illa ad quam aſcendunt, & non de minori. Contrarium ſeruatur, licet facta tacita compoſitione feratur demum ſententia taxatiua ipſorum incertorum.Et ſi vera ſunt,quæ faſſus eſt Paul.quod videtur de iure: nec videtur contraria cõſuetu-

do

do valere: aliàs multorum animæ illaqueã rentur. Tex.tamen illi videre meo nõ probant ita clarè. Vnde fortè poſſet reſponderi, ꝙ non eſt credendum, ꝙ Papa qui præfecit Epiſcopos patres pauperum indiſtinctè, non conceſsiſſet eis in ſpecie, quòd ex cauſa poſſent cum talibus tranſigere. Et iſti habent maiorem poteſtatem, quàm illi quibus libera adminiſtratio conceſſa eſt. Item nõ ſimpliciter donãt. Item Papa ſcit hanc cõſuetudinem, & diu tolerauit. Fiunt tamen taxationes per ſentẽtiam. Hæc Lau. Fortè poſſet dici, quòd quo ad Eccleſiam militantem valet dictum Lauren. & etiam quo ad Deum & Eccleſiam triumphãtem, & cum ex cauſa rationabili facit compoſitionem de minori quãtitate, quàm ſint incertę, putà quia reſiduũ dimittit ei, vt pauperi: cum alias non poſſet viuere ſine inde cẽtia ſui ſtatus notabiliter. Sed ubi abſque hac cauſa Epiſcopus ſcienter componat de minori quantitate: notabiliter valet dictũ Pau. in foro Dei. Non enim credendum eſt Papam feciſſe Epiſcopos diſpenſatores bonorum pauperum, vt poſſent pro libito vo-

luntatis remittere vel componere ſuper incertis,vt de his poſtmodum homines pomposè viuant. Nec ipſe Papa poſſet cum bona conſciētia abſq; aliqua rationabili cauſa facere huiuſmodi taxationes, longè minus quàm ſit debitum incertorum, & reſiduum ſcienter illis debitoribus dare, cum omnia bene & plenè poſſint reſtituere: ſecus cùm dubitatur vtrum reſtituere poſſit debitor pro incertis.Nam in dubio eſt ſemper interpretandum factum Papæ permaximè in bonum.vt diſtinc. xl.cap. non nos. cum gloſ.Papa enim & ſi habeat plenitudinem poteſtatis, errare poteſt, vt homo.Et inter cætera ſuę poteſtatis nō aufertur ſibi conditio iſta communis hominum, quin poſſit peccare mortaliter: & deſcendere ad inferos,eſt grauius cæteris puniendus ſi de liquerit:vt dicitur diſtinc.xl.c. ſi Papa.& in gloſſa.

Inſuper cum reſtitutio certorum debeat præcedere reſtitutionē incertorum, quod Epiſcopi circa vſurarios publicos, & licentient ad ſacramēta Eccleſiæ, & ſepulturam prius com ponāt ſuper certa quantitate pro

incertis:

incertis:quam ſibi ſolent imburſare,magis quàm pauperibus dare:& de certis nõ prouideant ſufficienter vt reddantur integraliter, minus bene faciunt, quinimò ſi non ſufficerent bona quæ remanent vſurarijs vel hæredibus eorum, tenentur quæ acceperunt pro incertis contribuere pro reſtitutione certorum:aliàs fures ſunt & latrones auferentes,quæ debentur certis perſonis extrà de vſur.cap. cum tu.xiij. quæſtio. vj.ſi res. Sed conſuetudo in hoc non excuſat.quæ potiùs dicenda corruptela,quia cõtra ius diuinum.diſt.viij.c.quæ contra mores.xxxij.q.vij.c.flagitia.

De modo & ordine reſtituendi.

Cap. VII.

QVantum ad ſeptimum, ſcilicet de modo reſtituendi,ſeu ordine. Circa quod conſideranda ſunt tria. Primum eſt, quòd reſtitutio certorum præponenda eſt reſtitutioni incertorum.

Sciendum igitur,quòd certa omnia obligata reſtitutioni,id eſt, cum ſciuntur perſonæ quibus eſt facienda,primo & integraliter ſoluenda ſunt,quàm ſoluantur incerta:

quando, ſcilicet, ſcitur vel dubitatur, bona reſtrtuentis non ſufficere ad vtrunq;. Nam tũc reſtituẽda ſunt plenè prius,& integraliter certa. Et hoc triplici ratione. Primo ratione ſucceſſionis. Secundo ratione obligationis. Tertio ratione ſimilitudinis.

Quantum ad primam rationem, ſcilicet ſucceſſionis, aduertendum diligẽter, ꝙ non ſuccedit in pauperibus ipſe Chriſtus, niſi quando non reperiuntur perſonę certę quibus reſtitui debent certa: vt quaſi per ſubſtitutionem ſuccedere videantur, ac ſi diceret teſtator, dimitto meos hæredes tales, & tales, quibus debeo: vel etiam ſi non debeo. Sed ſi eos non reperiri contingat, ſubſtituo mihi Chriſtum cum pauperibus ſuis.

Quantum ad ſecundam rationem, ſcilicet obligationis, probatur hoc ſic. Nã pauperibus non tenẽtur hæredes dare, ſcilicet pro reſtitutione dictorum incertorum, niſi vnica ratione, ſcilicet in foro Dei, ſed creditoribus certis tenentur duplici ratione, ſcilicet in foro Dei, & foro mundi: quia hæredes poſſunt à creditoribus in iudicio conuenire.

Quantum

Quantum ad tertiam rationem, ſcilicet ſimilitudinis:probatur idem à ſimili de voto ſimplici & ſolenni, nam votum ſimplex non ita obligat, ſicut id quod eſt ſolenne. Nam quo ad Deum ſimplex obligat, & ſolenne quo ad Deum & mundum, id eſt, forum mundi. Vnde ſimplex votum impedit matrimonium contrahendum, ſed non dirimit contractum. Solenne autem impedit contrahendum, & contractum dirimit: vt patet diſti.xxvij.per totum. Et ratio huius eſt, quia in voto ſimplici eſt vnũ vinculum ligans,in ſolenni duplex.

De reſtitutione vero certorum, ſciẽdum eſt, quòd reſtitutio etiam fieri debet cum quodam ordine. Pro cuius declaratione ſciendum, quod ſecũdum triplicem voluntatem creditoris, contingit debitorem habere ſubſtantiam eius. Prima violenta. Secunda eſt conditionata. Tertia cõfirmata, Prima reperitur in furto, rapina, & ſimilibus. Secunda in vſura. Tertia in contradictionibus licitis, ſiue iuſtis. Et ſecundum hunc triplicem voluntatis gradum variæ prius & poſterius homo reſtituere obliga-

tur. Cùm igitur prima voluntate, ſcilicet violenta, debitor tenetur: vt putà quia abſtulit per furtum & rapinas, & huiuſmodi violẽtias:talia prius reſtituẽda ſunt, quàm vſura,& alia debita. Et hoc propter tria, ſcilicet propter offenſionem, propter expropriationem,& propter compulſionem. Propter offenſionem quidem, nam maior eis infertur iniuria,quia illa penitus ſunt inuoluntaria,ſcilicet rapina,furtũ, & huiuſmodi. Vſura verò aliquo modo eſt voluntaria, ſcilicet voluntate conditionata: propterea de ſui natura minorem iniuriam in proximum ſapit. Alia vero debita ſine iniuria fiunt,quia ſunt voluntaria,puta id quod debetur ratione emptionis factæ alicuius rei, vel ratione mutui liciti, & huiuſmodi. Et ideo rapina, & furtum prius reſtitui debẽt, quàm ipſa vſura,& alia debita licito modo contracta, & eadem ratione prius rapina: quia grauior in ea ſit violentia, & iniuria, quàm in furto.

Secũdò debet ſeruari talis ordo propter expropriationem. Nam in rapina & furto ſecundum omnes, dominium nõ transfertur:&

tur:& ideo talia nunquã totaliter fiunt poſſidentium. In vſura vero dominium transferri videtur. Tertiò, ſeruandus eſt talis ordo propter compulſionem. Magis debitor cõpellitur & arctatur à iure reſtituere, quæ extorſit per furtum & rapinam, quàm quæ habuit per vſuram. Nam ad reſtitutionem vſurarum compellitur diuino & Eccleſiaſtico iure: ſed ad reſtituendũ rapinam compellitur, vel arctatur iure diuino & eccleſiaſtico, & ciuili. Ex quibus ſequitur, quod debitor ſi non poteſt inſolidum reſtituere, quod extorſit per rapinã & furtum, & etiã quod habuit per vſuram, tenetur inſolidũ reſtituere prius, quod habuit per rapinam & furtum, quàm quod habuit per vſurã: & hoc tamen ratione volũtatis concurrentis: quia in ſoluente vſurã aliquo modo voluntas eius concurrit ad illam expoliationem vſuræ, ſed expoliatus per furtum ſeu rapinam, contra omnem ſuam voluntatem expoliatur. Tamen etiam ratione iuris coarctantis. Nam à iure ciuili hoc compellitur ad reſtitutionẽ rapinæ & furti inſolidum, etiam ſi non habeat ad reſtituendũ vſuras.

Et

Et huius ſententiæ eſt Gerar.ord.eremitarum, quæ videtur rationabiliter dicta hoc exceptio,ſcilicet, ꝙ debent prius reſtitui rapina,furtum,& vſura,quam alia debita modo licito contracta. Hoc enim eſſet offerre holocauſtum de rapina. Sicut enim iniuſtè acciperetur ab aliquo diuite, vt daretur eleemoſyna pauperi,vt dicit Aug.xiiij.q.v. cap.fortè . ita & iniuſtum videtur vt de eo, quod iuſtè debetur alteri,putà honeſti mutui,vel emptionis vel alicuius liciti conttactus, reſtituat aliena. Hoc enim eſſet rapere alienum : & non ſunt facienda mala vt eueniãt bona, ait Apoſtolus ad Ro.ad hóc ar.xiiij.q.v.c.neque enim.

Quantum ad ſecundã vnluntatem, quæ dicitur cõdionata, quæ ſcilicet cadit in vſura.dicit Alexan.Lombardus,quod prius tenetur quis reſtituere quæ habuit per vſurã, quã quæ habuit per alios contractus factos voluntariè. Et huius ratio eſt, quia in reſtitutione debitorum ſolùm ſeruatur iuſtitia: ſed in reſtitutione vſuræ & malè ablatorũ, non ſolùm iuſtitia ſeruatur:ſed etiam iniuria Deo facta, & proximo, amouetur. Et

ideò

ideò reſtitutio vſuræ præferenda eſt.

Si tamen contrarium obſeruetur, quia ſcilicet, talia iuſta debita in ſatisfactione præponentur malè ablatis, aduertendum quòd in duplici caſu hoc fieri poteſt, ſcilicet, quando debita ſunt clarè manifeſta, & reſtitutio malè ablatorũ non ſic:ſed obſcurè ſic inquirendo. Secundò, quando res quę debetur eſt determinata, putà lege vel.c. ex malè ablata indeterminata. Nam clarum ſemper præcedit obſcurum in iure:& determinata ratio indeterminatam. Sed illud cõmuniter non obſeruatur extra prædictos duos caſus:quod etiam videtur rationabiliter fieri: quia inducens videtur vſuram debere reſtitui de re iuſtè alteri obligata. Nam per hoc nõ tollitur iniuria facta proximo & Deo, ſed additur noua : quia alienum aufertur. Nec enim tenetur Deo & proximo ratione vſuræ perpetratæ, vel alterius malè ablati, niſi inquantum poteſt de iure. arg.extrà de reg.iur.Nemo ad impoſsibile obligatur. Si ergo non poteſt reſtituere vſuram, niſi ſubtrahendo ius alterius,pro tunc excuſatur à reſtitutione. Propterea,

pterea hoc magis erit violentum, ſeu contra voluntatem eius cui debetur aliquid ratione contractus iuſti, ſiue liciti.ſ.ſubtrahere ſuum creditum, quàm fuerit accipere vſuram ab alio. Propterea non videtur rationabile, vt de iuſto obſequio, quod fecit proximo, ſcilicet ei mutuando, ſeu expectando pretium rei venditæ, reportet incõmodum & damnum, quod contingeret hoc ſeruando: cum qui dedit vſuram receperit iam commodum magnum ex mutuo ſibi facto: & ideò debet ſibi ſufficere, vt vſurarius reſtituat ſibi vſuram cũ poterit de ſuo, & non alieno: quia ſecundum regulam. Nemo debet locupletari cum alterius iactura, vel damno. de reg. iur. lib. vj. & hoc niſi iura communia, vel muncipalia aliter diſponerent: quia in huiuſmodi ſeruãda ſunt. Nam iure humano poſſeſſiones, & alia, vt propria poſſidentur, vt patet di. xiij. c. quo iure.

Quantum ad tertiam voluntatem quæ dicitur conformata, hæc reperitur in contractibus licitis: vbi voluntates contrahentium conformantur inſimul. In reſtitutione etiam talium, aliqua prius reſtituenda ſunt.

ſunt. Nam prius reſtitui debent quæcũque certa debita, quàm quæcunq; ad pias cauſas relicta atq; donata. Cuius ratio eſt: q̃a donatio & ad pias cauſas largitio: ſunt ex ſupererogationis conſilio, vel ſunt fortè bona incerta. Reſtitutio autem malè ablatorum, ſeu aliorum debitorum certorum, ſunt ex obligatione & præcepto. Prius enim reſtitui debent quæ ſecundum neceſsitatem præcepti, quàm quæ ſunt ſecundum ſupererogationem conſilij. Huic ſententiæ concordat Archi. in c. non ſanæ. xiiij. q. v. Hinc extra Ray. ait ꝙ ſi creditores vel legatarij ſimul venerunt ad hæredem, primo ſatisfaciendum eſt creditoribus. Sed ſi veniunt ſeparatim, liberabitur hæres ſoluendo per ordinem cuilibet veniente ſiue creditoribus ſiue legatario: dum tamen nil in dolo vel in fraude operetur. Veruntamen ſi legatarij præueniant creditores, & accipiuntur, uel poſteriores creditores, & priores, & potiores in iure præueniunt: creditores poſtmodum venientes hæredem inquietare nõ debent: niſi tantum de hæreditate remanſerit ei, vnde poſsit adhuc ſatisfacere illis: ſed

habent

habēt tanquàm potiores ius ſuum ſaluum contra legatarios qui primò acceperunt.

Similiter creditores anteriores contra poſteriores qui acceperunt primo. Idē quoque Gul. ait & addit, quod ſi hæres ſcit vel credit hæreditatem vltra debita non extendi, ſiue ex contractu vel quaſi, ſiue ex maleficio vel quaſi, nihil legatarijs debet dare. Si verò quantitatem debitorem neſcit, debet creditoribus ſatisfacere primo, & ſi legatarij priùs vel ſimul cum creditoribus legata petant: creditoribus potioribus primo ſoluendum eſt. Si autem de hæreditate nihil remanet poſt, ſolutis debitis legatarijs, non tenetur. Si vero hunc ordinem mutauerit hæres, primo ſcilicet ſoluendo legatarijs, ſeu ſecundarijs, creditoribus prioribus in foro conſcientiæ minimè liberatur: niſi hoc faciat ignoranter reputans, ſcilicet hęreditatem ſufficere ad omnia ſoluenda: vel neſciens hunc creditorem eſſe priorē. His autem concordat Hoſti.

Item nota ꝙ cæteris paribus ſeruanda eſt regula, Qui prior eſt tēpore, potior eſt in iure. de reg. iu. lib. vj. Vbi autem ſunt pri-

uilegia

uilegia paria, ſcilicet perſonarum & actionum in ſimul, ęqualiter ſatisfaciēdum eſt, niſi de aliquo illorũ probetur quòd alteri præferendus ſit, ſecundum legem pacti, vel reſcripti, vel vſus probati. Hæc autē notari ſolent. C. de bo. auto. iudi. poſ. l. pro debito. Cùm ergo mercator vel alius frangit, vel vt vulgariter dicitur, fallit: non ſufficiēs ſatiſfacere creditoribus omnibus ex integro venientibus cunctis, vt ſibi ſatisfaciat, hic ordo ſeruatur ſecundũ Bal. in. l. pro debito. C. de bo. auto. iud. poſsi. Primo debet ſatisfieri dominis rerũ, verbi gratia, deponentibus ſi depoſita erant fidi facta: vt. ff. de priuile. credi. ſcilicet, ſi. & l. veteri. Secundo ſatisfit mercium venditori, ſi extant merces. Hoc eſt ipſæ merces reſtituuntur tanquam ſingulariter pro pretio obligatæ. Si autē plus valerent, id plus redditur ad commodũ creditorum: vt. ff. de act. emp. & ven. l. Iulianus. Si autem ipſę merces non extant, ſed venditæ ſunt, & loco earum alię ſubrogatę, tales ſubrogatæ non redduntur loco earum: quia nō ſunt pro pretio obligatæ: vt. ff. de in rem ver. l. quidam. Huius ratio aſſignatur: quia

pretium

pretium ex re illa redactum, obligatum, nõ erat: ergo nec etiam res quæ emitur. Et habetur extrà eo. Idem quoq; in permutatione dicendum eſt: quia vbi ſpecies in obligatione eſt, non ſuccedit loco alterius altera: vt notatur. ff. de verbo. ſigni. labeo. Tertio cæteris paribus præfertur vxor: quia hypothecam habere cenſetur, & ideo præfertur nedum prætendentibus perſonalem obligationem, ſed etiã prætendentibus tacitam hypothecam. vt l. aſsiduis. C. qui po. in pig. ha. non tamen præfertur creditoribus anterioribus habentibus hypothecas expreſſas, & tacitas. Fiſcus quoq; ſimile habet priuilegium cum muliere. C. de. priu. fiſ. l. quanuis. Et de hoc etiam habes extrà de pig. c. ex literis. in glo. Quarto poſt hypothecas veniũt deponentes, ſcilicet ſi non extat depoſitum. ff. depoſiti. l. ſi homines. §. fina. Hoc enim priuilegium datur cauſæ depoſiti propter frequentiam contractum depoſitorum. Tamen ſicut in. l. prædicta patet, tali priuilegio non gaudent qui ſub nomine depoſiti mutuant ad vſuram: hypotheca autem eſt potior: quia pertinet ad ipſam rem. ff. de

pac.

pac.l.reſcriptum. Quinto veniũt ſimplices priuilegiati,id eſt,habentes priuilegia perſonalia,non realia.Sexto,& vltimo veniunt chirographarij pro rata,non attenta prioritate contractuum:quia licitum eſt debitori pro cumulo creditorum facere deteriorem cauſam creditorum priorum, non habentium dominiũ,nec hypothecã, nec priuilegium habentium.vt. ff. de ſepara.l.j. §. econtrario. Et iſta eſt ratio: quia in chirographariis creditoribus non attenditur tẽpus.hęc ille.Verum vbi lex municipalis:ſeu ſtatutum ciuitatis aliter diſponeret: illi eſt ſtandum etiam in foro conſcientiæ ſi non ſit expreſsè contra Deum: q̃ non de facili iudicandum eſt,quia nemo eſt arbitrandus immemor diuini timoris,& ſalutis. j.q. vij. ſancimus. Niſi euidẽter appareat contrarium.Vnde in aliquibus ciuitatibus, vt Florentiæ fallente mercatore per ſyndicos inſtitutos à communitate ſuper huiuſmodi vbi non ſufficiunt bona debitoris fallentis ad plenè reſtituendum, omnibus ſatisfit vnicuiq; pro rata,ſecundum facultatem bonorum illius: & non plus vni quàm alteri:

niſi aliquibus perſonis priuilegiatis in hoc, vt mulieribus pro dotibus rehabendis, & huiuſmodi quibus ad plenum ſatisfit antequam cuiquam aliorum.

Item primo nota, quod hi qui tenentur reſtituere ſi omnino non poſſunt ſoluere vel reſtituere, ſufficit contritio & propoſitum reſtituendi: quando commodè poterunt.xxiiij.q.vj.c.ſi res. Quod verum eſt cũ nota ſit paupertas.

Talis enim non debet excommunicari: vt dicitur extrà de ſolu.ca. Odoardus. Nec aliqua pœna mulctari.extrà de vſu.ca.cum tu. Et dicitur paupertas, quando cedit bonis.Ideoq; tali debet conſulere ſacerdos, ſi de paupertate dubitat quòd cedat bonis.

Nota tamen quòd non ſufficit hæc ceſſio,ita quòd non ſit ei aliqua pœnitentia iniungenda: quia nec ſolutio,nec ſatisfactio plenaria ſufficeret. Nam licet ceſſio, ſeu ſolutio quo ad ſatisfactionem homini, ſufficiat, adhuc tamen non eſt eccleſiæ ſatisfactũ:ergo iudex eccleſiaſticus, ſeu ſacerdos pro vſurpatione rei alienæ:iniungat pœnitentiam. In hoc offendunt plurimi peccato

res

res deliquentes, qui putant ſufficere quòd ſatisfaciant, nec tranſgreſſionem quam fecerunt poſtmodum confitentur hæc Hoſt. in ſum.ti.de pœ.& re.

Secundò nota, quòd ſi tales peruenerint poſt ad pinguiorem fortunam, tenentur ſatisfacere etiam ſi ceſſerint bonis: quia per hoc non ſunt liberati: ſed talis ceſſio ad hoc eis prodeſt, ne iudicati traherētur in carcerem. C. qui bon.cede. poſ.l.qui bonis. Vbi etiam dicit glo.quòd ceſſio in hoc etiã prodeſt quòd poſtea non poterunt conueniri, niſi inquantum facere poſſunt: & ſic habetur ratio, ne egeat. Et propterea conueniri non debet, niſi tantum ſi id quod acquiſiuit quod merito videatur debere cõueniri hoc in glo. Sed qui habent reſtiruere, ſi conueniantur ex maleficio, ſi non ſunt ſoluendo, verberandi ſunt pro debito. Sed ſi non conueniuntur ex maleficio non debēt tales verberari: ſed ſufficit quod cedant bonis. Archi.xiiij.q.vj.ſi res.

Nota tertiò, quòd ſi is qui aliena abſtulit poteſt reſtituere & non reſtituit, non eſt in ſtatu ſalutis.xiiij. q.vj.c.ſi res.

Dicit aũt Ray.in ſum.ſua quòd dominus alicuius terræ tenetur reſtituere indebitè exacta à ſe vel à ſuis directè vel inderectè. gl.ſuprà.Indirectè, vt quãdo denegat eis iuſtitiam,vel nõ defendit eos, vt debet, & vt ſic extorqueat aliqua.Si tali domino ex aliquibus circunſtantijs appareat multum difficilis vel impoſsibilis talis reſtitutio: ſatis videtur quòd poſsit conſuli huiuſmodi ꝙ in cõpenſatione vel remittat eis cõmuniter cum eorum conſenſu, & libera voluntate aliquam ſeruitutẽ,vel annuam præſtantiã in perpetuum,vel ad tempus: ita quòd pleniſsimè videtur eis ſatisfactum:vel etiam faciat in remiſsionẽ peccatorum aliorũ, quibus tenetur aliquod hoſpitale, vel aliquod ſimile opus pietatis cum conſenſu tamen eorundem ſi poteſt requiri.Hæc ibi.

Quarto nota quòd is qui habet aliena reſtituere certis perſonis,ſi poteſt in totum vel in partem, ſed non commodè, ſed cum multa ſui incommoditate, tunc componat vel conueniat cum ipſo læſo vel ſpoliato amicabiliter de reditibus ſuis moderatè:ita quòd victus ſibi remaneat, aſsignando ſibi

quouſq;

quouſq; fuerit plenariè ſatisfactum vel pau latim ſingulis annis, vel menſibus, vel aliis temporibus emẽdet quod poteſt:& hoc cũ voluntate illius cui debet ſatisfacere. Quia ſi nullam inueniret miſericordiã apud eum abſq; dilatione tenet̃ ſatisfacere, vel bonis cedere: quia talis peccator ſemper eſt in mora. Hoſt. & Ray. Sed hoc melius declarabitur in vlt. §. ſc. Si autem prædictus inueniat gratiam apud creditores ſuos facientes ſibi remiſsionem vel dilationem, tunc poteſt ea vti, & eſt in bono ſtatu animæ: ſi tamẽ habet in propoſito faciendi ꝙ debuiſſet, ſi non potuiſſet obtinere ipſam remiſsionem vel dilationem.

Quinto nota, quòd vbi eſſent plures creditores alicuius, & debitori petenti dilationem aliqui creditores volunt dare, aliqui non: ſed quod cedat bonis, ſtabitur maiori parti creditorum, & intellige maiorem partem vbi eſt maius & fortius debitũ, etiam ſi vnus eſſet cui plus quam omnibus debeatur. Si vero par ſit debitum: ſtandum eſt maiori numero creditorum. Si vero ſunt paria, eligenda eſt clemẽtior ſententia, ſci-

diuiduum eſt in obligatione faciẽdi. Tunc enim quilibet tenetur inſolidum. ff.de verbor.obli.l.in executionibus. §.ij.gloſ.ponit hoc exemplum:vt ſi teſtator promiſit ſe ali quod opus facturũ : vel promiſit per ſe vel hæredem ſuũ non fieri quominus per funſum ſuum tibi ire liceat:ad hoc quilibet hę redum erit inſolidum obligatus. Secundus caſu; eſt,ſi res quæ debet reſtitui ab vno in ſolidum poſſideatur. C.de acqui.vel amit. hær.ven.l.iij.§.nemo.Tertius eſt,in alimen tis legatis : quæ pro voluntate defuncti vel iudicis,vel ab vno inſolidum,vel à pluribus pro partibus deſignatis petuntur. ff.de ali. leg.l.iij.Quartus eſt,ſi teſtator ab vno hęre dum legauerit creditori hæreditario animo compẽſandi.Tunc enim hæres ille vſq; ad quantitatem legationis illius debiti ſuſtinebit ff.de lega.ij.l.cum ab vno.Quintus eſt,in expẽſis vxoris : quæ non tñ aſtrinxit hæredes pro hæreditarijs portionibus, ſed ẽt virum pro portione quæ peruenit ad eũ de dote vxoris ſuæ: putà ſi ad eum peruene rint centum & in hæreditate ſint ducenta, ipſe tenebitur pro tertia parte : & hæredes

pro

pro duabus partibus. ff. de reli.& ſum.fu.l. quoties.& l.veluti. hæc omnia etiam Hoſt.

Quomodo debeat fieri reſtitutio vxore concipiente filium per adulterium, quem vir reputat ſuum de his quæ conſumit ipſe filius ſpurius de bonis patris putatiui,& de hæreditate tota, vel parte ad eum perueniente. Primò videndum eſt de ipſa vxore adultera, quomodo teneatur & ad quid. Secundò de ipſo filio ſpurio, ſi tenetur,& quomodo. Tertiò verò de ipſo patre qui ex adulterio talem filium habuit, quomodo, & quantum tenetur. Similis caſus videtur qui ponitur extrà de pœni.& re.ca.officij.ſcilicet de muliere ſupponēte ſibi alienum partum,quem vir eius reputans ſuum nutrit & hæredem inſtituit. Vnde idem videtur dicēdum quantum ad reſtitutionem de ipſa muliere & filio ſuppoſito, vt huic fraudis dantibus operam efficacem, & de muliere adultera.

Quęrit primò ſi debeat hoc reuelare marito. Ad hoc dicendū,quòd aliquando non: aliquando ſic. Nam vbi imminet aliquod horum periculorum, non debet reuelare

marito.

marito. Primum periculum eſt infamiæ ſci licet mulieris, quia hæc taliter reuelando, cum eſſet antea bonæ famæ, ſeipſam peſsimè ac turpiſsimè diffamaret: quod quidem magnum periculum eſt mulieri. Nam quod prouerb. xij. ſcriptum eſt, Melius eſt bonum nomen quàm diuitiæ multæ: licet intelligatur de viris: tamen turpius & periculoſius in mulieribus honeſtis infamiæ ingerit notam. Secundum eſt periculum ſcandali ſcilicet viri & conſanguineorum, & amicorũ eius, ſi illis hoc innoteſceret malum nam non ſolum apud ſe turbarentur ex eo, ſed vix ex tunc poſſent cum ea amicitiam & pacem, ac concordem ſocietatem habere: imò fortè eam maritus dimitteret. & ideò non valentes forſitan continere, vterque adulterium perpetraret, & ſic innumerabilia & irrecuberabilia inter eos orirentur mala. Tertium eſt periculum mortis ſuæ vxoris, & ſuæ ſpuriæ prolis atque adulteri ſui.

Nam probabiliter timere poſſet, quòd eius maritus ſeu quicunq; alius dum occidere alium quæreret, necaretur: ſecundum Sco. in iiij. Cõcurrentibus prędictis pericu-

lis

lis quæ videntur valde probabilia, & in pluribus euenientia, nõ debet talis mulier ſuo coniugi reuelare & propter bonum incertum reſtituendi hæreditatem, talibus periculis ſe exponere manifeſtè. Quartum propter periculum improbabilitatis. Nam nec vir, nec filius nec etiam publicus iudex hoc mulieri reuelanti credere obligantur: niſi probet dicta ſua per infallibilia ſigna: aut per violentas probationes ſiue per teſtes idoneos. Nam ex ſolo eius dicto non poteſt exhæredare talem filium maximè in terris in quibus primogenita ex conſuetudine in toto, vel parte ſuccedunt. Inſuper ſecundum Sco. in talibus terris ſi pater crederet vxori ſuæ in hoc, tamen non poſſet à ſpurio auferre hęreditatem: niſi in publico foro eum probaret talem: & tunc opoteret mulierem non tantum apud maritum, ſed apud totam patriam diffamari, & iſto præſuppoſito, ſcilicet quòd non debeat reuelare ratione malorum grauiorũ ex inde contingentium: quomodo debeat talis mulier ſatisfacere, dicetur infrà. Vbi tamen nõ immineret aliud periculum vel malum niſi

infamiæ

infamiæ ipſi adulteræ vel mortis ſuæ,videtur quòd ſi præmoriatur viro ſuo debeat ante mortem ordinare cũ confeſſore ſuo, vel alia perſona matura,quod ſi moriatur poſteà reuelet ex parte ſua viro:quando ſcilicet, ex hoc poteſt obuiari ne putatiuus filius habeat hæreditatem totam vel partẽ.

Aliquãdo verò hoc marito vel alijs perſonis extra confeſsionem tenetur mulier reuelare,videlicet ſi hæc tria concurrant ſimul. Primo ſi apud maritum, & alios ſuper hoc fortis & grauis ſuſpicio impreſſa eſſet, & occaſio ſuſpicandi id totaliter. Secundo, ſi ex certis & ſufficientibus cauſis poteſt,& debet vehementer & valde probabiliter credi quòd nihil de primis periculis ſupradictis hic ſubſequeretur aut creſceret, ſed potius minueretur. Tertio,ſi firmiter præſumatur ꝙ filius bonis mariti voluntariè cedet:ſed ſi paruulus eſt filius,ceſſat iſta ratio quia mittere poteſt illum maritus ad hoſpitale,cùm non teneatur alere alienos niſi in extrema neceſſitate, cum alij deſint qui prouideant. His autem tribus concurrentibus reuelari deberet, & poſſet. ſed vix iſta

concur-

concurrunt: & rariſsimè præſumendum eſt ꝙ concurrent. Inſuper dici poſſet ſecūdum Gul.ꝙ etiam reuelare poſſet ſi non timeret maritum, vel aliud immineret periculum. Sunt quidam vtique viri ſcienter vxorum adulterium ſuſtinentes, vel etiam conſentientes: imo quādoque vxores ſuas ad hoc hortantes, vel quia proprios filios non poſſunt habere: vel alia quacunque pudenda occaſione. Facta etiam hac notificatione antequam vir eius pro educatione talis filij expendat, videtur deobligari à reſtitutione aliqua fienda, quia fecit quod in ſe fuit, vt damnum euitaret viri expenſarum in educādo: vt hæreditationis quo ad alios ar. extrà de iniu. & dam. da. c. ſi culpa. nec tamē debet manifeſtare adulterium propter periculum perſonæ, & infamiæ detrimentum & odium ad eum euitandum. Et ſi ante manifeſtationem iam aliqua conſumpſiſſet huiuſmodi putatiuus filius, tenebitur ipſa mater inquantum poteſt ſatisfacere, ſi aliquid vt ſuum poſſidet. Et ſi magnus exiſtens quando hoc notificatur nollet ipſe filius credere hoc nec cedere bonis puta-

tiui

tiui patris, petés ſaltem legitimam quæ ſine cauſis expreſſis à iure auferri non debet vel legitimus filius: nec cõtrariũ põt probari: tenebitur nihilominus ipſa mulier hæredibus de portione illa ablata ſibi, de eo tamen quod poteſt & non plus. extrà de reg. iur. lib. vj. c. nemo. & hoc quia fuit in mora ad notificandum quando potuit prouideri. Sed nũquid mulier talis debet reuelare crimen ſuum filio ſuo ſpurio, & inducere eum ad dimttendam hæreditatem, vero hæredi? Ad hoc dicendum ſecundum Sco. vbi ſuprà q aut filius crederet matri, aut non. Sit autem crederet, non autem probābile eſt q propter dictum dimitteret hæreditatem. Nam paucos reperire contingit qui ita perfecti ſint, q propter conſeruandam iuſtitiam in foro Dei dimittant magnas poſſeſſiones quas retinere poſſunt iure exteriori. & vellent ſpurij reputari. Nec hoc mater præſumere poteſt, niſi antea multum fuiſſet experta de bona voluntate filij ſui. Non ergo debet ſe exponere periculo certo diffamationis apud filiũ propter incertã correptionem illius. Si verò non crederet, tũc

ſequeretur

ſequeretur inde duplex malum. Primū quia ipſa diffamaretur. Secundum quia ab illo ſicut anteà hæreditas poſsideretur. Si quis autem inſtet ꝙ tali filio debeat reuelari, ne ſcilicet ignoranter fortè copularetur per matrimoniale coniugium ſuæ ſorori, aut alteri ſuæ propinquæ: ſeu aliqua alia faceret quæ à iure ſpurijs prohibita ſunt. Dicēdum quòd talis ignorantia dum perſeueret omnino excuſat cum ſit ignorantia facti: ſi qñ tamē factum veniret ad lucem, tale matrimonium dirimendum eſſet. ſi verò queratur an dato quod talis filius ex verbis matris ſe ſpurium credat, teneatur reddere bona quę habuit à marito matris cæteris filijs atq; hæredibus alijs prædicti mariti. Dicendum ꝙ ſi hoc indubitanter credit, & rationē illud credendi habet, tenetur ſm Deum: non tamen humano iure. Si tamen non habet ſufficiētem cauſam, & rationem credendi illud: tunc reddere nō tenetur: ex quo per ſe vel per alterum ſibi claret quòd non habet ſufficientem cauſam, ſeu condignam rationē credendi. Sunt autem inter cætera quatuor ſigna quæ reddunt ſuſpe-

ĉtam talem matrem, ita quod ei de facili non debet credi. primum eſt amor, id eſt ſi prædiligit aliam prolem viri ſui. Secũdum eſt odium, videlicet ſi præſumit matrem, ipſum, vel eius vxorẽ odire. Tertiũ eſt ſtultitia. quia mulier fatua, & leuis, & pertinacis eſt ſenſus. Quarto eſt incertitudo: cùm nõ conſtet ipſam eſſe vel fuiſſe certã, quod hunc concepit de adulterio, non de viro.

Non enim hoc poteſt omni adulteræ eſſe certum.

Sed quod remediũ tali mulieri debet adhiberi? Dicendum ꝙ ei ſecundum Sco. vbi ſuprà triplex remedium dari poteſt.

Primum eſt, ꝙ inducat filium intrare religionem, & tamen poſsit profeſsionem ſuam ſeruare: ne ſcilicet, incidat in Scyllam, volens vitare Charydim.

Secundum eſt ꝙ clericus fiat, vnde valeat tamen ſecundum Deum eccleſiaſtica beneficia acceptare: & his quaſi ſufficientibus merito iã contentus dimittat hæreditatem alteri fratri laico in ſeculo remanenti.

Si tamen per nullam perſuaſionem honeſtam cor talis filij mater flectere põt, vt hæredita-

hæreditatem dimittat, nõ videtur quod de beat ſe prodere illi: cum certa non ſit quod talis ab ea imperſuaſibilis in alijs tam lici tis & honeſtis flecteretur ex illo: imò fortè tenacius retineret ne ſpurius putaretur: cum talẽ notam multi caueant malè nati. Tunc demum tertiũ remedium addendum eſt.ſ.quod ſaluo iure humano, & abſq; infa mia ſua poteſt & debet de ſua dote cũ eam habebit in poteſtate, vel de paraphernalibus, ſi habet:& cęteris bonis, & laboribus & ſudoribus ſuis indemnem facere virum & legitimam eius prolem. Obligatur enim ſa tisfacere viro de conſumptis ab illegitimo filio. Sed talis filius non tenetur ſatisfacere quæ conſumpſit:quandiu bonę fidei fuit. De hæreditate autem mulier obligatur hęredibus viri ab inteſtato: vel hæredibus ſcriptis, vel quibus veriſimiliter creditur quòd reliquiſſet hæreditatem. Quod ſi neſcitur debet pauperibus erogari. Tenetur inquam, ſecundum correſpondentiam iuſtitiæ. Non enim dico quod teneatur ad reſtituendum æquiualens hæreditati: quia vt ſuperius dictum eſt plurimum quidem ſtif-

fert iter habere, & prope eſſe. Sed quia iſte legitimus hæres nunquam habuit hæreditatem: licet ſecundum iuſtitiam fuerit pro pe propterea minus quam æquiualens hæreditati ſufficit ſibi pro hæreditate fienda. Illud autem minus determinetur ſecũdum arbitrium boni viri. Quòd ſi nec hoc fieri poteſt, pro tunc non obligatur: tenebitur tamen cum peruenerit ad pinguiorem fortunam. extrà de ſolutio. c. Odoardus. Si vero talis mulier nunquàm habet vnde poſsit re ſtituere, tunc ex impotentia excuſatur ſi habeat ſatiſfaciendi propoſitum. xxiiij. q. vj. c. ſi res.

De adultero autem cuius eſt filius dicendum videtur ſi ſcit vel credit veriſimiliter illum eſſe ſuum, vbi mater ſua ſatisfacere non valet: videtur quod teneatur de expenſis pa tri putatiuo: quia cauſam efficacẽ dedit tali damno. extrà de iniuria & dãno dato. capit. ſi culpa. ſecundum tamen poſsibilitatem ſuam. Et ſi mitteret ipſa adultera ad hoſpitale, vel quia finxit mortuum peperiſſe, vel quia notificauit ſine ſuo periculo non eſſe filium ſuum, tenebitur hoſpitali

tali de nutrimento,& alijs expenſis:niſi notabilis paupertas excuſet eam: cùm de iure naturali ad hoc teneatur:di.j. c. ius naturale, & hoſpitalia propter pauperes nutriendos ſint facta, nō propter diuites.Sed & de hæreditate vel dote, ſi dotaretur à patre putatiuo, teneri videtur ad arbitriū boni viri, attenta ſua facultate:quæ tñ ſatisfactio occultè fieri debet;cum ſine periculo manifeſtari non poſſit.arti.ij.q.j.c.ſi peccauerit. Si autem dubitat adulter ex eo ꝙ mulier leuis eſt,& cum alijs adulteretur: vel etiā quia ipſa adultera dubitat vtrum ſit eius vel mariti,relinquatur iudicio Dei: cui omnia nuda ſunt & aperta: & grauari non videtur de reſtitutione.De huiuſmodi materia.ſ. de muliere concipiente per adulteriū, vide diffusè in ſum.Hoſt.de pœ.& re. §. quibus & qualiter.ver.quid de mulie.Item Sco.in.iiij.diſt. ar.iiij.ad ar. indecēs eſt enim vt in re dubia certa detur ſentētia: ait Gre. xj.q.iij.graue. & di.xxxiij.habuiſſe. In nullo tamē caſu ad obuiandum huiuſmodi periculis vel malis, debet adultera vel adulter quærere abortum vel mortem paruuli.xxi.jq.ij.faciat.

Quando debeat fieri reſtitutio.

CAP. VIII.

QVantum ad octauũ, ſcilicet quando debet fieri reſtitutio? Dicit Thom. ij. ij. q. lxij. quòd ſtatim: quia ſicut accipere rẽ alienam eſt contra iuſtitiam: ita detinere eam: quia per hoc quod aliquis detinet rem alienam inuito domino impedit eum ab vſu rei ſuæ: & ſic facit ei iniuriam. Manifeſtum eſt autem quod nec per modicum tempus licet alicui in peccato morari: ſed quilibet tenetur ſtatim peccatum dimittere vel deſerere, vnde dicitur, quaſi à facie colubri fuge peccatum. Et ideo quilibet tenetur ſtatim reſtituere, vel dilationem petere ab eò: qui poteſt vſum rei concedere. Et ſi quidem teneatur de incertis, cùm illud eſſet erogandum in pias cauſas cum conſilio. Eccleſię, ſi huiuſmodi perſonę, habentes reſtituere remaneant ita pauperes cum filijs & familia, quòd nõ habeant vnde viuant, fiat dicit Rayn. vt dixit in caſu ſimili, ſuprà vide deci. Ibi autẽ ſic dicitur, ſi quis retinuit decimas longo tempore: & tunc venit ad ſatisfactionem, & poſtulat intuitu Dei &

eccleſiæ,

eccleſiæ, & maximè quia habet paruã ſubſtãtiam, ſibi remitti, quod accepit tempore præterito, cum aliter oporteret cum ſua familia mendicare, quanuis Eccleſia omnes decimas poſſet petere, ſi viderit iſtum contrarium, & preces eius inniti veritati, debet ei tanquam pauperi dimittere vnde viuat: cùm hoc eſſet ei datura poſtea. xvj. q j. cap. quoniam hæc Rayn. Quod intelligendum videtur, vbi dantur decimę de more, prout eſt de iure cõmuni. Nam ſecus vbi de more non dantur, vel valde diminutę videntur excuſari. De hoc tamen plenè habes in. ij. parte ſum. tit. iiij. cap. iij. Et dicit ibi in glo. Gul. quòd illi, qui reſignant in manu pœnitentiarij, qui hoc non facerent niſi pœnitentiarij reſtituerent eis pro parte vel pro toto, quando neſcitur cui fienda eſt reſtitutio, quòd nõ credit eos eſſe in ſtatu ſalutis. Dicit etiã paulo poſt, quòd non eſt neceſſe, quòd fiat huiuſmodi reſtitutio in manu pœnitentiarij, dummodo tamen ſit paratus ad arbitriũ eius, vel alterius boni viri ſatisfacere. Dicit etiam, quòd in hoc caſu Epiſcopus, qui eſt diſpenſator pauperum, poteſt

dilationem dare vel partem dimittere, vel etiam totum,ſi viderit ei expedire ad neceſſariam ſuſtẽtationem illius,tanquàm alicuius alterius pauperis,ita tamen quòd quanto vtilius poteſt, gerat negotium illius cui facienda eſt reſtitutio: ſi perſona eius eſſet nota,videlicet exponendo illa quæ erant reſtituenda in vſus tales, qui magis ei poſſent proficere,quo ad Deum.hoc ibi Guli. ſuper Ray.lib.ij.c.de raptoribus.

Si tenetur certis perſonis,quæ nolunt dare dilationem, debet ad petitionem ipſorum abſque dilatione ſatisfacere,vel credere bonis: quia fur & raptor ſemper ſunt in mora, & ideo ſemper augent peccatum. ff. de condic.furt.ſcilicet in re furtiua.vbi læſit egent, & fame pereunt interueniente paululum mora inueniri non valeant,qui redimantur.diſt.v. baptizati. Semper enim eſt euitanda mora vbi eſt periculum.di.xxviij. cap.de Siracuſanæ. & hoc etiam ſi oportet ipſum mendicare.Vnde non dico habito reſpectu ne egeat. Nam contra hoc notatur extrà de vſur. cum tu.Tamen Guli.addit ſine culpa poteſt accipere vitę neceſſaria,ſci-

licet

licet extremæ.Ray. Moderatè ſibi vita re-
téta quouſq; plenè ſibi ſatisfaciat.Hoſt.ve-
ro ſic dicit:Sed quid ſi nõ immineat tale pe
riculum neceſſitatis, & is qui tenetur reſti-
tuere non poteſt iudici ad reſtitutionem
ſtatim faciendam : puto quòd diſcretus ſa-
cerdos poteſt conſcientiam ſuam informa-
re ex eo quod intendit vtiliter gerere ne-
gotium creditoris. Nam ſi videt, quòd ali-
ter non poteſt recuperare in perpetuum,vel
non ita cito vel ita commodè : poteſt rece-
pto iuramento, vel alia ſufficienti cautione
ſi habere poteſt dilationem concedere : &
ſub hac conditione, ſi hoc adimpleuerit in-
fra talem diem peccatorem abſoluere : vt
ſic creditor, quod ei debetur recipere, &
peccator non recedat à presbytero deſpe-
ratus, hæc ille.Sed quòd in fine eius.§.ſcili-
cet, abſoluat ſub conditione contrarium aſ-
ſerit Guli.dicens,quòd abſolutio à peccatis
nunquã debet fieri ſub conditione . Et ideo
poteſt dici, quòd abſoluat ſimpliciter ſi eſt
abſoluendus:ſed declaret quòd non valebit
abſolutio, niſi adimpleat promiſſum.Guli.
Archi.vero ſuper cap.ſi res.xiiij.q.vj.quærit

vtrum habenti reſtituere debeat haberi reſpectus ne egeat. Et dicit, videtur quòd ſic. ff. de iniur. l. incondemnati. ff. de ceſſ. bon. l. is qui. Et ſic notatur per B. extrà de ſolutionibus. capi. Odoardus. & facit ad hoc quod habetur. xvj. quæſt. vij. cap. quicunque. Sed Inno. per notata in c. cum tu. extrà de vſur. ſecus credit ſecundum canones: vt ibi notant Alexan. B. & Hoſtien. ꝙ inſolidum tenentur detentores vſurarum, & non ſolùm inquantum facere poſſunt, qui Hoſtien. in ſumma dicit. quod qui poſſunt reſtituere paulatim ſingulis menſibus ſoluant creditoribus, ſi aliter non poſſunt ſine magno ſui detrimento, prout poterunt, vel componant ſe cum expoliatis, quod ſi nullam poſſunt inuenire miſericordiam apud eos abſque dilatione, tunc tenentur ſatisfacere, vel bonis cedere: quia peccator ſemper eſt in more. ff. de condi. furti. l. in furtiua. extrà de ſimo. ca. cum in eccle. Multi tenent dictum præcedens tanquam æquum, ſcilicet quòd tenentur ſoluere quantum poſſunt retenta ſibi vitæ commoda. argu. de conſec. diſtinctio. v. cap. diſcipulos. extrà de furt. cap.

ſi quis

ſi quis.ſed Archi.contrà,ſuper verbo,redde re.eiuſdem.ca.Et ibi dicit, quòd ſtatim debet reddere totum, quod poteſt, allegans Thom.ij.ij.q.lxij.qui dicit, quod ſtatim eſt fienda reſtitutio. Dictum tamen Tho. poteſt dici non eſſe contra,ſi ſanè intelligatur vt infrà dicetur.

Sed in quadã ſumma dicitur, quod qui habent reſtituere vſuras, & malè ablata: & proponũt ſimiliter reddere, & non poſſunt ſtatim: quia nolunt cum familia egere vel mendicare: & tamen incipiunt iuxta poſſe ſatisfacere, vtrum tales poſſunt abſolui: & communicare? Reſpondit,aut ſciunt perſonas certas, aut non. Si ſciunt ipſi habentes malè ablatas,& ipſi etiam quibus habentur huiuſmodi volunt,tutum eſt,quòd de conſcientia eorum ſtent ad terminum ipſorum & voluntatem. Si verò tales neſciunt damna ſibi data,& reuelatio poſſet eſſe periculoſa illis qui volunt reſtituere,tunc non eſt reuelandum illis,ſed præſumendum, quod confeſſor cauſam illorum vtiliter agat, & confitens intendat,& promittat ſatisfacere quàm cito poteſt:quia hic habet locum ratihabitio

tihabitio

tihabitio de bono & æquo: & tunc confitens abſoluit & communicare poteſt: quia eſt in via ſalutis. Si verò omnino neſciantur perſonæ quibus eſt reſtitutio fienda, tunc eſt libere in poteſtate prælati vel diſcreti confeſſoris, dare & conſtituere terminum confitenti, ſicut viderit neceſſitatem, & contritionem eius, & voluntatem promptam reſtituendi infra iſtum terminum: talis poteſt abſolui & communicari. Item vbi maior eſt contritio, ibi maior miſericordia & venia eſt fienda, & remiſſio. Et quia totus mundus ferè eſt inuolutus in rapinis, ſic pro poſſe tuo curre per medium, nec nimia ſecuritas vel remiſſio perire faciat, quos diſcreta æquitas poterat reuocare. Item ſemper iniurians & ſpolians vel complices eorum debent humiliter poſtulare veniam ab eis quos offenderunt, ne illi remaneant in rancore, & mala voluntate.

Quid autem debeat facere vxor & familia raptoris, & vſurarij, & huiuſmodi, qui non habent niſi de obligatis reſtitutioni: habes in ij. par. ſum. tit. j. c. xij. §. xviij. & xix.

Nota, quòd Ray. & Hoſtien. circa ſuam

materiam

materiam reſtitutionis dicunt: Hoc notent Sacerdotes & retineant; quòd ſecundum quòd maior vel minor fuerit fraus, vel dolus, vel violentia, maior, vel minor debet eſſe diſcretio iudicantis: & ſecundum hoc in vſuris quæ fiunt in depoſitis, vt dictum eſt in ij. parte ſum.titu.j.capi.de vſura. quæ omnino ſunt reſtituendæ. Tamen, quia minor eſt ibi violentia, quàm in cæteris, poterit confeſſor etiam cùm ſcitur perſona cui fienda eſt reſtitutio, magis moderari tempus reſtituendi, retenta ſibi vitæ commoda, & familiæ ſuæ.

Quidam circa materiam iſtam dicũt, & meo iudicio ſatis rationabiliter, quòd in certis caſibus non tenetur quis ad ſtatim reſtituendum actualiter, etiam ſi habet modum aliqualem ad reſtituendũ: & ab eo cui tenetur inuenire nõ poſſit nec dilationem, nec remiſsionem, ſed ſubitam velit fieri ſibi reſtitutionem, quando videlicet ex reſtitutione ſtatim, vel ſtatim reſtituendo ſequeretur inde euidens vel probabile damnum, ſpirituale vel tẽporale notabile ipſius reſtituentis, vel aliorum, quod prępondera-

ret

ret damno eius,qui debet habere ex caren tia illius rei.Poteſt autē tale damnum eſſe triplex,ſcilicet periculum mortis, infamiæ grauis,ſeu ſcandulum notabile, vel damnū & periculū probabile mortalis culpæ. Ratio aūt huiuſmodi eſt, ꝙ ſcilicet talis reſtitutio poſsit differri, quia ſecundum Sco.in iiij.diſt.xv.artic.iiij.creditor, qui debet habere, magis debet velle in huiuſmodi caſibus,vt maximum incommodum, ſeu damnum eius qui habet reſtituere euitetur in modica reſtitutionis dilatione, quàm ſuū modicum incommodum vel damnū ex carentia ad tempus ſuæ rei. Et ſi obijciatur, quod reſtituere eſt actus negatiui præcepti, quia reducitur ſeu explicat̄ per hoc, quod eſt non reſtituere alienum: ſed præceptum negatiuū obligat ſemper, & ad ſemper. Reſpondetur ſecundum Scotum vbi ſuprà, ꝙ alienum iniuſtè, & inuito domino retinere ſimpliciter prohibetur: propterea ſemper & ad ſemper iſto modo neceſſe eſt ſaluti alienum non retinere. Sed bene quis habet voluntatem & propoſitum reſtituendi alienum pro tempore opportuuo: extunc tenetur

netur domino rei volente, id eſt velle debente. Vult autem hoc dominus rei, & ſi nō actu illicito, tamen actu debito & honeſto: quia velle debet dominus, quòd qui ſuum habet, retineat quouſq; poterit opportunè reddere. Et ſi dicas dominus rei hoc agit inuitè, quia non vult quod per quantuncunque tempus ſuum retineatur. Dicendum ſecundum Scotum vbi ſuprà, quòd domino etiam inordinatè volente ſtatim rehabere ſuum, & per conſequens contra rectam rationem nolente proximum retinere ſuum, & tunc tenēs non eſt detentor iniuſtus. Nā & depoſitum habet redditione ſtrictiſsima reddi: cum reperitur. C. depoſiti. lege fina. & tamen inuito domino voluntate inordinata cum repetit, vt cum eo malum faciat ſibi vel alteri poteſt retineri. Et Aug. dicit, quòd multa bona præſtantur inuitis, dum eorum potius vtilitati, quàm voluntati conſulitur, diſ. xlv. c. & qui emendat & exemplum ponit & xiij. q. iiij. cap. ipſa pietas. de eo ſcilicet qui contrà voluntatem ſuā extrahitur de domo ruitura, ꝙ laudabiliter fit.

Eſt ergo vnus caſus cùm immineret ex

huiuſmodi

huiuſmodi reſtitutione ſubita periculum damni incomparabiliter preualens damno quod inde habet creditor ex carentia rei ſuæ:putà cum ipſe creditor impugnaret bonum commune: & habendo illam rem ſeu pecuniam,quam quis de ſuo retinet, magis poſſet impugnare, & præualere contra bonum commune. Nam tunc ſecundum Richar.in.iiij.diſt.xv.ar. iiij.q. iij.Ad tertium articulum non tenetur illud reſtituere illi, ſed fideliter reſeruare, vt reſtituat ſibi vel hæredibus ſuis, quando hoc fieri poterit ſine præiudicio boni communis, vel depoſita re illud ordinando,& prouidendo, quòd tempore ſuo reſtituatur. Id videtur dicendum cum quis malè vteretur re ſua rehabita:putà gladio ad occidēdum ſe, vel alium, vel huiuſmodi. Idem videtur dicēdum cum ex ſubita reſtitutione illi, qui reſtitueret rē ablatam per furtum, vel aliud vitium detegeretur, & inde infamaretur: cum fama ſit quid notabilius ſubſtātia temporali. Vnde grauius reputatur peccatum detractionis, quàm furti cæteris paribus.ſecundum Tho. ij.ij.q.lxxxiij.arti.iij. & vj.q.j.c. deteriores.

Cum

Cum ergo quilibet teneatur conſeruationi famæ ſuæ.art.xij.q.j.c.nolo.poteſt talis differre reſtitutionem vſque ad tempus, quo non depræhendatur in crimine & infametur: ſi aliter prouideri non poteſt. Idem dicendum eſt cũ id quod debet reſtitui, non poſsit reſtitui, niſi faciẽdo magnas expenſas ad mittendum ſibi; quia in remotis eſt creditor. Tunc enim quid agendum ſit habes hic ſuprà, etiam in eodem tract.c.iij. Et idem dicendum quando mulier habet filiũ per adulterium neſciente viro, vel ſupponit ſibi alienum partum, qui nutritur de bonis viri, vel etiam hæres dimittitur, vt proprius filius: cũ teneatur mater talis de omnibus bonis quæ percepit filius ille. ſ.putatiui patris. Non tamen debet reuelare factum, quã do ex hoc ſequeretur, vel ſequi probabiliter poſſet mors ſua, vel prolis talis, vel etiã notabilis infamia, ſeu alia grauia ſcandala ſecundum Ray.lib.ij.c. de raptoribus.& Io. Neapol.in quolibe.de quo habes hic ſupra plenè, ideo ibi vide.

Alius caſus eſt, quando ex huiuſmodi re ſtitutione ſubita poſſet ſequi mors ſpiritua-

lis, ſeu peccatum mortale probabiliter in reſtituente, vel familia eius, putà reſtituendo quæ habet aliena ad tantam venit paupertatem vel miſeriam, quòd non poteſt viuere, vel prouidere filijs ſuis de victu & victura: & cum ſint alicuius nobilis conditionis mendicare nimis erubeſcunt, ab amicis ad ſufficientiam non inueniunt, laborare neſciunt, vel non poſſunt: quia paruuli vel infirmi: & ſic reſtituendo exponitur periculo ipſe cum familia ſua furandi, vel proſtituendi filias, vel deſperationes vbi retinendo quod habet alienum: cum ipſo & induſtria ſua prouidet. & parcit ſibi & familiæ ſuæ: & diſponitur ad ſatisfaciendum paulatim. Hoc ſentire videtur Scot. in iiij. vbi ſuprà Henric. in quolib. vj. quæſtio. xxiij. Et idem videtur dicendum, cùm quis habet inſtrumenta artis ſuæ: vnde ex labore ſuo gubernat ſe & ſuos, & vendendo vel tradendo ea vt reſtituat ſuis creditoribus non poterit laborare, & inde lucrari puta libros quo ad Iuriſperitos & Medicos, ferramenta quo ad artifices. Laborando autem cum prædictis vltra ſatisfactionem ſuam pote-

rit in futurum paulatim ſatisfacere. Nec credo eſſe contra hoc, quod dicit Thom. ſecunda ſecundæ,quæſtio.lij. ſcilicet, quòd ſtatim reſtituendum eſt alienum ſimpliciter.Non enim ita amarè.verba accipienda ſunt,dicit lex, ſed ciuiliter. Et in ſacra ſcriptura ſtatim dicitur fieri, quod in prolixo tempore,vt patet Malach.iij.Statim veniet ad templum.&c.præcipuè cùm ex cauſa ita vrgenti differtur vt dictum eſt. Poteſt etiā multipliciter capi in iure: & non ſolùm pro potentia facti,ſed iuris & commoditatis,vt patet.xxij.quæſtio.j.cap faciat in gloſ.Hęc tamen non ſunt prædicanda,ne paretur via detentioni alienorum ad quod nimis perſo næ ſunt inclinatæ, ſed cum magna diſcretione in confeſsione,& conſilijs tractanda, & cum multis circunſtantiis conſideranda quæ honeſtent factum. Ad hoc etiam facit quod dicit Ioan.Neapo.in quol.ix.quæſtio. xxij. & Richardus in iiij. & Pe. de palude.

Item potenti reſtituere malè ablata ſtatim, quæritur vtrum ſufficiat relinquere in teſtamento vel inſtrumento,quòd hæredes reſtituant?Reſpondet ad hoc Ioan.Neapo.

in ix.quol.quæſtio. xxij. quòd hoc ſuffi
in duobus caſibus tantum.

Primus eſt quando habens malè ablat
credit verè & pro certo vel quaſi pro cert
quòd talis retentio nõ ſit contra volunta
domini. Talis enim retentio non eſt iniu
rioſa, vel iniuſta. Nullus enim patitur iniu
ſtitiam volens, vt dicitur quinto Ethicorũ

Secundus caſus eſt, quando talis reten
tio rei alienæ eſt cõtra voluntatẽ Domini
ſed inordinata: putà cùm nõ redditur gla
dius furioſo cũ repetit ipſum in furia. hoc
enim iuſtè fit, vt xxij.quæſt.ij.ne quis. Et ſi-
militer hoc eſt, quando vult rẽ ſuã ſtatim
habere quã retinens nõ poteſt dare ſine no
tabili damno ſuo, & ecõtra ille cuius eſt po
teſt ſine damno, & incommodo carere ad
tẽpus. Extra iſtos caſus non ſufficit ad ſalu
tẽ niſi ſtatim reſtituat. Ratio eſt, quia de ne
ceſsitate ſalutis eſt vitare peccatum morta
le: ſed non ſolum auferre alienum, ſed etiã
detẽtio rei alienæ extra prædictos caſus eſt
mortale: quia contra iuſtitiam, cùm faciat
iniuriam proximo: & hoc cùm põt reſtitue
re. Vnde non ſufficit ad ſalutem tali relin-
quere

quere in inſtrumento,vel per teſtamentum ꝙ hæredes reſtituent:ſed de neceſsitate eſt ſtatim reſtituere ſi pōt. Sed ſi ille cuius eſt res, vel cui obligatur nō pōt illa carere ſine incommodo ſuo etiā ad tempus,oportet ꝙ reſtituat etiā cum magno incōmodo ſuo: nec ſufficeret dimittere per teſtamentum.

Tertius caſus excuſans à reſtitutione ſubita, eſt cùm ex hoc immineret periculum mortis corporalis.

Et nota, ſecundum Richar.in iiij.diſtin. xv.quòd ſi ille qui damnum intulit, habet aliquid vltra neceſsitatem ſuſtentationis naturæ,quanuis ſibi neceſſarium ad victum ſecundum decentiam ſuæ perſonæ reſtituere tenetur. Non enim licitum eſt de alieno viuere,cum ſeculari honore. Si autem non habet niſi neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ tunc ſubdiſtinguendum eſt, quia aut iſte qui eſt paſſus damnum, non indiget ad ſuſtentationem naturæ eo quod ab eo ablatum eſt: & tunc ille qui abſtulit poteſt retinere, & reſtituere non tenetur: quia ex iure naturæ licitus eſt vnicuique vſus poſſeſsionis neceſſariæ ad ſuſtentatio-

nem naturę. Extrema enim neceſsitas facit omnia communia. ff. ad leg. Rhod. de iac. libr. ij. §. cùm in eadem. in text. & gloſ. Aut indiget ad ſuſtentationem naturę eo quod ablatum eſt, & tunc ſubdiſtinguo: quia aut Primus, id eſt, dominus ipſius rei indiget iſta re ad ſuſtentationem ſuæ naturæ priuſquam fuit neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ illius qui abſtulit aut eodem tempore vterq; indigens factus eſt iſta re ad ſuſtentationem ſuæ naturæ: aut iſte qui abſtulit factus eſt indigens re iſta ad ſuſtentationem ſuæ naturæ priuſquàm iſte à quo ablata eſt. Primo modo, & ſecundo poteſt dici ſine præiudicio quòd iſte qui abſtulit rem iſtā teneatur reſtituere illi à quo abſtulit: quia nunquā fuit res illius qui eā abſtulit, ſi ſemper remanſit iſtius de iure. Poſtquàm enim ſum in ſtatu, in quo res mea neceſſaria eſt mihi ad ſuſtentationē naturæ nō poteſt fieri alterius me cōtradicente. Si tertio modo, tunc ille qui abſtulit reſtituere non tenetur, quia ab iſto tempore quo facta eſt neceſſaria ſibi ad ſuſtentationem naturæ, cùm tunc illi à quo ablata eſt nō eſſet ne-

ceſſaria

ceſſaria acquiſitū fuit ius in illa re illi qui abſtulit. Et ideo quamuis damnum paſſus veniat poſtea ad ſtatum in quo res ſibi ablata eſſet, ſibi neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ: non propter hoc habet maius ius in iſta re quàm iſte qui eam abſtulit: niſi iſte qui eam abſtulit: deuenisſet ad ſtatum in quo amplius res iſta non eſſet ſibi neceſſaria ad ſuſtentationem naturæ. Idem Pet. de pal. in iiij. & Sco. in iiij. diſtinc. xv. ar. iiij. ad argu. Ex prædictis horum patet, quòd tales qui habent reſtituere & retineant ſibi quodammodo neceſſaria ad ſuſtentationem ſui, & familiæ ad vitandum multa pericula animæ & corporis quæ veriſimiliter ſequi poſſent bonis ſuis cedendo: & omnibus ſe expoliando pro reſtitutione fienda, quod fortè tutius eſſet reſtituere & in Deo confidere: etiam ſi oporteret mendicare ſecundum Rayn. ad hoc non videntur teneri de neceſſitate ſalutis. Tamen non debent tales ita lautè viuere, & pomposè veſtiri cum familijs, & filias ſuas cum magnis dotibus nuptui tradere, ſicut ſi non eſſent obligati reſtitutioni: ſed parcè viuere, &

paruas dotes tradere. Et ſi non poſſunt nobili vel mercatori nuptui dare, debent artifici & plebeio tradere, & alia ſuperflua reſecare. Cum multa ergo prudentia hoc negotium agendum eſt: cum efficaciter videntur facere quod poſſunt ad reſtituendũ: & in alijs ſe bene habere cum timore Dei: credo ꝙ poſſunt abſolui & cõicare: qui aũt & de eo quod poſſunt ſemper procraſtinãt, & annuatim reperiuntur promittere cõfeſſoribus reſtitutioné facere, & poſteà nõ faciunt, non videntur abſoluendi: niſi prius faciant vel diſponant efficaciter negotiũ, vt habeat executioné, & multo minus ei permitti debet cõio ſumi: quantũ dico ſpectat ad conſiliũ confeſſoris. Nã quantũ ad ſacerdotem qui habet cõicare: cùm ille ſe in manifeſto ad hoc ingerit, quid iuris, habes ſuprà in iij. parte de bonitate cõfeſſoris, ti. eo.

De vſurarijs autem manifeſtis quomodo agendum ſit cum eis in reſtitutione & collatione ſacramentorum, habes in ij. parte ſum. tit. j. cap. x. & Pe. de palu. in iiij. diſti. xv. quæſtio. ij. artic. vj. de vſu. Poſſent etiam tales petere remiſſionem à creditoribus:

quam

quam ſine fraude & ſponte obtinent non ipſis amplius obligantur:nec etiam pauperibus illa remiſſa eis dare tenentur. Non tamen decens eſſet,vt diues à paupere,& indigens parum à multum indigente peteret remiſsionem.

Quæritur vtrum Epiſcopus elapſis. xxx. vel xl. annis poſsit agere contra hæredes vel poſſeſſores bonorum quondam illius qui in teſtamento reliquit mille libras ſoluendas nomine vſurarum, cum de extorſione dictarum vſurarum non appareat: niſi per confeſſionem dicti teſtatoris, reſpondet Laurent.de Ridol.in tract.de vſur. poſt Fre.quòd cum actio quæ competit ex teſtamento, vel cōdictio quæ competit Epiſcopo per l.nulli. & l.ſi quis ad declinandam. de Epi.& cle.ſunt perſonales, & ſpatio xxx. annorum clauduntur: per conſequens.C.de præſcrip.xxx.vel xl.anno. Ideò contra hæredes bona fide poſsidentes quæ ſemper præſumitur, non competit actio ad dictas mille libras, niſi probaretur hæredem malam fidem habuiſſe, & ſciuiſſe vitium & crimen defuncti, quo caſu debet

intelligi c.tua nos cum ſimi.extrà de vſu. Et idẽ ſi de extorſione appareat per aliud quàm per teſtamentũ. Quo autem ad poſſeſſores bonorum in quos per teſtatorem, vel exhæredem bona ſunt alienata: non eſt aliquod dubium ſi poſſederũt ſpatio. x. an. quia actio perſonalis non competit contra ſucceſſorem ſingularem vt l.j.§.ſi haberes. ff.ad Trebel. Nec ob. primo dicta, ſcilicet quòd actiones Epiſcopo competentes durant xl. annis: quia intelligitur hoc de actionibus competentibus Epiſcopatui vel Eccleſijs collegiatis: ſed hic nox cõpetit actio Epiſcopo vt Epiſcopo, ſed etiã œconomo, & adminiſtratori bonorum pauperum.

Quæritur quid ſi præmiſſo generali edicto, quòd quicunq; dederit vſurarum nomine aliquid tali, veniat infra tot dies &c. Si nemo veniat, nec etiam aliquas vſuras certas vſurarius aſſignauerit infra terminum ſibi ad id ſtatutum. Itaque eſt ſententia per Epiſcopum declarans illas eſſe incertas, vtrum vſurarius ſit tutus, ſi poſteà appareant perſonæ certæ quibus eſt reſtitutio fienda. Fre.de ſe. ſentit quòd ſic etiam

quo ad illos, qui tunc erant extra diœceſim. Fatetur tamen quod talibus competit remediũ cõtra Epiſcopũ vel pauperes .Sed cogita, dicit Lau. de Ridol. in q. cix. an ſit verum. Et contrariũ practicatur quando non eſt determinatum, q omnia veniant ſub nomine incertorum, hoc eſt, quando non fit taxatio verè & ſecundum quantitatem ad quam aſcendunt: ſed minori, & ſecundum quod inter eos conuentum eſt: & de hoc iudici pro cuius ſententia alio nõ dato præſumitur quod conſtat legitimè. An aũt talis practica ſit iuri conſona, tu ipſe vide. Prompti ſunt tñ Epiſcopi ad eius obſeruationẽ, quia pro ſeipſis incerta imburſant, nec ad illorum volant reſtitutionem venire, vel teneri, ſed fit certa taxatio ſecũdum conuentionem, ſecundum quod moris eſt: quæ tñ an poſſit de iure fieri videndum eſt.

Quærit etiam Archi. xiiij. q. vj. ca. ſi res. quòd ſi quis decedens relinquat ſibi hæredem ex teſtamento vel ab inteſtato, & ordinauit quendam executorem tantum ad emendandum ſua fore facta: qui decedens tempore mortis ſuæ creditoribns tenebatur:

tur:

tur:& iã termini ſolutionis ſuæ fluxerãt. Dicit reſpondendo quòd iſte executor debita hmõi ſoluere tenetur,& poteſt cõueniri:q͂a elapſis terminis ſolutionis defunctus cœpit iniuriari creditoribus in non ſoluendo. Ex præcepto autẽ Domini eſt ſolutio facienda art.xj.q.j.c.magnũ.xxiij.q.vlt.c.tributũ, q͂a peccato in termino nõ ſoluendo:tũ quia frãgit promiſſũ,extra de pac.ca .j.& ij.tũ quia illo elapſo,inuito domino detinet alienũ ff. de excep.doli:li.ij.§.circa. Et hoc tenẽt quidam.ſ.vt nomine fore factorũ contineantur hoc caſu debita:quorũ terminus ſolutionis tempore mortis elapſus erat,& pro illis agi poſsit:ſecus de debitis quorũ terminus nõ aduenerat. Et ita not.Spe.in rubr.qualiter ſcripta in iudicio proferantur. §.nunc verò.

De eo verò demum cui datum eſt aliquid per errorem,dicit Ioan.de rip.in tractatu de contractibus, quòd in tali datione aut eſt error perſonæ,vel fortunæ, vel alterius conditionis appoſitæ. Si primo modo, putà intendo dare Petro,& do Martino: tunc Martinus tenetur acceptum reſtituere vel danti,vel illi cui intendebat dare.

articulo

articulo decimonono paragrapho primo. ſi vero error fortunæ puta intendo tibi dare, vt pauperi:& tu es diues dicitur ꝙ ſic acceptũ tenetur reſtituere dãti, vel alicui pauperi, niſi recipiens interim effectus fuiſſet pauper. Si vero ſit error alicuius alterius cõditionis, puta ſi ego credo te ſanctũ, cũ tu nõ ſis:& ideo dono tibi, vel credo te celebraturũ miſſas, & ideo do tibi, dicitur ꝙ ſi receptori conſtat de pretioſa intentione dantis ſcilicet quia alias nõ daret niſi iſta cõditio ſubeſſet: talis error obligat ad reſtituendũ receptũ: aut ad ſufficienter ſupplendũ per ſe vel per aliũ intentioné dantis: quorum ratio eſt: quia cùm res in iſtũ nõ tranſeat, niſi eo modo quo vult dans transferre: ſi nõ exiſtat conditio, in ipſum res nõ transfertur. Alij autẽ dicũt quòd ad talem reſtitutionẽ talis error nõ obligat niſi ipſa conditio, circa quã erratur eſſet cauſa motiua,& finalis talis dationis. Quod probant ꝑ ſimile. Do tibi libras centũ, quia credo te eſſe amicũ meũ, datò ꝙ accipiens nõ ſit amicus meus non obligatur ad reſtitutionem. Si autem amicitia ſit cauſa propter quã do tibi centum

tum libras, ſcilicet, ſi ſis amicus meus, & niſi amicus fueris, obligatus es ad reſtitutionē. Ex his patet quòd quæſtores ſancti Antonij, vel alij quicunq; nullo modo poſſunt ſibi retinere ea quæ illis pauperibus vel locis pro quibus petunt dantur: quia hic eſt error perſonæ. Veruntamen quia nullus tenetur proprijs ſtipēdijs militare, nec cauſas aliorum agere ad ſuas expenſas: dico ꝙ tales poſſunt viuere ſuper quæſtus quos faciunt: & poteſt eis moderatum ſalarium dari, hæc ille. Illa vero quæ dantur eis ex mendacijs eorum quæſtorum, videlicet quia aſſerunt ꝙ dicentur multæ miſſæ pro dantibus, vel habebūt talem indulgentiam: vel abſoluentur à votis eorum: vel à caſibus reſeruatis: vel ꝙ fient lectiſternia, in hoc hoſpitali de hmōi pro quibus illis dant aliàs non daturi: cū nec talia fiunt, vel vera ſunt, totū eſt rapina, & reſtitui debēt dātibus ea: vł pauperibus erogari. ar. xiiij. q. v. c. ñ ſanè.

Explicit Tractatus de reſtitutionibus reuerendiſsimi patris Antonini Archiepiſcopi Florentini ordinis fratrum prædicatorum.

Incipit

INCIPIT TABVLA MATERIARUM principalium quæ in hoc libro continentur.

PRIMO.

TRactatus de confeſſore, qui diuiditur in tres partes, quarum prima eſt, de poteſtate ſeu autoritate confeſſoris, & quis poſſit vel non poſſit audire confeſſiones: & habet xv. capitula. pagina 2

De ordinario confeſſore quo ad Eccleſiaſticas perſonas, & clericos. 4

De cardinalibus, & patriarchis. 4. & 5

Abbatiſſa quid poſſit in ſpititualibus. 6

Cui debeant laici ordinariè confiteri. 8

Caſus octo, in quibus poteſt quis alteri confiteri, quàm proprio ſacerdoti, ſine eius licentia. 9

Quis poſsit committere, & quis non audientiam confeſsionum. 14

Quomodo, & quando curatus, vel preſbyter parochialis poſsit dare vel denegare licentiam alteri confitendi ſubdito, ſi petat illam 16

De

De religioſis qui non poſsint audire cõfeſsiones ſine licentia Prælati ſui. 17

De poteſtate audiendi confeſsiones attributa fratribus prædicatoribus & minoribus à iure. 18

De affectibus, qui ſequuntur ex commiſſione confeſsionis alteri factæ. 20

Differentia inter fratres præſentatos, & ſacerdotes curatos. 24

De caſibus multiplicibus Epiſcopo reſeruatis. 25

De ſacerdote, qui abſoluit aliquẽ à caſu à quo non poteſt abſoluere. 30

An in generali confeſsione contineatur ſpecialis. 31

Quid poſsint pœnitentiarij curiæ Romanæ. eod.

Quid fiendum quando confeſſor non intelligit pœnitentem. eodem

Finit tabula primæ partis.

Incipit tabula ſecũdæ partis, quæ erit de ſcientia confeſſoris, & habet. §. v. pag. 32

Primo

PRIMO.
Quotuplex eſt clauis ordinis, ſcilicet ſcientiæ & potentiæ. 32
Quanta ſcientia requiratur in confeſſore. eod.
An confeſſor teneatur ſcire an peccata in confeſsione audita ſint mortalia, vel venialia. 34
Quòd iteranda eſt confeſsio in ſex caſibus. 36
An valeat confeſsio ab incontrito facta, vt eam iterare non oporteat. 39
De attritione & contritione. 43
Sexdecim conditiones quæ requiruntur in omni bona confeſſione fienda. 45

Finitur tabula ſecundæ partis huius operis.

Incipit tabula tertiæ partis huius operis, quæ erit de bonitate confeſſoris, & habet §§.x. 46

Qualem oporteat confeſſorem eſſe in exercitio talis officij. eodem
Duo quæ debet habere cõfeſſor bonus. eo.

Quomodo

Quomodo ſe habere debeat confeſſor erga pœnitentem. 48
Quo ordine fieri debeant interrogationes, & de quibus. 49
In interrogationibus fiendis tria debent obſeruari. eod.
De circunſtantijs peccatorum. 50
Circunſtantię peccatorum confitendę ſunt multiplici genere. 52
Circunſtantiæ quæ trahunt peccatum ad aliud genus ſunt confitendæ. eod.
Peccatum cõmiſſum die feſto trahitur ad circunſtantiam aliam. 53
Peccatum diuiditur in tria. 54
Regulæ quinque ad cognoſcendum peccatum mortale à veniali. 55
Quæ debeat ſeruare & ſcire confeſſor vtilia, & neceſſario in ipſo exercitio confeſſionis. 57
Quomodo ſe habere debeat conſſeſſor audiendo mulieres. 58
Qualis, & quanta debeat iniungi ſatisfactio ſeu pœnitentia à confeſſore pœnitenti. eod.
Qualiter ſe habere debeat confeſſor pœnitentias

nitentias iniungendo pœnitentibus. 60
Contraria pœnitentia debet imponi delictis. 61
Pro peccato occulto non debet dari manifeſta pœnitentia. eodem
Memoriale dicendum pœnitenti circa pœnitentiam faciendam. 62
Quid faciendum quando pœnitens non cõfitetur aliquod peccatum mortale, quod confeſſor nouit eſſe in eo. 63
Sacerdos dicitur ſoluere, vel ligare tripliciter, & de modo & forma abſoluendi. eod.
Forma verborum abſoluendi pœnitentem. 65
De forma, & vi verborum, quæ requirun tur in abſolutione. eod.
Forma abſolutionis ab omnibus cenſuris & pœnis tam à iure quàm ab homine latis. 66
Quid fiendũ quando confeſſor abſoluit pœnitentem de quo non debuit. 67
Quid de confeſſore qui non intelligit pœnitentem. 68
An pœnitens teneatur iterare pœnitentiam iniũctam in peccato mortali factam,

in toto vel in parte, & an dicta pœnitentia taliter facta valeat in foro militantis eccleſiæ. 68

Remedium tutius, ſiue conſilium dan pœnitenti qualiter perficere debeat pœnitentiam ſibi iniunctam, & quæ pœnitent debeat ſibi dari ſecurior. 7

De celatione confeſsionis. eode

Pœnitentia confeſſoris confeſsionem reuelantis. 7

Qui teneantur ad ſigillum confeſſionis. 7

Ad quæ extendant ſigillum confeſſionis. 7

Quid fiendum quando confeſſor indiget conſilio ſuper aliquo caſu. 80

Incipiunt, xxxvj. excommunicationes ſedi Apoſtolicæ reſeruatæ tam à iure quàm per proceſſum, ſiue per extrauagantes, breuiter recollectę per ordinem: deinde ſequuntur excõmunicationes reſeruatæ Epiſcopis vniuſcuiuſq; diœceſis. 8

Excommunicationes papales concernentes religioſos & religioſas. 84

Excommunicationes Epiſcopis ex iure reſerua-

reſeruatæ. 85

Aliqua notanda circa materiam excom municationum. 92

Incipit tabula ſuper interrogatorio. 94

Interrogatorium, eſt ſecundus liber ſiue tractatus huius operis in ordine: & diſtinguitur in tres partes principales, quarũ prima eſt de interrogationibus fiendis à confeſſore ſecundum ordinem decem præceptorum decalogi: & habet c.xxiiij. 95

Circa primum præceptum.

De votis & voti trangreſsione. eodem

De ſuperſtitionibus. 97

De incantationibus. eod.

De adoratione creaturarum. eodem

De diuinationibus. eodem

De arte notariæ. eod.

De conſtellationibus. eod.

De ſortibus. eod.

De incantationibus. 98

De breuibus. eod.

De obſeruatione temporum. eodem

De ſomnijs. eod.

De blaſphemia Dei, & ſanctorum multiplici. 99
Circa ſecundum præceptum de periurio. pagina eod.
De adiuratione. 100
Circa tertium præceptum de obſeruatione feſtorum. 101
De auditione miſſæ diebus dominicis & feſtiuis. 102
De obſeruatione ieiuniorum. 103
Circa quartum præceptum de honore parentum. 104
De gubernatione familiæ. eod.
Circa quintum præceptum de homicidio triplici. 105
Circa ſextum præceptum de luxuria, & eius ſpeciebus. 108
Circa ſeptimum præceptum de vſurpatione rei alienæ multiplici. 110
Circa vſuram. eod.
De ſoccedis animalium. eodem
De venditione ad terminum. 111
De cambijs. eodem
De mutuantibus ſub ſpe. eod.
De accipientibus ad vſuram. 112

De facientibus ſtatuta in fauorem vſurario rum. 112
De emptione impreſtitorum locorum, & montium. eodem
De fraudulentia quæ multis modis committitur. eod.
De falſificatione. 113
Excommunicatio Papalis. 114
De iniuſtitia quæ fit in iudicio. eod.
De furto. eodem
De ſacrilegio quod committitur contra res ſacras. 115
De rapina violenta. 116
Circa octauum præceptum.
De mendacio. 119
De detractio. 120
Circa nonum præceptum, de luxuria mentali: & eius ſpeciebus. 122
Circa decimum præceptum de deſiderio habendi res alienas. 123

Explicit tabula ſuper prima parte interterrogatorij.

Incipit tabula ſecundæ partis interrogatorij, quæ eſt de ſeptem vitijs capitalibus.

Primo, de auaritia. 123
De ſimonia. 124
De proditione. 125
De acceptione perſonarum. eodem
De turpi lucro. 126
De ludo multiplici. 127
De inquietudine. 128
De inhumanitate retinendi tenaciter. 129
De auaritia amandi res inordinatè. eo.
De prodigalitate cõtraria auaritiæ 130
De inuidia. eod.
De odio & fialibus inuidiæ. eodem
De ſuſurratione. 131
De exultatione in aduerſis. eod.
De triſtitia in proſperis. 132
De ira. eod.
De filiabus iræ. eod.
De timore mentis. eodem
De clamore. eodem
De contumelia. 133
De blaſphemia & maledictione creaturarum.

rum. 133
De rixa. eodem
De ſeditione. eod.
De bello. 134
De acedia. eod.
De filiabus acediæ. 135
De deſperatione. eod.
De malitia. 135
De puſillanimitate. 136
De rancore. eod.
De otioſitate, quæ procedit ex tædio. eod.
De torpore, ſeu pigritia bene operãdi. eod.
De euagatione mentis. eodem
De negligentia ſeu tepiditate. eod.
De negligentia confeſſionis. 137
De negligentia circa communionem. 138
De inani gloria. 139
De immodeſtia ornatus. 140
De filiabus inanis gloriæ, & primo de hypocriſi. 141
De iactantia. eod.
De ironia. eod.
De contentione. eod.
De diſcordia. 142
De pertinacia. eodem

De ſingularitate nouitatum. 142
De inobedientia. eod.
De gula. eod.
De ebrietate. 143
De inſenſibilitate. 144
De filiabus gulæ: & primò de hebetudine. pag. eodem
De loquacitate. eod.
De ſcurrilitate. eodem
De inepta lætitia. eod.
De choreis. eodem
De immunditia, ſeu pollutione procurata. pag. 145
De luxuria, & pertinentibus ad ipſam. eod.
De delectatione moroſa. 146
De filiabus luxuriæ. eod.
De cæcitate mentis. eodem
De præcipitatione. eodem
De inconſideratione. eod.
De inconſtantia. eod.
De amore ſui. eod.
De odio Dei. 147
De amore vitæ præſentis. eodem
De horrore futuri ſeculi. eod.
De ſuperbia. eodem
De filia-

De filiabus ſuperbiæ, & primò.
De deriſione. 147
De ambitione. 148
De præſumptione. eod.
De temeraria iudicatione. eod.
De curioſitate. 149
De ingratitudine. eod.
De ſcandalo. 150
De adulatione. eod.
De blaſphemia in ſpiritum ſanctum. eod.
De ſchiſmate. 151
De infidelitate Paganorum & hæreticorum. eod.

Finitur tabula ſecundæ partis interrogatorij.

Incipit tabula tertiæ partis interrogatorij, quæ eſt de ſtatibus diuerſarum perſonarum, & continet c.xvij. 152

Primò ad coniugatos. 156
De actu matrimonij, & peccatis commiſſis in eo. eod.
Interrogationes fiendæ circa coniugatos. pag. 159
De Principibus, Rectoribus, & Baronibus. pag.

pag. 160
De Iudicibus, ſeu quibuſcunque habentibus autoritatem. 165
De Aduocatis,& Procuratoribus, & Notarijs. 168
De Doctoribus,& Scholaribus. 171
De Medicis. 173
De Aromatarijs. 174
De Mercatoribus,Campſoribus, & Proxenetis. eod.
De artificibus & mechanicis. 177
De lanificibus. eod.
De ſetariolo. 178
De tabernario & hoſpite. eod.
De macellario. eod.
De piſtore. eod.
De ſutore pannorum. eod.
De aurificibus. eod.
De cerdonibus. 179
De fabris. 179
De locatoribos equorum. eod.
De hiſtrionibus. eod.
De citharizantibus. eod.
De ſeruitoribus & laborantibus. eod.
De ruſticis & agricolis. eod.

De

De pueris & puellis. 180
De clericis in communi. 181
De beneficiatis canonicis. 185
De religioſis maſculis & fœminis. 191
De voto paupertatis. 193
De voto caſtitatis. 194
De voto obedientiæ. eod.
De officio diuino. 195
De exercitio. 197
De oratione & confeſſione. 198
De amore parentum. eod.
De prælatis in communi. 201
De epiſcopis, prælatis, & ſuperioribus. 205
De iudicando in foro contentioſo. 211
De abſolutione & pœnitentiæ iniunctione. 213
De pœnitentia iniungēda pœnitenti. 216
De infirmis, & quid agēdū ſit erga eos. 218
Forma abſolutionis in articulo mortis. 220
Forma abſolutionis ab excommunicatione, minori. 221
Forma abſolutionis à peccatis minoris excommunicationis. eod.
Forma ſacramenti baptiſmalis. 221
Forma conſecrationis, ſeu chriſmatis. 222

Forma abſoluendi à peccatis. eod.
Forma extremæ vnctionis. eod.
Forma cõſecrationis corporis Chriſti. 223
Forma cõſecrationis ſanguinis chriſti. eod.
Forma ordinum minorum. eod.
Primò forma oſtiarij. eod.
Forma lectoratus. eod.
Forma exorciſtatus. eod.
Forma acolytatus. eod.
Forma ſubdiaconatus 224
Forma diaconatus. eod.
Forma presbyteratus. eod.
Forma ſacramenti matrimonij. 225

Expletur tabula ſuper tertia parte interrogatorij,& ab hoc totius ſummulę confeſsionalis domini Antonini.

Incipit tabula ſuper tractatu de reſtitutionibus,cuius ſunt c.viij. 225
Prima manus fœneratoria. eod.
Secunda manus raptoria. 226
Tertia manus furatoria. 227
Quarta manus bellatoria. 228
Quinta manus damnificatoria. 229

Sexta

Sexta manus participatoria. 230
Septima manus ſacrilegia. 231
Octaua manus iniuſtè iudicatoria 232
Nona manus in iudicio iniuſte aſsiſtoria. pag. 232
Decima manus fraudatoria. 233
Vndecima manus falſificatoria. 234
Duodecima manus proditoria. eod.
Decimatertia manus ſimoniaca. 235
Decimaquarta manus impeditoria. 236
Decimaquinta manus luſoria. 237
Decimaſexta manus locatoria, & conductionis vitiatoria. eod.
Decimaſeptima manus turpiter lucratoria. 238
Decimaoctaua manus detractoria. eod.
Decimanona manus perſonæ læſoria. 239
Vigeſima manus animarũ prædatoria. 240
Quid,& quantum,quibus,& quo ordine ſit reſtituendum. 241
De damno quod infertur homini, quo ad animam, auferendo ei virtutes infuſas, & morales,quod contingit fieri quatuor modis. eod.
De damno quod infertur homini, quo ad
corpus

corpus inferendo ei leſiones corporales, quod etiam contingit fieri quatuor modis. 244

De damno quod infertur homini, quo ad famam & honorẽ, & vituperationes verbales, quod etiam fit quatuor modis. 246

De damno quod infertur homini, quo ad ſubſtantiam temporalem prout pertinet ad reſtitutionem malè ablatorum certorum, & incertorum. 249

An clerici teneantur reſtituere fructus voluptosè conſumptos. 251

Vbi fienda eſt reſtitutio. 252

An fideiuſſor poſſit repetere à debitore vſuras pro eo ſolutas. 254

Per quos fieri debeat reſtitutio incertorum. 255

Per quos fieri debeat reſtitutio certorum. eodem.

De damnis datis tempore guerræ. 265

De tutorum, & curatorũ, vel negotiorum geſtorum reſtitutione. 267

Vbi fienda eſt reſtitutio. 268

De illicitè acquiſitis. 269

De illicitè acquiſitis per ludos. 270

Cur

ROMA

Cur ſit fienda reſtitutio. 277
De modo reſtituendi,ſeu ordine. 291
De reſtitutione certorum. 292
Quomodo debeat fieri reſtitutio vxoris cõ
cipientis per adulterium. eod.
Quando fieri debet reſtitutio. 306

Finit tabula materiarum principalium
tractatus de reſtitutionibus.

FINIS.

Regeſtum.

A B C D E F G H I K L M N O P
Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd
Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn
Oo Pp Qq Rr Sſ.

Omnes ſunt Quaterniones.